erit fratri tuo Iustissimo patriae Praesidi, quam Patronis, Clientibus, Iudiciis omnibus Conducibile. Res nihil habebit difficultatis, etiam alia nulla Italiae Civitas in infamem procurationem dilapsa est. Et ipsimet Iureconsulti legem hanc sibi Iuramento praescripserunt, nec iniuria, quoniam plus omnino utilitatis allatura sunt Scripta, quam Clamores, minus dispendii Silentia, quam Garritus. Ad illos n. qui postulandi officio praepostere abutuntur hos scrib. versiculos. Vale.

Doctores procul hinc abite, Praesi
Legem Aemulius en parat, Tumultus
Qua Curiae penitus fugentur, & qua
Parcat Lingua, simulque parcat Unguis.
Quod si Causidici manere vultis,
Post hac porrigat ut Senatus Libellos
Mens est, Consilium secuta vestrum, aut
Parcat lingua [illegible]. Carpat Unguis.

Ant. Bell. Paulo Ducaino. 3.

86 Faves non tuo negotio, sed pauperum rusticorum, dum efficere cogitas, ne plus omnes rependant, quam tibi Creditor unus impenderit pro ea pignorandi facultate, quam absque impetrarit. Prudentiam pietatemque tuam magnopere probo. Ut si more aliorum Assessorum facultatem non negas, amplius tamen quam par sit, non graventur ab eo qui ex facultate huiusmodi

veniat commodum. ~~Suspicor~~ adversus istam vafriciem arbitror commodius iri non posse, quam ut in tabella cogatur mercator exprimere nomina debitorum ad unum usque, cui te iubente subscribat Tabellio, et iuret in singulos debitores impensam non ingerere onerosiorem, quam unumquemque contingat ei resarcire debere. In hac pauperum causa quam pie agis melius invenire non possum. Ceterum imposuit preses heri sub vesperum deferrem ad eum quicquid ad perstringendos tumultus forenses pertineret. Quesivi e vestigio domi Franciscum Cergneum, penes quem totum id est, ipse minus habeo quam nihil. Fuit renunciatum a Civitate abesse nec ante crastinam rediturum. Rogo presidem facias certiorem. Simulatque reversus fuerit, confestim adibimus ambo, induxit enim animum non minus Presidem optimum in sui gratiam promereri, quam ad communem utilitatem rem istam agere. Ego haud puto tumultus forenses altero remedio corrigi non posse, nec iurisconsultorum famam contaminatam dilui, nisi iuxta legem Corneliam interdicto perpetuo infamis postulationis.

Ant. Bell. Ioanni Baptiste candido s.

Laboravi diu multumque in atramento inveniendo, quod durare posset, et ex quo nunquam obliterari. Sed frustra sane postquam Reynaldus senior nature concessit. Nam post illum nemo quem equidem noverim, conficit hic uspiam usque adeo nigrum quod invidia temporum abolere non possit. Cum tum scripseram ad Ioannem Franciscum Arontenianum Scutiferum Apostolicum Sta

Ex urbe ad me mitteret formulã aliquã Atramenti confi-
ciendi ubi more Atrum fieri consuevit. Porro mihi cete-
risq; scribis omnib; cura precipua esse debet, ut scribamus, q̃
non modo veritatem ex omni p̃te contineant, verum etiã
q̃ scriptam diutissime servent, ne ex literar[um] lapsu, qui nõ
raro accidit, ad nos dedecus aliquod redeat, iactura ad alios.
Tu aũt videris mihi documentum prestruxisse ad hãc formu-
lam. Si Cupis Atramentum conficere, quod sit spectati Ni-
groris, primum vinum habeto album bonum et fulgidum,
indolis tamen acerbe; In huius senas tricenas uncias im-
ponito Gallas ex Histria ad semissem frustatim tritas non mi-
nutatim. Deinde cum terq; quaterq; per triduũ sub sole mo-
veris (etiam frequens permistio admodũ utilis est) trientem
Adjecto Romani vitrioli, omnia per aliud triduũ instituto
ordine, sub sole Commisceas. Postremo Gummi Arabici semu-
ciam superaddito, ut huius Gummi intermistione tertio tri-
duo liquor ille, minus lubricus fiat. Ita novem dierũ spa-
cio Atramentum absolveris, nec expectatio tibi fuit in Ex-
probatione, quinimo, quo diutius sub divo steterit hoc
nigrius instillabit, & ubiq; diutius inheresset. Curabo itẽ
ad tuam istam formulam absolvere Atramentũ, quod si nulla
seris temporum exuerit, oẽs tibi meũ debebunt, qui mea ope-
risq; tuæ monumentis posthac utent, que cum scribẽ-
tis laudem, tum authorum memoriam in oẽ evum, ut inquis
tuebunt. Pro huiusmoi aut beneficio quando suppetet
rerũ facultas Gallar. s. Gummi & vitrioli, quibus illud

Confici docet, Vensitabo tibi liberatissime partem aliquã
eius quod fabricauero, ut & tu mireris modũ Atramentũ
Nigerrimum ex homine Candidissimo prouenisse.
Ex formulis, si alia ad me adferetur ab Vrbe, ubi fuero
expertus optimam esse, te quoq; participem faciam, Modo
Nigror stomachum tuũ alioqui Candidissimum, nõ habeat
nimis fastidiosum. vale.

Ant. Bellonus Angelo Gabrieli S.

Percepi Aduocatorem te designatum fuisse & Gratulor plurimũ,
Dignitas est ampla, nec, ut aiunt, permissa unq̃ preterq̃ primarijs Senatoribus, q̃ Genus, eruditio, Consilis rerum cognitio, & inprimis probitas innata te Senatorem magnum ostendunt, & eum esse, qui plus honoris non sis capturus ex dignitate, q̃ dignitas ex te ipso, quo fit ut non immerito Credam Senatum Sapientissimum (quicquid tractetur de Aureis bis Mille ultro abste collatis) non nisi solam Virtutum tuarum rationem habuisse. Tametsi multa nunc ad Dignitates adipiscendas fieri necesse sit, quę aliàs, viros quauis prefectura dignissimos prestare nequaq̃ deceret. Nobis igitur Sperandum est ita susceptum munus abste geri debere, ut ne vel ipse Momus de te unq̃ quicq̃ malè censere possit. Quinimo fore dubio procul, ut & uberiorem nominis Celebritatem inde Compares, & etiam ad Numphorem Animora tibi Communias. Vale.

Ant. Bell. Franc.° Cremen. S.

87 Accepi Paduinam ad uos nuq. incolumem reuertisse. Gaudeo
si ita ē, valdè, cum quòd me exploratum habeam, ab illo nō
parum diligi, tum quòd eius reditus ut ad te scriberem argu
mentum mihi conciliauit, quod ad tuendam augendamq.
pristinam consuetudinem nrām conduceret. Quod .n. ad te
scriberem nihil prorsus occurrebat. Siquidem de valetudine
Studijsq. tuis indies ferè singulos certior ab ijs fiebam, qui
ad Litigandum accedere huc spontè solent, uel accersiri.
Argumentum aūt est quod inde elicio ut nūc audacter abs
te petam quid ille noui ex Vrbe adtulerit, quid negotij ibi
confecerit facias tuis Lris ut intelligam. Porrò si ad
nos aduentarit quispiam ulla usus peregrinatione, polli
ceor me nil dilaturum, quin pari tecum perfungar offō
diligentissimè, presertim quòties percepero quicq. tua
scitu notitiā dignum nunciari. Fama hic percrebuit
qd nō sine summo animi dolore venit in mentem,
de Scheyt nri Valetudine, si nondum vita functus est, 115
à medicis non recte sperari. Heheu virum iniquiss.
cū docti tum integri Sacerdotis. Debeo illi omnia,
qui cum diu Romę familiariter vixi, & omnia, q.
ab homine amicissimo sperari pnt, statim à me expectet.
Fac ex te sciat voluntatem meā, et plurimam illi Salutē
Impertias, Cui perinde ac mihi ipsi Cupio semper
bene Consultum esse. Quia uero Sclauus ē Laybacensis dioc
admodū factus, offeras ei verbis meis verbis lagenam
vini optimi, qd vereor, si pro siti obriguerit, ne moriat.
Vix Consuebit, sed exhilarescet protinus ac ridebit valde, ubi
nominaueris dulce Rosaceū dono sibi dandū ea lege tn̄, ne jugulet. vale

lege, ut sine scrupulo ab eis quoque cognoscas amantissime cogitant et moliuntur. Caeterum obsecro, ne modo indignum censeas humanitate dignitateque tua nos Aloysio Mocenigo commendes gravissimo et ornatissimo Senatori, Equitique Rhetori praestantissimo. Sunt illi nimirum, quos agnoscimus opem rei nostrae totum tam tulisse alacriter ap. Senatum, quam laturos speramus siquid posthac fortunae adversioris aut consilii melioris acciderit. Diligentiae tamen nostrae fuit, ut integre quisque munus semel susceptum agat posthac, atque ad sanctissima servanda Statuta Studium de Conferat, ne patronis occupatissimis molesti plus satis esse videamur, si a nobis saepius interpellentur. Non enim diffidimus quin quisque vestrum sciat rem nostram tabellionum in suis manibus repositam et velle eam pro sua humanitate nobilitate et facilitate, omni tempore salvam esse. Vale.

Ant. Bellonus Francisco Venerio S.

115 Postquam inijsti patriae magistratum Veneti Clarissime, operaepretium est leges patriae ac decreta, quae omnibus sint servanda, in promptu habeas, ne videri possis in exitu praetermisisse aliquid, quod novisse mitto te oportebat. Aliud aut non agit qui Leges commendat, nisi quod studet ut magistratus optimus constatur. Eas igitur accipe, quas si dederis operam adamussim servari, quidem Conterraneis omnibus, tibi Gloriam maximam comparaveris. Sin vero minus servaveris, nec tu chariores sortitus fueris subditos, nec nos Meliorem Praesidem consecuti. Sed quid ago impudenter, quasi nesciam quod sis Leges diligentius servaturus, quam quidam ego meminisse? Vale.

Ant. Bell. Vincentio Rubeo S.

116 Non videor officium ad te scribendi sine gravi mea culpa
omittere amplius posse postquam per literas nos salutare tam
amanter iussisti. Thomas n. Parcus Portio mihique simul
eas reddit, quibus petis utrumque nostrum iubeat nomine
tuo salutare; quod nobis profecto multis nominibus iucun-
dissimum fuit. Primum quod cognoverimus te bene va-
lere, ut ipsi semper optabamus; deinde non longe a Pa-
tavii urbe, prediisque tuis, quod ante quoque exploratum habebam,
in honore te ac dignitate versari, ut mane possis vicentinis nego-
tiis, vesperi et quoties lubet Patavinis tuis commode pro
ratione temporum inservire. Postremo ab illa tua erga nos
benevolentia minime discessisse, cuius oblivionem ratio tuae tum
absentiae, tum dignitatis, quam sustines, excusare forsitan po-
tuisset. Tibi autem persuadeas velim equalem nobis constantia
in amore et observantia non deesse. Nam quos nostros fere
quotidie subit memoria tuae imaginis, munerisque abs te
foeliciter acti, et imprimis immensum illud desyderium perseve-
rat; quod nobis de tuae virtutis magnitudine reliquisti, vi-
delicet te assessorem et iudicem frequenter nobis exhibens.
Ascribimus n. iure optimo muneri, quod apud nos gessisti,
nostrae summae omnium foelicitati, in quo infinitis litibus
longis et perplexis, finem imposuisti: Nam assessores quo
magis permittunt causidicos et scribas otiosam vitam vivere,
clientesque detineri diutius litibus astrictos, hoc minus lau-
dandos putamus. Quemadmodum vero nunc in regno forensi

nobiscũ agat Fortuna ad me nõ pertinet ut scribam tibi
precipue, qui probè nosti, quàm successor excellat, &
nosce debes ex Parci literis quòd Pressus est maximam sui
nominis laudem ex optima administratione iam consecutus,
Illud ego affirmare audacter possum magis tibi Charam et
non posse memoriam nostrę omniũ erga te fidei & obser-
uantię, quàm esse solet nobis dulcis et grata Muneris Tui
vndecunqȝ felicissimi recordatio. Vale.

Ant. Bell. Nicolao Mocenico S.

117 Nescio num literas meas acceperis cum libello, quem nuper
Composui de Tabellionum officio. Dum n. conor maturũ
& absolutum aliquando edere, properauit ipe in lucem
gredi, et patronum te nunc in amplissimo Decemviratu
Sedentem salutaret. Hanibali Sanc Genero meo maiori
curę fuit ut ad te veniret, quàm ut ipse, si iam maturuisset,
optare potuissem. non tam ut obsequeret libello exire ad
dnum suũ properanti, quàm ut tibi gratum faceret. Itaqȝ
si nondum ad te venit, accipies propediem delatum ab
homine quidem Dignitatis tuę studiosissimo. Si Arriserit
Ascribas velim prudentię Generi. Voluit n. pati quin stati
ad te volaret libellus, quem cohercere ad temp9 potuissȝ,
vt interim forsan à me tersior redderet. Sin minus pla
cuerit. Perpendas eximiam eius vrbanitatem et reuerentiã.
voluit n. effractis omnibus Vinculis numen suum emittere, ego

Equo dio tuli omnem festinationem. Ne quid Hanibali fraudi esse possit, iam summo tenetur desyderio tibi serviendi; Rogo proinde Si Patavium, aut Veronã pretor concesseris, ipz tibi Cancellarium asciscas. Aliter ipz tibi commendatissimum facere pluribz verbis, nisi habere te scirem probe cognitum hõis ingeniũ, ac morum probitatem, et q̃ prestet in id genus officio; hic n. animadverti et in cubiculo & in offo' sub honesto Coadiutoris nõie tibi scribere consuevisse. fidem n. do ut gaudeas denique abste iuvenem assumptum fu-isse, quo prudentior, aut tibi charior Cancellarius nemo contingere potuisset, ut nec optatior mihi vel gratior. Vale.

Ant. Bellonus Ioanni Melso. s.

118 Antequam perlegissem tuam Eplam Cor veluti in genua mihi decidit quod haberi Ludibrio viderer. nam nullo pacto arbitrabar laudem in me quadrare, quam tribuebas. sed qualis esses hoc ẽ iuvenis eruditissimus, eloquentissimus, idemqz humanissimus & mei amantissimus, ex ipa percepi plena suavitatis, quod compertum tñ satis habebam, longe prius q̃ reddita mihi fuisset. Equidem ire eam permisi in manus doctorum hominũ, ut quam norant ex quotidianis congressibus in dicendo te excellere Legum peritia, Ex epla intelligerent tam te summa prestare in scribendo Eloquentia. Visum aut ẽ omnibz qui Legerunt, Ita eẽ, teqz ~~facile~~ posse optime sola epla ornare Libellum pessimum, non minus q̃ caz

pessimam ~~omnes~~ obtinet. Modo ingenio tuo admirabili
ac propè divino velles hominum mentes eloquentiae
viribus excantare, nato alioqui ad summam virtutem
ac sapientiam.. Verum cum existimarem indicasse te
tantum probitatem et industriam esse, quibus notarius qui-
libet honestum nomen sibi parare posset, non meam aut
Libelli tenuitatem exiguitatemque laudasse, inter libellum
et me ipsum suborta fuit quaedam contentiuncula. Nam ~~ipse~~
affectabat prae laetitia prosilire, quod contigisset sibi laudatorem
illum, cuius mellflua labella mirè solent spirare suadelam.
Detrectabam ipse excusans asperitatem, coniecisse memet iā
dui in castra Tabellionum, et ante consenuisse in barbarie
forensi, quàm bonas literas gustare coepissem vel summis
labris. Avaluisse Adelsum amori et benevolentiae indul-
gere, quàm in hac parte veritatem rectumque suum iudicium
tueri. Annuebat Libellus, addebat tamen duritiam omnem
adesse iucunditate convulsam penitus evanuisse. Tandem inter nos
sic pacti sumus contentionem, ut libellus insulsus tuo ipsius pa-
trocinio fultus qui laudasses libere ad doctos ~~exire~~ posset,
Eia igitur, cum epistola illa tua exeat audacter quoquo velit,
excubabit apud te, non apud me cura defensionis eius.
mutata enim est ratio, ut si quis obtrectarit, à te refutari de-
beat, absque ego defendi, si aliter fecero, ac debuissem. Erat
et mei consilii, est, ut aeque tu primam huius laudis et glo-
riae possessionem occupes, ac libellus tua virtute et auto-
ritate munitus in lucem prodeat. Vale.

Ant. Bell. Io. Bap.ᵗ Priuitellio s.

119 Honestissimum fuisse Scribarum ordinem non secus q̃ ad-
mones expressi in ipa Libelli præfatione. Quare re ma-
gnoperè suspicor ne præpropera lectio te tum forte et
aliud, ut fit, cogitantem fefellerit exactissimæ alioqui dili-
gentiæ Rhetorem. Dixeram de ordine, quod tu multis co-
probasti verbis, quàm serò sum testatus olim fuisse, tam sanè
esse cuperem apud notarios nri temporis, ut prosperiorem
quoq; mei contabelliones fortunam consequerent̃. Euaderent
passim virtute Duces, Præfecti, Consules, Principes, Imperatores,
neq; quod reliquũ vitæ ẽet, peragerent, ut Diocletianus,
qui spontè deposuit Imperium nulla tantæ Maiestatis
hita ratione, ut olusculis contentus ageret vitam priua-
tam., Doleo itaq; quod in ordine scribarũ extollendo
te ipsum frustrà detinueris, occupatum nec ẽe minus quòd
volueris adhuc ornare implere nullo meo merito, imo &
cedere, numeros in me laudando, quippe qui ipsi mihi
tantum placeo, ut quoties recordor, ingemiscam grauiter
Seruum dici publicum, et quidem dici maximè Seruum,
hoc est sine literis, opulentia, et ulla foelicitate, et planè
indignum ab ipso tanto dicendi magistro laudibus cumulari.
Ascribo tñ summæ tuæ humanitati, cui ob id perinde atq; ob
alia multa debeo tantum profecto, quantum qui debet ma-
ximè; Fecisti omnino prudenter. Nam si me depressisses,
quod pro veritate poteras, tibi timendum erat à Turba

Tabulariorum quorum nr ducem appellas. Quanto .n. plures sumus, tanto fortior est nr exercitus. Postea verò quàm de ordine scriis tam bellè, totus ipse Ordo optaret tibi omnia esent in manu, quòd non paucos ex ordine vel solo honesti gradus merito donares magnis & triumphalibus ornamentis. Ego aut vereor preter opinionem Collegarum, quòd nos omnes pateris tum in obscuro tacere, tum vivere, ut huiusq; salino temui magis ob Ignorationem bonarum Ltraz, quàm ob iniquitatem loci, quam tantum accusare videris; et notiori ordini quem repurgando ratione, autoritate et exemplo tot laudum cumulo per luculentam Epistolam honestasti, pristinam dignitatem non restitueres. Cur ita? quia nō nisi eruditos servant eruditi. Proinde meo libello hortatus fui Contabelliones ad politiores literas ordine laudato, unde sperent non solum ab illo foedo nomine et servitutis Infamia, quam Leges irrogant, se redimere, verum etiam apud Reges & Principes, Consiliariorum, Scribaz, Secretarioz et Cancellariorum functiones aliquando profiteri posse, ut ijs Dominis nō minus consilio, q̄ Eloquentia prosint pro occasionum varietate. Quemadmodum nanq; belli dux esse Strenuus nō pot, quem nunq̄ Taratantara Circumsonuit, ita nec Scriba elegans meâ quidem Sententiâ dici, qui cū studijs Artium Liberaliū perpetuam aut longam saltem nō habuit consuetudinem. Quonam igitur pacto, ut qui Secretarioz
fieri pt

et Cancellariorum munia pre inscitia obire nō meruit
ad summos honores profecturus, Consulatus, Imperij vel
Pontificatus ascendat? Crediderim tn̄ primitelli, velim
(sit bona venia dictum) ex illis quos ad summas, rasmo-
rasti dignitates euectos fuisse partes notarij servitijs publici nomi
nem praestitisse; aut reliquisse saltem mutato per splendi
dissimam virtutem moresq; suauissimos ordine. Confun-
duntur scio vocabula. Arbitror tamen si volumus an-
tiquorum nostrorumq; tempor simul rationem habere,
notarios fuisse, nō quales nunc vocamur, sed quos in notando
pro concione recitata velocitas commendabat. Tabellio-
nes sive Tabularios, qui de negotijs hominum privatorum
scripturam facerent, nunc Notarij vulgo nuncupati, non
à Caesare autorati sed à quibusdam Comitibus, quorum pa
rentes Caesaris munere quondam autorati fuerunt. De
istorum officio tractat meus Libellus, ut pote ad privatorum
hominum utilitatem inuento: Sed fortasse cum rebus humanis
multo melius ageretur si nunquam inuentum fuisset, omnibus
omnia pergerent ut Communia. Ciuibus adnumerari iniquus
est probes ordinem. Ascribunt, fateor, se tempore numero C
iuium per gradum, Ciues tn̄ aliqui vetustiores opinor
qua pre inuidia, qua rumpuntur quibusdam recentioribus
seu è plebeio ordine pauloan̄ profectis. & aliquando mirum
quàm dimidiato coopertis paliolo vix concedunt ordinem

ut sibi honestum soli retineant, Id genus notarijs scri-
ptor nō committebantur pericula magistratuum, de quibus
Cicero intellexit / sed scribis nunc Cancellarijs, Consiliarijs
Secretarijs notarijs, qui honore retroacti temporis nō amplius
defunguntur. Qui n. Cancellarij sunt Decreta scribunt, &
rogationes q̄ ad Senatum referunt. Qui vero faciunt scrip-
tum apud Reges & principes aut Senatumq3 Illi Mi-
nistri dicuntur à literis à Secretis / & scribæ ac Secreta-
rij nuncupant. Et Id genus scribis pericula rei pub. magistra-
tuū mandari solent, qm̄ sunt omniū Consiliorū p̄ticipes
et quæcunq; occurrant magna negocia nunc consilio, nunc manu
confestim expediunt. Ex istorum aut decurijs puto fuisse
scribam Porsenæ in quo Mutius deceptus ē, Patrem
Diocletiani, quem Credis fuisse Scribam, Pium secundum
Pontificem Max. aliosq3 magnæ autoritatis præfectos, nō
infimo ex ordine publicorum seruoȝ. Concedo equidem
nō posse nos expiscari ex fluuiolo pisces ingentes, sed
ad ostendendam ordinum differentiam, ut in alto Mari sīt
et pisciculi permixti piscibus qui exuperant Magnitudine
Ita Romæ, Venetijs & alibi Scriptoribus aplicis poeniten-
tiariæ Abbreuiatoribus Secretarijs, alijsq3 magnis officiarijs
Assistentur Amanuenses simul, notarij triuiales, tabularij ac
Serui publici, in quos Scribas humiliores nō minus Cala-
mitas & miseria sequire nō desinit, quàm solet illis fortuna
ingentes honores, et magna lucra subministrare, seu ordinis

honestioris hominib. ut contigit hic est quoq; in Hieronymo
Turriano e clarissimis maioribus prognato. Tum ordinem
Scriptorum Ap. cui se deligauit ut parem priscis suis stemmatibus
splendorem adijceret, nobis aliquis aut seruus pub.
nisi virtute duce et fortuna comite numquam astrictus fuisset.
Effringant igitur et superent illius. seruitutis claustra, &
tales esse curent. quales haberi volunt hoc est probi docti,
& habiles ad istiusmodi Munera capescenda: non. n.
sunt serui pub. nisi tantisper dum gerunt munus Tabellio-
nicum. Quod vero Pontifex sponte seruum se vocet seruorum
dei, quem nos summum Antistitem Beatissimum, sanctis-
simum appellamus, ad modestiam & humilitatem attinet, nec
ideo minus tamen dei seruus hominibus liberis imperat.
At leges tamen inuitis nobis impingunt seruitutis titulum, quod
interpretor tamen ad robur fidei nostre plane integre, & tacito oes
ad pinguiorem fortunam. Rhetores non sperno, non professores, quos
modico contentos asseris. Aduerterem tantum mihi a coniuge
si videret ex arte a me haud segniter exercitata tam sue, quam
liberorum gregis necessitati non satisfieri, quin possem cohibere quin
tabulas meas flammis exureret. In exitu epistole simulatque me
monuisti sim paruo contentus videre rhetoricando artis prestantiam
nescio qua arte me depressisse. Amicum Priuitelle doctissime non
est tecum licentius vicissim iocari, quem tametsi tuus non fui
discipulus, non tamen secus semper sum veneratus ac preceptorem
facile primas inter nostrates politioris literature professores tenentem,
Tantum autem abest non excipiam tuum quecumque iocum equissimo aio

ut tibi nō minus me devinctum velim pro urbanitate, quam agnoscam debere pro summa eruditione, siquidem probè intelligam te ipsū non tanti facere Apollinem, ut Mercuriū negligas. vale.

Ant. Bell. Iulio Camillo s.

120 Nunciatū fuerat vulgi sermone te Romam pervenisse, nuper verò ex tuis ad Cornelium literis, in quarum exitu de me facis mentionem, pspexi Venetias appulisse cum quodam (ut videtur) Cardinale ex istis, qui Grandi Pontificis max. cū iampridem ex Gallia ad urbem profecti fuerant. Sanè Cornelius nihil optabat ardentius, quàm te videre, et osculari, cum quo familiarissimè aliquā vixerat, unde mirum quàm nunc laetetur et gestiat occasionem sibi datam fuisse, implendi desyderiū, quo aestuabat. Proinde volat ad te data opera, Scio me oportere identidem salutatum accedere. Ad id n. me eque ingens amor impellit, verum negocia Tabellionica, quibus vehementius nunc distringimur, quàm reliquis anni temporibus, ne tentem iter efficiunt. Geret aut vicem et meae salutationis. Porrò si daretur requies quotidianis occupationibus, idem paratus sum apud te pro Cornelio meo sp praestare. Tu velim igitur existimes quod Bellonum secum habeat, et quòd alter repraesentet ambos nō minus i salutatione, q tibi in amore coniuncti sunt. Quae vō ad illum de me scripsisti nō admodū delectarunt, nō n. soleo excipere laudem, quam nec sum consecutus, nec spero unquā consequi posse, quom nequeat doctrina excellere, cuius

Schedę. Implentur literis contaminatissimis, nec in ocio versari, cuius aures obtunduntur quotidie fremitu litigantium. Posthac ne me obsecro mitiaris ex te ipso, cuius virtutes prestantissimas non possumus satis pro dignitate predicare. Unde gratia vales et auctoritate apud Cardinales & ipsum Regem, quo nihil tibi contingere honoratius, nec forsan conducibilius pot. Vale.

Ant. Bell. Cornelio castellio S.

121 Scripseram raptissime litteras, quas tibi ad Iulium dederam, ut obsignandi tempus non fuerit certe, nec relegendi. Servus enim tuus me monuerat extemplo tibi deferendum esse, quo factum fuit ut quo elegantius optarem libro, in quem iam contuleram, exscribere, hoc fedius pre velocitate dubitaverim eas in vestigio descripsisse. Nimirum non licuit ob tractum plurimorum negociorum. Tum cepi mihi optare plusculum more, ut exarandi tersius daretur locus. Exaravi quidem, non adeo tamen velociter, quin te celerius hinc alis pernicibus sustulisses. Ne credas autem quod tibi sim imprecatus impedimenta vel asperitatem viarum, aut adversos fluctus, quin properanter posses ad Iulium enavigare. Hostilem namque animum non simno in amicum, cui omnia precor semper secunda, optavi dumtaxat, aut emendares, aut curreret tabellarius, qui te cursu anteverteret. Quare si nondum reddidisti velis rogo quas emitto reddere, illas flammis abolere, aut ubi perceperis, fluctibus obruere ut litterales fiant, utcumque utrasque amanter scriptas quamquam filo tamen crasso et tabellionico. Vale.

Ant. Bell. Ludouico Porro. Iurcs. s.

122 Reddite mihi fuerunt lrẽ tuẽ, quibus plenis (quod aiunt) ore epistola mea quedam extollis, quã cum Attestationib. ad te miseram, polliceri quoq; peramanter videris (si in Iulij forum posthac forsan regrederis), te vel absentem etiã nõ commissurum quin per occasionem rependas multo cum foenore, quicquid officij erga me beneficentie, et liberalitatis insciens preteremisisses, quom apud nos esses; Equidem tibi vir amplissime Gratulor vehementer quod mihi longe sup. meritum tribuas; Tuam .n. singularem humanitatem, modestiã, ex literis deprehendi, Eruditionem eximiam, Ingenium prope diuinum, et passim singularem candorem animaduerti, et me quam doctrina et Ingenio, tam ceteris dignitatibus et orna mentis longissimo abste Interuallo relictum fuisse, quippe qui honorificentissime preturas magnas gessisti, q. et an tea certissima fama cognoueram, plurimum dignitatis ex te ipso verius, quam tu ex eis. consecute sunt. Quom ego sup. Tabellionatus gradum nullius honoris Insignibus vnq. fue- rim honestari; vnde colligis nõ secus tenuitatem meam q. conspicor ipse et admiror tui tum Ingenij, tum Fortune fe- licitatem; verum dum me vltro suscipis clientem, et ta benigne amplexaris, libens accipio seruitutis conditionem, et imperse tibi gratias ago, letorq; vsq. adeo ut nõ sanè facile dixerim maior ne foelicitas in has vita contingere possit mihi, Et quis nõ gauderet sponte sibi patefieri fores amicitie tanti viri à quo sibi non parum multa speret, quandoquidem summi regis

et principes in negocijs maximis te Juvenem adhuc magno
consensu eligere superarbitrum non dubitarunt? neq enim
alium (absit verbo Adulatio) Invenire facile potuissent, qui
Consultius posset, aut syncerius vellet, nõ solum cessationẽ
ab Armis, sed certam quoq pacem et Concordiam reddere,
Unde profecto Numeris optimis de rebus Mortalium, citra
quorum omniũ offensionem omnino tibi tantã detrectare
provinciam nõ Licebat. Quare dubio procul sperandũ
Est rem omnem tam recto pectore libere [?] expeditum
Expedias. In primis Timavũ postq cepisti Attestationes,
et scribes, evolvere, ut an flumen celebratissimũ noster
Existat Terminus Cognoscatur perinde Judicio tuo, atq
doctissimorum virorum, tum priscorum, tum neotericoz
autoritate Comprobatum est. Quicquid aut hic de te
scripsi rogo accipias eo aĩ Candore, quo à me acceptũ est, quod ex
Tridento de me scripsisti. Caeterum confidas velim de stu
dium, operam, et Laborem meum, quoties Jusseris, tibi semp
p̃sto futurum, ut alteri cuivis è nũo tuoz Clientum neq con
cedam primas, neq tu facile possis maiorem in negocijs su
scipiendis amorem, In Conficiendis fidem et diligentiam
de quovis alio tui studiosissimo desyderare. Leonardus
Agricola, quem per me tuo noĩe salutatũ voluisti, vicissim et of
ficiosissime te salutat. Quod si munus id salutandi tuę dignitati
turpe nõ videatur, et Impudentis nõ sit Clientis à Patrono

Illud idem officij postulare, obsecro Florium inter nros iuriscon-
sultos precipui nominis, meis verbis salvere iubeas, quod mi
tam gratum erit q̃ quod gratissimum. vale,

Ant. Bell. Rodulpho Melso Iurgs. s.

123 Optas ex me intelligere, quid contineat Diploma illud Ponti-
ficium, quod mensibus superiorib. Divi Bernardini monialibus
concessum fuit. Ais fratrem tuũ Petrum, et alios quosdam re-
tulisse tibi aspersum ee passim turpissimis mendacijs, q̃ moni-
alium honestatem non minus laedant, quàm probitatem Fran-
ciscanorum inurant. Descripsi equidem aliâs nullo apud me
exemplo servato. Quantum aut memoriae tenuitas suppetit
ne tibi morem nõ geram, cui plurimum debeo, ecce exhibeo li-
bentissime. In primis in eo narratur ab Utinensi Civitate
Monasterium edificatum fuisse, dum Iacobini Raynerotti
voluntatem extremam exequeretur, et Gubernationi
Franciscanorum impositis quibusdam Monialibus traditum,
priusquam Sedes hoc fieri Sedes Aplica permisisset. Deinde
Monasterium ab ipsis Franciscanis indigna passum, quippe q
eius bona pravis cupiditatib. usurpare nõ mõ conati sint
verum et quasdam Moniales haudquaq̃ ut videtur reli-
gionis ca procul abduxerint, & nõ absq; piaculo totũ mo-
nasterium in scandalum ac desolationis discrimen coniecerint.
Postremo Pontifex criminum eiusmoi obiectionem videtur
q̃ habuisse sibi persuasam perinde ac si fuissent à supplican-
tibus plana omnia sibi facta. Eam perpetuo à Franciscanis
// abstulit

curam et regimen, et iurisdictioni subyicit Patriarchae Aquileien. de cuius aut et eius vicarij permissu possint quecunque velint confessorem ex quouis ordine etiam secularem adsumere, et quidem amouibilem ad ipsarum nutum. Ita placuit Paulo pont. Max. qui presumitur esse consilij minime praecipitis, et aut examine comperisse obiecta veritate niti, aut forte ex alijs argumentis eius animo de Franciscanis opinionem iampridem infixam fuisse. Ego si meam quaeris sententiam arbitror non esse vera, que narrantur, Franciscanos cognomi undecunque conari stimulos ad perennem foelicitatem. Non negauerim tamen posse reperiri unum in tot Millibus, qui male audiat. Verum abdicationem boni consulent, et ut sunt viri probi, ac minime ambitiosi, nihil spectabunt aliud, nisi ut pro eorum instituto modis omnibus prosint animarum saluti. Tum.n. male consultum videbitur Monasterio, quem Moniales euaserint deteriores, Patriarcha gubernante, quam cum, quem ipsorum franciscanorum legibus, et administratione vixerent. Sed mea sententia nihil refert sub uno magis degant, quam sub altero antistite, modo studeant promptis animis deo seruire, et egregie nitantur orationibus, ac pijs factis eternam foelicitatem promereri. Hortare proinde neptibus tuis iam religionem professis persuadeas non moliantur discessum, ipsius namque diplomatis virtute poterunt ut hactenus, in suo .. stinensi Monasterio omnibus gratijs et fauoribus ordini diui Francisci indultis, Haec fit eorum .. votum, si summi pontificis pareb.. votis. Haec absurditas

pot ... quam Consuetudo deleat ab ipso Max. Pont. recens feliciter introducta. In ipso diplomate satis cum eis dispensatum est. Chimuero Diploma, si ipsius tenorem plane optas cognoscere ne graueris legere apud Danielem Archolonsanum, qui non solum te participem faciet, sed etiam monitis et rationibus, ut vir est tum eximia erga te beneuolentia, tum singulari prudentia preditus, consolabitur si tristis animi aut ambigui fueris. vale.

LIBER IIII

Ant. Bell. Iurconsultis viris. S.

124. Audiuistis heri Sanctionem Collegii nostri. Nouam quidem sed admirabilem, qua scribe duntaxat octo Conscribendis forensibus casis dent operam quatuor anni mensibus, reijciant sue excludant octo reliquos, ut interim querant Literaturam, vel si malint Agriculturam, aut forte aleam exerceant. Non mali sane videntur isti Legislatores, qui nouas et inusitatas artes volunt nos etiam senes discere. Seraphinus est ille, quem censorem appellant emunctæ naris, cum paucis Tyrones, qui cum ipso sene persæpe accurate spectare solent, quid Collegio honorum sit, quid Ciuitati vniuersæque patriæ conducibile. Quam bone Deus sapienter amici ex templo cogitarunt ne tempus frustra consumeremus in foro. Dubium profecto est an ullus posterorum subtilitati locus in hac materia amplius relictus sit, cui olim in Consultationum deductione progenitores tam salubriter prospicere nescieuerunt. Instant modo Sanctionem istam autoritate presidis Confirmari. Quid Consulitis patres faciam? Acceptas

Lego Cogito alea ludere vel taxillis - Artem mercari non possum quod pecunia desit / Agriculturam nescio, quod latifundium nō habeam, Refert ne obsecro quempiam esse probum scribam, aut bonum aleatorem ? Sed ad rem omissis Strophis Consceptus ne hominem Collegio Extrudendū et Civitate ac patria simul, qui Leges antiquas & optimas pertinaciter contenderet abrogandas &c. ? qui libertatē publicam violare, Collegium suum radicitus evertere conaretur. Ego hominem tametsi peregrinum respectu eius affectu & animi Candore, premio dignum potius arbitror, quàm ulla animadversione. Enimuerò ingenuè fateor & agnosco, Suo quisque ducatur Iudicio, me tam gravi quadrimestris temporis oneri omnino imparem &c. Porro in senium vergo annos natus iam octo sup quinquaginta. Sum digitorum minimè velocium, et memoriæ admodum imbecillæ, nec semper animus mihi præsens esse solet, quoties plerumque plures Causidici uno tempore diversi generis causas et perplexas meis auribus insonant, ut fit inter forenses Strepitus, quos sum profecto expertus meæ ingenij tenuitati facessere plurimū negotij. Libenter id deferem oneris et gloriæ simul et Lucri ad iuvenum pergam, ut octo ex ipsis, qui miræ videntur velocitatis, et memoriæ immensæ, ac propè prodigiosæ, omnia iusta celeriterque conscriberent, et alijs suis commodis menses octo condonarent. Vereor tn̄ à desidibus & ignavis tentari, nequaquam à Seraphino, ut labores sociorum vertant i opulentiā suam.

& Tabellionum nrorum rem probe institutam funditus deleant.
Quonam pacto Ministerio Tabellionatus utemur? Postremo
ut quaeramus vivere, si obtineant adversarij? quanta patientia
iniuriam in nos ipsos, Collegium, libertatemque publicam ab ipsis in-
venibus provenientem, et ita quotidie sequentem feremus? vos
patres, vos inquam Sapientissimi Iureconsulti apud vos ipsos,
apud Civitatem, et ipsum Praesidem tanti rem momenti in
quonam vocare no negligatis, et quid agendum opportune nos
Consulere. Vereor .n. ne dignitas Tabellionum, quos Collegij nois
Senatus Clementiss populo nro intercedente tantum Cohones-
tare dignatus est malo Tyronum consilio, brevi eo perveniat,
ut si stylus forensis sic vobis tacentibus nullisque Consulentibus in-
-vertatur, Actum sit de Collegio: In primis praebet ansam ut duo
et tres, et nonnunquam plures quam duodecim in una eademque causa,
assumant Libros scribere debeant abrogata patrie lege, cui amplissimi
Rogatorum Collegij autoritas intercessit. Deinde ut Conterraneos
oes in servitutem conijciant, quibus ipsa natura Libertatem dedit,
Nemo .n. poterit notarium amplius sibi deligere, sed cogetur unusquisque
asciscere sibi suspectum, vel no admodum gratum in negocijs arduis
et q multum requirerent industrie; & si qualem postulasset oc-
currerit no is poterit plene, aut integre inter tot negociorum fluctus
officio suo fungi, & notij servire vel invitis Compellentur, si sua
Libertate uti vellent, nec, quadrimestri tempore perdurante
quibunt se extricare, sicut volent. In Actis praeterea Civilibus, q
omnia nra sunt, magnus Cancellarius, quem Archigrammateum vocitamus
appellamus, tyrannidis occupande habebit ansam, nec forsan regu-
lorum pauci in Territorijs suis, unde magna accidat diminutio pro-
ventuum nrorum rei Tabellionice necesse fuit. Volebunt insuper ut tenditq;

frequenter inuicem ecco illi Tabelliones sarcinas nō eis parte our-
mre, atq hi in illos, in hos illi rursus & illi in alios Collegas pondus
regerent nec forsan eo facient videndi eorum aliqui finem,
quos nō pudet emolumenta Communia retinere, q̄ hi man
datorū Confessiones prouenerint. Quis insuper sine periculo,
aut suspitione saltem, vel cum dignitate i officio versari possit
si scripta illa oī fulta sint veritate, dum nostrorum tractabuntur
à scribis qui nec aut tres Conuentissimi homines vel infestissimi
lites duxerint aut ducent adhuc? via statim patefacta erit, ut
pretextu proprij vel amicorum commodi vel incommodi, &
excidij inimicorum suorum abradant, i scribis, substituant,
expungant, adulterent, subornabunt, aboleant, & supernis in
ducunt aut infernis occultent, & multa deniq scelestissime
faciant, q Collegas notent infamia, qui rogati scripta fe
cerint vel acceperint tametsi solertes et prorsus innoxios
ac omniū Confessione integerrimos. Unde falsitatis arche-
ui vellus dixeris, q̄ veritatis, in quo mali Tabularij vivo
dimidium fere bonę famę tot alijs bonis decesserit. Atqui
honestum est, et minus periculosum fore nō ambigo ut quicquid
scripserim bene aut male, aut custodiendum acceperim, si nō
alijs pateat et meis è manibus nō egrediatur et destinatum sit
meo unius honori, nec cuius ignominię. Supina item
inertia subolesceret, obtunderetur ingeniū ex tam stri ocio, &
eorum nō facile Capax fieret, q fuissent familiarissima, si se
ab exercitatione quotidiana nō eduxisset, necnō videremur
nos ipsi in scribendo palo quasi ferreo uti, nō leui et aneo
Calamo, ingenium tam crassum, tam pigri digiti longa cessatione

redditi consueverunt. Tyrones isti ignaviae morbo laborant,
ne dicam malitiae, conantur statim cessare, ut aliorum laboribus
ipsi interim ociosi, partae sicuti, nisi fortassis simul cum aliorum
Gloria perurantur. Dicant quaeso quis virtutis erit sectator
qui posthac se ad Tabellionicam exercitationem velit accingere,
quando nil magis referat, ut quis sit peritus et probus Tabellio,
quam ut sit imperitus et improbus, si ad meritorum cumulum
aeque accedat ignavia et desidia, atque industria, et illi egregius
labor. Quae iustitia ut ei tantum numeretur, qui nihil la-
boraverit, quantum illi qui se laboribus et solertiae totum tra-
diderit. Quae aequitas ut in Arena insignis constansque Athleta
non plus capiat premii, quam segnis et deses, qui vere alibi, quam in
popinis et inter pocula ludens invenire locum consuevit.
Certe debuissent isti stipibus ecclesiasticis ali, ut absque ullo labore
lautissime viverent, a me discant non periclitari pestilentissimo
ocio, non eiusmodi negligentia contabescere. Evadent quondam
senes prestantiores, quam pro instituto laconico iuvenes fuerint
strenui. Sed sint nunc Tyrones omnium prestantissimi illi
octo, fingant se modo recipere functionem istam, usum,
qui poterit fieri ut se accommodent, durentque quatuor men-
ses continuos, et eam paulomox non detestentur, non discedant
ab officio cedentes ponderi? multa elabentur memoria, quae si-
deliter perceperint, multa perperam intellexerint, et unum
terminum rursum et alium diriment Causidici, et multifariam
Confundent inter tot agmina causarum, et Notarii demum debunt
in maiori negocio facere, et clientes exigere unum quem erant
processum ob schedas innumeras et ingentia volumina, quod si

Illis conficiendi cent nunc procuss XXV. cum presertim
ex uno volumine, in quod omnia collata fuerint, tempore
quo describebantur, cent exequendi vigintiquinque. Permo
Tyrones isti egressi sorbeant primum caliscem. Cuius ego
primum non baiulabo, opinor vix hauserint dimidiatum,
quod vetus et remus ibunt et ipsi in meam sententiam. Amo
Libertatem, in qua mihi equati sunt, scribimus n. cum volum.
et adequati omnes adhibemur ad vocationem terminorum, Nam
adhibetur semper primus qui vocare primus in illa serie desierit
absque ullo discrimine et confusione, sive senex fuerit, sive novus
in tabellionica arte Miles. Egentibus libenter et sine premio
nos commodamus (et ut nunc operam illis quoque gratis imper-
timur a quibus beneficium aliquando accepimus.) Ita
officium et sudorem nostrum aliorum commodis conferre
inviti non cogimur. Notariorum et Iurisconsultorum Collegium
fabrorum, Calceolariorum, et aliorum artificum ordines lucra
cuiuscumque laboribus parta viritim inter se distribuere nullibi
solent. Quod si scribarum Patavinorum, et aliorum Civitatum quaedam
rudem secus habent, hoc contingit ex iudiciorum distinctione
et officiorum diversitate, quia talia sunt illis tam intra Civitatem
munera constituta, quam passim extra, qualia Utinensibus et
Conterraneis minime communicant, (quod est notius, quam ut
pluribus debeam explicare. Quasobrem viri prestantissimi
Consultate rem diligenter, et ondite Civitati, ondite ipsi predicti
quo Inclyti Senatus Clementia Sortiti sumus equissimum et ipsius
muneris absolutissimum secundum tempus Lex recipienda sit, Na

nisi aliud adduxeritis, ita novā ipsam et inusitatam amplectitur
vt nomen ipsius exitium ac publicę libertatis ruinam.
Hec hec mihi credite spectat, ut nisi in nos prorsus operam
lustrit, et vos custodem patrię legis rigore, quid in advocatos
qz præsidii potestas tribuit, novas perniciosasq sanctiones pati
animi, quib sapientia et facundia illa, qua nunc dignitatem
efflorescitis, indies magis atq magis exarescat, unde litium
expeditioni iniquior fiat locus, & no notijs solum & cau
sidicis minuatur autoritas, verum et laborandi lucrandiq oc
cludatur fenestra. Quod si quid est cur hoc iure nolueritis, vos
contemnemus remedium, quod in se honestam aliam functionem
contineat, & et nos vestris calculis improbatus tam excedat
foro, quam probatus recens introducatur, querelis perpetuo absti
nebimus, & pedibus et manib ipsius senatus iuventutisq
sententiam, si nos etiam ad medullas roserint comprobabimus, vosq
omnes no modo de tanta benignitate, verum et si vos deniq
benevertit, de excellenti doctrina, exactoq iudicio perpetuo
commendabimus. Valete.

Ant. Bell. Gabrieli Venerio. S.

125 Doleo mirum in modum quosdam e tabellionib adeo se mancipasse
ire et feritati vt sic dicam barbarę, vt Franciscus Belgradensis
collega ap eos deserere veneam. Qui n. in sua illa declamatione
nominatim quempiam non prodiderit, nec eo animo mea quidem
sententia scripserit, quod rapi debuisset in contumeliam aut suspi
cionem ullam. Audio tn audacius quam verius nescio quid in ea scriptum
videri, unde e Tyronibus quidam feroculi verba no secus detorsere,

q si franciscus in tesorum capita signanter destinataq3 ma
litia telum vertisset. Sane Portio no ostenderat, anteq3
cederet, cuius etati rerum prudentia perinde respondet,
atq3 eruditio singularis. Hunc.n. habeo decreto principem
i nra re pub. Tabellionia, tum no illi solum aut alijs cum
eo bene sentientibus no Communicauit, sed huius negocij
seu velut antesignanum constituit. Nec inepte profecto
suscepit declamandi munus citra ullius operam. Est aute
vir, in quo cum Integritate ex equo certat Eruditio. Optassem
tn si non fuisset errore factum, de personis partius dixisset, na
Inter eorum opinionem et nostram nihil Intererat, nã probi,
& fideles sunt, rerum nouatio solum erat i Controuersia. Dicere
tn poterat quod Conabant Inuertere mundi seriem, Conscribas
deijcere antiquis sedibus, etiam qui etatis sunt prouectioris, re
tabellionum traducere totam ad propria Commoda, Con
suetudine subuertere tot seculis Comprobata, rationib3 niti
ut quod pars maior Collegij pauloante nouauerat, absque Impro
baret et Explodendum decerneret. Contendere suffragiorum
nuo nos semper no metiri quod verius sit et salubrius, nonne
maiorem profecto vincere, sed no probari ppea semp optimum
eo quia vicerit, denique summis viribus no minus dignitatem
Tabellionis defendere, quam pristinam libertatem, cui aduer
sarij modis omnib3 exitium molirent. Veram si de que re paru
Inter nos conueniebat disceptasset, foris Collegarum Interi peper
cisset, et nullum Infamia, aut suspitione Infamie perperam no
tasset, nec eam Expediebat Inculcari, quod no licebat Ex se, quom
presertim opinioni priuum potius fidem Conuicia, quam adstruunt

apud sapientissimum Iudicem; unde quemadmodum ei nihil pe-
nitus vitio vertendum putassent, ita profecto non habuissent
quamobrem ei succenserent, nec Franciscus necesse habuisset veniam
turpiter quodammodo implorare. Nam neque ambire desiit
neque precari miser ut inter eos & se pacem concordiamque
restituerent. Fuerant namque versati simul in disciplinis honestis
negociisque forensibus diu familiarissime, & ambiendo tamen
ac precando hactenus inanem lusit operam. Quinimmo non solum
non dederunt veniam, sed in precantem iracundiam voluti con-
duplicarunt. Ego autem quicquid scriptum sit, secundum non legi,
errore Calami, non animi vitio factum crediderim multis ratio-
nibus. Est in primis vir candoris eximii intra modestiae claustra
solitus passim se continere. Deinde agnovit e vestigio errorem
& oravit veniam, nec addictus fuit unquam assertioni, et eam
voluerit sustinere. Postremo nunquam gessit animum amarulentum,
et ne quidem unum e Collegis, quem oderit cognoscam; Denique
non indignus sit venia, quia plane constat quod non peccavit pru-
dens aut volens, et crederi possit mendacium dixisse, quod animo
proculdubio non conceperat. At illi dum sunt, se laesos clamant
quid laesos dixi, immo perditos tanta iniuria, ac si ob tale menda
cium non sint ut hactenus fidei spectatissimae, de qua summus est
inter omnes consensus, et quo hic orat magis promereturque veniam,
hominus demum exorabiles se declarant, nisi prius quod secreta
declamatione tibi uni scripsit, pronunciet tempore, multisque aliis
praesentibus se retrahere, palamque retrahat ad nescio quod rescriptum
magno, ut mihi renunciatum est studio conquisitum, quo notam
illam non modo deponant et honoratiores reddant, sed ut ipse quoque
Franciscus sui nominis probitatem det probro, simul atque dedecori;

Contra quidem pudor ingenuus Franciscum adeo deterret, ut
mori quodammodo malle videatur, quam cum tanto hominis dispendio
verba ad scriptum revocare, paratus alioqui sic fateri palam
et iudicare, ut ad alicuius eorum ignominiam aut contemptum
nullomodo scripta videri possint. Quo factum est, ut inter no-
tarios et commissos non solum desierit vetus ille amor
sinceraque benevolentia, dum quod nomen sunt illi recuperare
verentur, his non amittere, sed manaverit odium proh pudor
capitale, necnon ferina quaedam ulciscendi libido. Equidem
vellem collegas fratresque meos praestare maiorem charitatem
et patientiam, diluerent statim amarulentiam omnem, et
a Christiana pietate ii pertinaciter non abessent, quos eadem
patria, civitas, collegium, consuetudo, ars, fides, et aliqua ne-
cessitudo vicissim copularint. Postquam vero tantopere
dissident, ut videantur nescio quo famae nominis hostiliter
omnino pugnare malle, quam tot amicis benemonentibus morem ge-
rere, pater, ne te taedeat mi patriae per tui muneris te Capesce
ut te iubente pristinam concordiam benevolentiamque recipiant,
quam vel nutu potes haud difficulter afferre, nec mirum, prae-
sidem adhuc habuimus nullum, cui tantum in intelligendo et
iudicando prudentiae, vel plus doctrinae et comitatis deorum
munere tributum fuerit. Ita enim fiet ut tua summa cum autori-
tate, tum ingenii dexteritate, confestim omnes in gratiam redigantur,
seque vicissim effusissime diligant, unde ad ipsum te honoris et
gloriae, ad nos vero collegiumque nostrum quietis et tranquillita-
tis plurimum tuo sane minimo negotio redeat. Secus autem neque nos
eorum quieti et saluti satis prospexerimus, neque illi officio huic unquam ap-
plicabunt animum, ut quispiam iniuriam sibi permittant. Vale,

Ant. Bell. not. Iurecons. tabellionib. vtin. Missetino & Bugatto S.

26 In colloquio meo interlocutores inter alios introducuntur Missetinus doctor & Bugattus scriba. Ille iureconsultorum suorum tuetur partes, hic notariorum in obiectione vitiorum quae vicissim faciunt, intentio ubique mea est offendere prorsus neminem. Quam n. sum Missetini et Bugatti inter primos studiosus, tam certe non sum inter postremos observans doctorum omnium et scribarum amicus. Est profecto quod legens si deprehenderit aliquid obiectum, quod nunquam in se ipso desyderet, talis perstiterit esse, qualis est, hoc est eruditus simul et integer, ne de se dictum accipiat, sin minus. Non alia ratione obiectum putet, nisi ut [illegible] pro iudicio et conscientia ad meliorem frugem vertat sese. Etenim nullius rei magis sum cupiens quam existimationis singulorum utriusque professionis, ut tanta sit, quanta tamen ex solida virtute proficiscatur, qua nec voto quidem ipsi maiorem possint optare. Sane profitemur omnes iustitiam virtutem et probitatem, nec aliud agimus quotidie, quam quod iustum est, & honestum disputando tuemur, et scribendo defendimus. Si vitia ergo ita obiiciuntur, quod eorum recordatione possit unusquisque se ipsum colligere, moneri, iudicare, ac numeros implere omneis, non debet esse, qui iure mihi possit propterea male velle. Nam exprobro tantum vitia, et inscitiam, carpo nominatim neminem, et informo quales esse debeatis, haudquaquam vestri dissimiles, si doctores & scribae optimi iidemque doctissimi estis. Vos vero Missetine et Bugatte minus feratis iniquo animo, quicquid confingam in vestra deambulatione, interlocutores vos facio, non autores. Utrique n. tantum tribuo, quantum non multis alijs, cum ob eximiam eruditionem, tum ob singularem

atorum Suauitatem. legite igitur Iurisconsulti & Tabelliones
& boni consulite, quod si forte Colloquium nr̃ Consuetis vris
omniũ Calculis vulgandum ẽẽ, ne videar velle Gloriolam
ullam aucupari, alijs omnibus Libenter supprimam. Quem
admodũ n. obseruo et diligo vehementer singulos ex Clarissimis
vestris ordinibus, ita sanè amicũ solo quamq̃ retinere,
nullum mihi Inimicum reddere. Valete.

Ant. Bell. Iulio Camillo S.

127 Bono meo fato contigit, quòd me Romi conuenerit nup Iosephus tuus
alter Tyro. Ex ipso Cognoui q̃ mihi nõ Vulgarem Letitiam
attulerunt. primum literas meas tandẽ redditas tibi fuisse,
deinde à Rege Gallorum honestissimo stipendio te conductum,
postremo addictum te esse toto pectore cuidam Edificio Compo
nendo, pro quo, quom tibi ut ait, desint Lateres, haud quaq̃
pudendum sit euertere Ciceronis Edificium, ut ab ipo mutueris
sed ita illud euertas, ut nõ minus Inuenire facile possis, quàm de
beas Implere in isto tuo omnes numeros Ciceronis. Quamobrẽ
Gaudeo mihi vehementer literas ad te delatas, quæ verum be
neuolentię erga te meę significationem præstiterint. Et Regi
Gratulor, hoc n. accuratius videtur ille sibi & suę Gallię consu
luisse, quo maiori afficit stipendio, de quo fama nihil nõ predi
cat. Nec minus Gratulor omnibus eloquentię studiosis, quod
te duce demum compertam habuerint uiam, qua se facile quibus
explere lacte Ciceroniano. Caeterum ad me rogo scribas aliquid
cum per occupationes Licuerit, ut tuum in me Amorem Vers
sim perspectum habeam, quo nihl certè potest mihi contingere

iucundius, aut optatius, & in primis facias, ut quemadmodum
tam forma istius aedificij, ita et utilitas ad tuos Iulienses
aliquando perveniat, curabimus pro virili tua sequi vesti-
gia, quibus nos docueris veri Eloquentis evadere posse,
par. n. est ut non ijs caveamus, quae multis passim et ce-
teris quoque communicaveris, nisi haec insignis tua laus et
vera pietas ut absque uno patria accipiat, quod ut acciperet
ab alijs conterraneis optare semper potuit, non tamen assequi. Vale.

Ant. Bell. And. Robortello scribit. S.

Legi Orationem Francisci filij tui admodum luculentam, nescio
tamen num eam de Imperatricis obitu, an magis de vita Impe-
ratoris appellem. In ipso enim laudando tota fere versatur,
apud quem Coniux ipsa Lucensibus, reflante fortuna, adesse so-
lebat, nec monet cuias fuerit fato iam functa, quibusve orta
parentibus, nec quot liberos, et quam compositis moribus reli-
querit, aut quam bona sint sibi humano generi; Sed fortasse
iussus ex improviso orare parum multa dixit, aut consulens
temporis brevitati, vel potius, ut reor, quoniam ex viro, con-
iugi splendor omnis accedat, et minime sit dubium, quin
filij sponte fugiant degenerare. Sed quid ista quasi filius
tuus nec Tabellionis, quidvis potius, quam doctor, longissimo
intervallo eruditione non antecedat? Equidem Orationem
probo Adolescentis usque adeo, ut vel hoc nomine te omnibus observan-
dum existimem, quod filium genueris, cuius virtute nostra haec uni-
versa patria mirum in modum illustretur, Vale.

Ant. Bell. Hieronymo Attimio praefecto Goritiae S.

129 Nullum documentum legi, in quo de Turrianis mentio fiat, quod non mire sonet Generosae Gentis antiquitatem, quod non est ignotum Italiae, nec fortassis orbi, potissimum Mediolani pristis seculis principatu. Comperi nuper apud Aulam Valterum probatissimae fidei Tabellionem Phoebum Turrianum Reymundi Patriarchae Aquileiensis Nepotem, proditione, ac dolo cuiusdam Andreae presbiteri fuisse captum Arcemque Tulmini, cui praeerat, occupatam Anno nonagesimosecundo supra millesimum ducentesimum. Proinde ipsius Reymundi Judicio Andream non multos post dies in vinculis misere efflasse animam, dum ei praeter modium panis et aquae nihil suppeditaretur, qui alioqui annos, quos tum exegerat, lætus fortasse conduplicasset. Ex ipso Phoebo Joannem Phoebum Turrianum, quem audio multo esse maiorem annis LXX. Arbitror non levi quidem Argumento descendisse, quippe qui perpetuo cognomine Phoebum refert, ipsi rogo exhibeas documenti exemplum, quod mitto, nisi videatur indignum, quod ipse exhibeas, qui profecto agis. Etenim a tua sententia nolo vel minimum abesse, aut nisi Judicaveris illi minime fore Jucundum, quod esse arbitror tam Jucundum fore, ut me huius Laboris nunquam queat poenitere. Etenim prudentissimus quisque familiae suae dignitatem memoriamque non minus fovere solet, quam vitam propriam tueri. Opto enim vel hoc officio vel aliquo quoad possum, etiamque feceris, Generosi viri benevolentiam mihi conciliare, valetudinemque ei durare Corporis et animi diutissime. Vale.

Ant. Bell. Io. Antonio Venerio Pret. designato S.

130 Anmo voluis adhuc, quem assessorem ex multis deligas, qui tecum apud nos clavum negociorum forensium moderet. Non iniuria. Res est digna matura considerationе, cum decus tandē omne, et dedecus (quod Dij prohibeant) ad te unū haud dubie rediturum sit. Sed tibi vero dum non satis confirmata est sententia, quem asciscas, Arbitror nō indecens aut absurdum de et assessorem unusquisque proponere queat, et quē tandem malis, ex omnibus ipse mature deligas. Ego itaque qui annos circiter septem et triginta usus sum in foro Ariminensi Artis Tabellionatus ministerio, nō erubescam ultro reverenter tñ, et optima fide virum proponere, quem oēs, nisi forte sit iniquus aliquis, aut contumax, Maxime, nō modo summa benevolentia complectuntur, sed optant qꝫ sibi perpetuo iudicem, ob humanitatem, eruditionem, et integritatem eximiam. Is ē Aurelius Superchius Pisaurensis, quem cum alijs multis nominibus, tum ijs precipue tibi commendo, quod sit patientissime audiat, rectissime iudicet, et ut religio est rerum omniū optima, sit religiosissimus, et ab avaritia vero ē omniū pessima, suopte ingenio alienissimus, et in primis tibi, ut aiunt, et deditissimus. Agit apud nos assessorem Gabrielis Venerij, Dij boni quam peritum invenimus, quam iustum, quam incorruptum, qꝫ denique nihil plane deesse, ad summum magistratum honorem acquirendum, nulli profecto ansam pbuit, cur ille male dicat, aut cur pilo deberet ēē minus amicus, qꝫ ego sim, Tempus quo apud nos erupit, totum videtur quodammodo fuisse destinatū summae iustitiae, nrō omniū solatio et tranquillitati, ac ipsius

Magistratus gloriae sempiternae, quicquid visus (aliquis) fuerit temere
fracti; quod ab ipso aequissimo iudice forsan non fuit lis aliqua
data secundum eos, qui iniquissime litigasset. Verum eum
semper fecisse non tum suis sanctissimis moribus dignum, tum
bonorum omnium expectationi, et Magistratum fuisse fe-
licissimum, quicquid aliqua invidia, ut res sunt mortalium, non
desierit esse felicitatis comes. Nam si aetatem spectemus,
nihil prudentiae collegit nostro malo prudentissimus Senex.
Si virtutem, non alium adhibebimus in factis Consulendo,
non in rectius iudicando alium, si spectemus integritatem,
aut in quo sit minus corruptelae. Ego infra mediocritatem
ut ingenue fatear, eruditus, sed exactae tamen fidei tabellio sum,
et ad te non nisi vera et vulgo confessa scribo, tantum abest ut
affectus aliquis mihi imponat. Non litigavi ipso assessore, nec
pro aliquo intercessi; nec affirmo ut qui facit bene, aliquando
male non audiat. Elige tu quem malis. Si alios non laudo, non
vitupero, alium ego non habeo, qui iudicio tuo se magis probare
possit vel charior tibi esse. Nec forsan aetas hominem avocat
a functionibus publicis, ut si munus offerat, recuset. Non est
minor septuagenario tametsi florens illi senectus et viridis est,
Mihi satis est quis tibi sit admittendus assessor, ultro recurrenter me-
minisse, ut si Aurelius munus non reposcat, sed illud refugiat, alterum
asciscas qui moribus integerrimis tuis respondeat. Vale.

Ant. Bell. Petro Ioanni Antonio Batalex s.

131 Ecce formulam, qua instrata (sic enim vocamus) tua subscriptione munias,
quae manu alterius in librum redegeris, nam ne quid a te ut vi-

deceris à me frustra desideravisse, volui tibi uel iocanti morē gerere, ut in re qualibet seria quoq; officiosissime debeo, atq; subscriptionem ut et cetera omnia, permitto iudicio tuo, a quo absit ut vel transuersum unguem discedam, quem ceteris quod festiuis et morib; ne quid dicam interim et nō vulgari eruditione, satis et exercitatus Tabellio sis. Datur aut tibi maxima laudi, quod quia in ijs detinearis assidue, q ad animarum salutem conducunt, sarcina curamq; rostrorum nō propterea negligis, quod ad conseruandas hominum facultates faciant. Vale.

Ant. Bell. Io. petro Abstemio. s.

132 Baptista Colorcanus et Rodolfus Saluasonius mirifice cupiunt tue disciplinę et contubernio tradere filios suos. Unum hic, duos ille, quorum nullus excessit adhuc annum undecimum etatis sue. Dignissimos arbitror esse, quos non aspernaris, primum diuites sunt, et inter Castellanos primarij tum nobilitatis tum autoritatis, Dein contubernium expetunt, quale alijs communicare consueuisti. Offerunt deniq; se mercedem soluturos, quam postulaueris, et usq; ad festa natalitia se paratos expectare, ut omnia tuo commodo fiant. Non ausim [illegible] itaq; ne forte tibi videar importunus, aut insolens commendare ad quod omnis officij ratio te impellit. Tantum obsecro vanas ex animo tuo suspitiones amoueas, et tibi ne libeat unquam quod non oportet: potes n. qui sapis, per te ipsum satis iudicare quod quando recusares, multum illis fieret iniurie, qui secus mallent tibi gratiam habituri erant. Helisabetham filiā meā desponderi nuper Gaspari Pauluzio, nec malo aiunt consilio,

iuvenem mores & opes honestæ commendant. Tu si Bene-
dictam huc ad sororis nuptias mittere non dedignatus
fueris Gratissimum mihi feceris, quod nō amplius ipsa vi
debitur semimortua, nec tu sollicitus insano tuo Zelotypiæ
morbo prodentes stultitiā viri; nō uxoris lasciuiam. sed
quid de connubio loquor qd nōiem fugit amore recepto q̄ maxi abundans? 134

Ant Bellonus Abstemio S.

133 Non possum foeminas meas retinere quin Benedictam inuisant.
Laboraui plurimū ne nunc ad te venirent, postq̄ tū tu ad nos,
hospitio nr̄o minime dignat9 fuisti, quod non sane parum
animū torsit meum. Verum .n. nihil constabat de tua
valetudine, et an tibi, de quo et amantissime sentio, & semper
honorificentissime loquor, aliquid in nos odij & malevolentiæ,
aut amoris potius et benevolentiæ superesset. Expugnatus tandē
iter permitto quod à me totis contenderunt. Tuæ .n. illæ
lrē, quas Marcus physicus resignatas iā pridem mihi reddi-
dit, animum habent meum nō exulceratū perinde, ac so-
licitudine an valetudine adhuc impediaris, nosti quas lo-
quor mendacissimas illas et impudentissimas tam artificiose
scriptas ut in ijs insolidum inueniam, quicquid in preceptis
artis oratoriæ continetur. Utinā referant de tua valetu
dine, quod libenter, et nō mediocri cum voluptate audire
possim, Amo te omnīe, et optarim sp obsequijs animum meū
tibi probari nō magis ut Genero quam ut homini, qui in
familiari dicendi genere non nihil famæ tibi conciliasti.
Illud aut abs te peto molesti ne feras eas tantisper fore
i hospitio publico meo sumptu, dum istic aderunt cū Bndicta.

nos benigniori officio videaris, per complexus tuo tuo modo quam quo tu te solvisti, Complecteremur. Vale nisi forsan ad ipsum physicum divertere malüis morbi rem, non tui alicuius in nos odij. vale.

Ant. Bell. Ioanni phoebo & Nicolao Turrianis. s.

134 Comillus perquam prudens Scriba & accuratus vestris verbis Rogavit, duobus vetustis instrumentis, quae ipse inter cetera indicaveram, apud Aserulam perquirendis manum admoverem. Puduit sane honoris mei causa ab illis rogari qui mandare libere possunt et debent quicquid libet. Nec rem ego honestissimam pro Turrianis tam illustribus viris umquam suscepissem, ut susceptam deponerem. Ita n. afficior, si persona mea quibus in rebus videtur idonea, audacter statim me numquam conferre, sed accipere a vobis beneficium existimem. Cum ambobus itaque perquisivi libentissime, & eo quidem animo, ut nihil acciperem. Invenimus tandem quae quaerebamus. numeravit tamen sponte Comillus Aloecnicos quinque, ut officium, quod mihi Congruum putabam, arbitrarer utile quam fuisse, ego gratias. Pulchre tamen monui, non solvendo ipsum aut orando, sed vestro nomine imperando à me omnia impetrare oportere. Ceterum si invidero in alia vetera documenta, quae ratione tum honoris tum emolumenti vestris animis exoptata fore credam, non differam quin statim vobis significem, nec desinam inter in iis esse, ut coepi, perspicax et oculatus, ea tamen lege ut neuter vestrum cogitet nunc quid emolumenti inde me capere oporteat, quasi nullum obsequium ab amico, praeterquam presente pecunia, emptum, Expectetis. valete.

Ant. Bell. Baptiste & Bernardo fr. colloretanis s.

135 Epitaphio componendo, quod rogor, ut Inscribatis Camilli patrui vestri tumulo, Imparem omnino me esse nō diffiteor. vir fuit maxime splendoris, bene meritus de patria, totaque repub. qui vos et Testamento heredes suos reliquit. Sum ego, ut vos nō fugit, scriba forensibus negotijs, & liter[is] illiteratissimis nunq[uam] nō occupatus. Ne vero vobis morē nō gererem, feci quod mitto. Si arriserit Inscribendum curabitis, at si quod magis vereor, vro Iudicio nō probabitur, alios adibitis, qui se totos cultioribus Literis dedidere. Complectendis .n. Angusto loco Immensis Laudibus Camilli viri arbitror alios pares ee posse, qui qui tranquillo fruunt' ocio, & ex ijs duntaxat paucos illos, qui doctrina & Iudicio ceteros antecellant. vestre aut Argumentum est Gratitudinis Tumulum extrui Magnifice, prudentie, vero singularis extructū Insigni Epitaphio decorare, quod cū Camilli virtutem & Merita posteris repsentet, tum filios nepotesq[ue] vestros pariter ad Gloriam excitat & exstimulet. Valete.

Ant. Bell. Aurelio superchio s.

136 Quod exactis dieb[us] quesiveris à Ioanne Girardo an bene valerem ascribo tue erga me benevolentie. Et ego vicissim, quoties audio Aliquem ex venetijs huc recursum, soleo ~~vicissim~~ de Tua valetudine percunctari, Ita ostendo me tibi benevolum, ac tu mihi. Hoc Iniuria profecto. Sed vniuscuiusq[ue] Iudicium apud nos de quavis re tam equum reddidisti, ut summis te laudibus cumulare amici nō desinant, et vel tantillum reprehendere ne quidem Inimici queant. Quis, Prester-

assessorem, aut litigator iudicem libenter te non expetet, de cuius eximia virtute, et integritate omnium est fama consentiens? Ut autem et in hac parte summae humanitatis famam et gloriam consequaris, ne tibi sit molestum obsecro, apud Valerium fratrem tuum intercedere, ut Germanus filius meus, duce et auspice ipso physico eminentissimo, ad aliquod medendi munus instruatur. ducitur suopte ingenio ad medicinae studium et operationem, cui videt non negligenter operam dedisse. et Valerium tuum desyderat, somniat, et cum ipso totus esse [illegible]. Sperat n. fore, si ab eius [illegible] consuetudine non excludat, ut bene, et magna cum fiducia medendi artem exercere queat, vivat impendijs meis, quousque senectus moram produxerit. Tam n. fratrem tuum Valerium laudat, quasi, ut et ipse aliquando valeat, ab illo se instrui magnopere concupiscat. Vale.

A. Bell. Aurelio Superchio. S.

137 Non erat opus apud me oculorum morbum, quo laboras, excusares, Sero responsum abste datum et meis litteris. quo celerius postea, hoc mihi desyderatius, quo serius perlatum est. Erat nimirum hoc mihi desyderatius, quo serius perlatum est. Satis mora se ipsam defendit cum infirmitate, qua detentus fuit. Satis mora se ipsam defendit cum infirmitate, qua detento tibi non licebat rescribere, tum avida mea ipsius expectatione qui non aliud denique sim consecutus responsum, quam quale tantopere cupiebam. quod n. a Valerio fratre postulasti in meo Germanique gratiam impetratum est, ut non altero egeamus

Intercessore. Postquam vero Germanus tuus videt Medi-
cinae studiis non modo delectari et profecisse, sed ad exper-
rimenta perdiscenda suas omnes cogitationes convertisse,
poterit haud dubie Medicus evadere non ignobilis adiu-
tus cum illo consuetudine, quem in consessu physicorum
Principem esse et haberi aetate nostra. Equidem id genus of-
ficio maxime obligor, nec parum obligabar antea, quod tamen
te latere certo scio: Nam Petrum Ambrosium Canonicum Ci-
vitatensem, meque dum una Romam proficisceremur frater
tuus Philomusus statim e Patavii egressos agnovit discipulos
suos, et benigne hospitio excepit ante annos XLV. operam
n. contulerat ad moderandam instituendamque iuventutem
Utinensem, et ambo meminerimus secundum virtutem sub ipso
nos exerceri solitos, quod mihi venit in mentem quando
ad fanum divi Petri martyris angularem domum digito mihi
monstrasti narrans in ea te quondam inhabitasse hyemis tem-
pore, dum et tu incumberes sub ipso in studia bonarum
Literarum, et non interpellatio et autoritas Gabrielis Venerii affinis
Senatoris clarissimi ad munia assessoris obeunda, sed una hec
tua summa erga Utinenses benevolentia te compulisse vi-
deretur, ut scilicet antiquum tuorum studiorum domicilium, Iuris-
consultorum, scribarumque collegia, et dulcissimam charissimamque
tibi civitatem inviseres. Accessit et illud non vulgaris tuae
in conterraneos beneficentiae argumentum, quod in Magistratu
capitis omnia gratis eis, qui debebant, remiseris, quod factum
crediderim ut aliorum assessorum (qui ad eiusmodi liberali-
tatis munus exercendum non recurrerunt) gloria multo an-

gustior videat. Ista tn nō ad emulationem sed ad virtutē
et charitatem exercenda abste facta sunt omnia, q nō satis
pnt mea quidem sententia pro dignitate pdurari, Et nō
immerito tibi et familie superbie nostrorū omniū fere ciuiū
ai in quandā veluti servitutem ultro se dedidisse videat,
a qua precipue qui virtutem et probitatem amant, ne morte
quidem eximi velint si et possint, ne ingratitudinis vitio
videant obnoxij. Valerius vō quantopere prestaret artē
medendi cepi cognoscere, quando Dominico Grimano Carl
meo seniori Dmo opem contulit in agro pisaurensi, dum
e venetijs ad urbem tendens febrim acutissimam in itinere
contraxisset, ut videret mihi tunc q° heri in pari honore
cū ijs, qui inter phisicos primas tenerent. filius meus apud
(te) facit sibi usum artis medicine, qui summus e artifex, mihi
gratissimum, multis quondā saluberrimū, si dijs placet, futurum.
Sed me reprimam ne videar plus paulo tibi legendum pbere,
quam obsalmia tua ista recens patiat, Cui si frater mederi
nequit, te ob id nō ipe Esculapius liberabit, quod morbus plane
sit immedicabilis, non enim es homo senectutis adeo ex-
treme ut etas tua nature psidijs fulciri non queat; Qm
vero morbus tibi nō animi vigorem abstulit, sed oculi sensum
duntaxat extenuauit, sic te (te) velim consolaris, ut quod pos-
sit adhuc accidere, vocaris, equo aio feras, quod sentis tibi
iam accidisse. Vale.

Ant. Bell. N. Assessori. S.

138 Anum quandā intelligo nostro quid conuiciorum nomine

Philetinus in te euomere ausum fuisse, ac si prius formidine deberet, quod abste semel pronunciatu est, vel reuocandum, vel minime exequendum Statuere. Risi facetia, qua dicteris mulieris insolentiam repressisse. Nam iussisti nihil commotus contempta dicacitate abiret ad Asciendum. Ostendisti profecto tibi ingenium plane festiuum et Amoenum esse, ab omniqz perturbatione Liberu. Sexu noras infirmu, opinor et vetulam illam, quam audio vocari Stratiotam, Seu quae ducta quondam suorum affectuu arbitrio ad multam forsan etatem cu Stratiotis minxerit. Effrenem vero illius petulantiam Lenius aut Commodius Castigare no poteras, vnde facile pot per se ipsam conijcere mentem ee sibi pecudis verius quam probe foeminae. An ignorat qp Cuntus litis respondit Justitiae, et no ee tibi discedendum à tua Nec à scripta precessoris Sententia preter Senatus Decretum, cum ad Successorem eo stante Decreto Judicandi Asinus nunquam redit, quo semel functus est, possessor bonis vel malae Sententia tamen talis fuit vt neqz equitas, neqz Jus ut ipsum reclament. Nam funetur Asinus no est feudum, nec tale, quod alienari suapte natura nequiuerit. Asinus fideicommissum ... Aduersaria nititur argumentis, cum no raro tn fuerit distractus & alienatus, vt acta sonant. nec nouum Judiciu nobis Instituendum erat, simulatqz ab Albano &c. fundus tpe Philetini fuerat restitutus, Res Stabat de tpo tom Judicata aduersq ...

cuius possessionem quoque auctore Sponte fueramus adepti. Causa igitur excidit optimo iure, nullo tuo vitio, Proinde sese Lesam Arbitratur, omissis Clamoribus & Conuicijs Appellat, sive rem gerat arbitratu suo, sive al terius Impulsu. Vobis saniis pergs̃ Iurandum fuerit ut eam sententijs cognoscendam experiendamque Curet, Sortitur hic Iudices viduis pupillisque non parum fauen tes, dubio tamen procul insigniter Iustos. Et si tum Vtrum Calculum non adiecerint, magno sibi fuerit vsui cum fructibus et Impendijs fundum recuperasse. Sin autem quod speramus album addiderint, Tum desinet se oppressam aut offensam vociferari. Persuadeat velim sibi quod hoc minus frater de cuius re Agitur, ducetur formidine Ius tuendi suum, quo ab illa iniquius vexabitur, omnino succumbere di dicit, tantum abest, ut obtineat. Iurgijs temperet interi nec aliquid quærat hic de Sententia mutari. Cogitet eius virum auxis. cL[ta]. quibus Initio fratri fundum vendidit à Salis debito ne truderet in Carcerem se redemisse, et quod Vxor quæ contractum rescindere, & emptorem fundo ac pecunia fraudare conatur, non modo videtur matronalem pudorem abijcere, sed nomini Ba riti Infamiam, animæque periculum arcessere, quo Exemplo didicimus Maius non esse discrimen bonis malefacere, quam malis bene. Tu vero Ridicas Iurgia Mulierculæ,

Inter nos cadunt peritissimũ et iustissimũ iudicem,
nec ipsa mutare mores pōt, quom sit preter nām
Animum p̄sertim peruerse malam, bonā habere Lingua,
Conuenit .n. quod Mulieris maledicentia peccatum ē,
nihil pendas, et tua āi equitate atq; Sapientia sar-
cias, Vale

Ant. Bell. Aloysio Mocenico. S.

139 Non possum mihi persuadere quod Scribarum utinensium industria
uocari ad censum debeat. Nam nō pōt industrie imponi subsidij
onus, Vbi p̄sertim quęstus sit exiguus, nec Senatꝰ tralytur desijt
ee, Serenissimus, quem uno ore predicamus cū alijs nominibꝫ tu-
ijs p̄cipue quod sit pientissimus, sanctissimus, Clementissimus, age-
retur .n. Durius q̄ paupertas pati posset (et quam tanti Senatꝰ
Clementia requireret omnibus ac uniuerso terrarū orbi insigni
ter manifesta, Sumus pauperes Amanuenses, quoniā lucri Tenui-
tas uix suppeditat quantum sit satis nostris coniugibus & liberis
alendis & Educandis et familia uniuscuiusq; viri à nobis ita pensū
quotidie exigit ut si prandio nō caruerit, nihil sit reliquū, qd
cenet, nisi lucrum interim accesserit. Lucella sunt Tenuissima
quoniā dum res geritur in palestra Iudiciali, Circumfundimur
septem, interdum decem Tabelliones. (Sumus .n. Quadraginta
ordinarij) Castellatim conglobati ad pedes Presidis, aut Assessoris,
Et quisq; obseruat, quod ad se pertinet Cursimq; tabellis excipit,
et inde domi extendat, cui mercedis nōis numant soldi quatuor.

Reliqui aut Scribe quauis vestigijs pariter suis steterint, totu
illud tempus amittunt, . Si vero quis rogat quod vocamus
Instrumentum conscribere vel pactum dotale aut Testamentum,
sit vtcunque Longum et Laboriosum, ipsi Asseres eadem soldo
quatuor in totum constituta e. quauis extendendo tres, ali
quando quatuor hore vix sufficerint, quinimo nece est in
terdum Tabelliones, ut recte fungatur officio suo, & ut omnia
sint instructa, et in promptu omnibus horis habeant, noctem tota
insomnem ducere. Quod si quis in publicam formam redigendum
sibique tradendum postulauerit (ita no possumus nisi requisiti
redigere) vix Extorquemus quinque si decem debeant, Adde
quod currit ex Ciuitatem ad notarios aliorum Locorum (ne hec formule
noue Leges aureos duos pendunt in singula Centena, no sine graui
nra vtriusque Scribarum Iactura, . Pauperibus nulla accepta
mercede Gratuitam semp operam impertimus et haud grauate
pecunia Scribendis Literis impendimus, quoties plates Communitates &
Castellanos in vnum Coire nece sit iuxta rerum exigentiam.,
Si Industria igitur trahat in Consum in Curris tam pusillis,
e quib nobis vix parari pnt ad vitam neccia, hic haud dubio
procul Compulsi erimus (ut ars ipa Tabellionica naufragiu faciat,
Cum nos cum Liberis nrio migremus in nidum forsan nunqs reuo-
caturi, aut ut ad questum commutemus exercitium, ut quisque
fuerit natura vel usu ad aliud quoduis munus idoneus (ne fame
periclitemur. Ego sane nunqs Cognoui Scribam de nostratib
Loquor et quidem egregijs. qui quis ad nos consenuerit, aliquid
decurso vite spacio superlucratus sit, contra noui quosdam

quorum humandis Cadaveribus par esse non potuit quicquid
Lucri eis superfuisset. Huc accedit quod qua ratione Ca-
nonicorum Distributiones quotidianae sunt à solvendis Deci-
mis liberae quoniam sitae non sint eorum opibus et proventibus
annuis, sed in labore, eadem et à praestandis subsidiis nostra debet
immunis esse: cum necesse sit quotidie cursitemus in forum,
scribamus assidue, et laborando vigilias producamus, nec
immunitatem improbe postulamus, qua Patavini, Bergo-
mates, Cremonenses, aliique nostrae professionis minime carent:
iniquum profecto videretur illis permitti victum, nobis eripi
qui necessarius est. Non discessimus unquam à fide, sumus per multis
delecti et cooptati ad artem non improbatam in Collegium.
Nec in arte praebuimus iudicium corruptae mentis, ut alii conferri
debeant chari filii, nos privigni. Nos profecto optima
ut decuit fidem et voluntatem erga Senatum semper gessimus
Nec ab ea nisi plus quam pessimus aliquis deficere potest.
ad Exarandam meram veritatem, cuius ministri sumus,
Omne Studium semper Contulimus sola ducti spe Gloriae,
Non imponimus ulli, non à vero, non à iusto, non ab ho-
nesto deflectimus unquam: Etiam nostrae Arti minime est
aequiperanda industria Causidicorum Advocatorum, quo-
niam vanissimis ambagibus, mendaciis, fucis et dolis qui-
dam ex eis frequenter imponunt, et ab imposturis non
temperant, cum solo pecuniae affectu rapiantur. Absu-
notem alicuius Intemperantiam, affirmo tantum artem
à nobis iustissime agi, Aliorum exercitia per se quidem
honesta esse, nonnunquam tamen parum honeste exerceri,

ars. libro perinde refert in industria prestanda, ut quis sit Amanuensis, quis Causidicus, quis Arbitrator. Adde quod divites sunt illi fere omnes, nos ... adeo pauperes ut si nostra industria cessat, non solum ut in extremam miseriam & Calamitatem conijciamur, sed ut ipsa ars tabellionica de- misso funditus evertat necesse sit. Proinde cum ratio suadeat, honestas alliciat, & exemplum urgeat, ne nostre industrie violentum hoc obtrudatur, favere digneris ob- secro causae nostre apud Senatum Inclytum, qui sublevandis pauperibus opem praestare semper est solitus, Nec parum rei pub. refert Scribas et amanuenses servari immunes, quos virtus, fides, fama commendant. Hoc n. officio perpetuo nos tibi devinxeris, Porro servos publicos nos leges appellant, quod cuilibet servire nostri officij nos oporteat. Sumus n. Pau- peres, tibi vero Senator Clarissime non illam nunc servitutem offerimus popularem, quam nulli negare possumus, sed aliam, quam tu ipse fateberis non ex officio solum, sed ex animo, summaque nostra benevolentia proficisci. vale.

PetroAnt.°
Ant. Bell. sbroyauachx. 3.

190 Visus sum nonnihil animo commoveri statim ubi Pomponium pictorem coepi audire passa sua dotalia in alteram diem reijci- entem, Subodoratus fui ab ipso me haberi vel de arte vel de fide suspectum et minime dignum qui eius passa notarem. Ea vero mihi cum vitae Conscientia, tum animi moderatio est, ut non solum levis istas iniurias parvifaciam, sed statim etiam

obliviscar. scom conditionem notariorum. Loqui et mores
quorumdam hominum nostri temporis, quos simul ac se obli-
gaverint nihil pudet negare se obligasse, et affirmare
tabelliones plus aut minus scriptis mandasse, quam de quo
rogati fuerint. Etenim priusquam sponsum et sponsam in-
dicasses, absque invitatus ad aedes tuas me contuli, sola ratione
habita meae erga te observantiae, non iterum mearum aut Col-
legii rerum me evocaras, ut intelligeres nihil omnino obstare
quin tua negocia et amicorum suorum meis commodis omnibus ante-
ponerem. Et si quoque Contrahentes non ignorassem, in tui
gratiam accessissem, cum mihi persuasissimum esset a meis ne-
minem unquam laesum, et laudem, si me scribam forte
non sustinerent, quod in Contrahentium arbitrio constitutum erat
hanc vel maximam meam haberi, quod absque generis no-
bilissimi, nariisque emunctissimi viro Relig. ac universo Col-
legio meruissem. Nam Principibus placuisse viris non ul-
tima laus est. Magni sane apud me ponderis illi non erat
ut pote nullis Maiorum Imaginibus clari, nec directa ulla
mecum familiaritate coniuncti. Extra Collegium tamen ad scri-
benda pacta me ab illis me educi tua causa passus fuissem
Sed placuit Pomponio me prorsus abigere, ut alium ad-
mitteret, suspicor. Utcunque igitur visus sit nomen meum ita
inquinare voluisse, conscientiam certe nequivit laedere,
perstat proba et syncera deo iuvante. Quod si de me quic-
piam ad eum delatum forsan fuisset, aio debebat voluere

an ab homine maleuolo, aut fidei parum integre. Non
ro infitias ab ipso effingi hominis rumoris, omnibus absolu
tos. si ipse iudicas, cuius in designando prestantia uidet
splendori oratalium. uerum quales passim reperiantur uiui
no ille plane nouit, unde plus omnino prudentie i eo de-
siderassem, ne falsis suspicionibus tam facile uideretur
commotus, ut ueluti ad inimicitias amicum uocaret, siue
suo iudicio egerit, siue quod magis suspicor alieno. Neque
tu credas quantum capiam uoluptatis, si nactus sit scriba
qui egregia aliqua forma fideque optima suas nuptias hone-
starit, tantum abest ut conquerar iniuriam, aut hominem
subaccusem, amicitiam eius no fugio, neque inimicitias quero,
quando. n. plus no possim, satis duco me tamque in speculo os-
tendere mihi ipsi uacuum omni labe, ratus no admodum
posse nugis et falsis suspicionibus et rumoribus nomen meum
labefactari. quando passim predicant, quod primus in urbe
aroto. Tu tamen uelis obsecro me monere et fideliter &
amanter, si habes cur me suspectum aut indignum exist-
marit. Quorsum dices me tam solicitum hec res sit, cum
sim scriba nec plebeius, nec egenus. non certe ut uelim cum
Pomponio aut aliis inimicitias exercere, a quibus longissime
semper absum, nisi nec ut ei incipiam succensere, sed ut statim
diluam siquid obiciat, eliquerat tibi tum de falsis calum
niis, tum de equitate, et innocentia mea. quod nunquam am
biguo te facturum. Soles n. que tua humanitas et erga me be-

neuolentia singlis, non minus mihi tribuere quam mea in-
dustria et erga te fides & obseruantia mereantur.
vale.

Ant. Bell. Ioanni vetello sauorg°. s.

141 Si mea ista descriptio nõ satis elegans et speciosa, aut aliquo
forsan errore aspersa tibi videbitur, par est in tua culpa,
mihi des veniam. Nullus mihi unquam in vita tantopere calcar
addidit, ut dubitem nõ parum, an citra valetudinis iacturam
puigilias ferre potuerim. Tu vero tali vitę dispendio
victoris remedium prestitisse, ut optarim ad huiusmodi subeunda
pericula abste frequenter impelli, ne non omnia votis
meis respondeant opus, at tuis. vale.

Ant. Bell. Aurelio Superchio. s.

142 Certissima fama iactatur passim à Clarissimo viro Nicolao Pontano
qui proximis diebus designatus est patrię preses, assessorem te
iam sumptum fuisse, quod cum pro singulari meo erga te amo-
re et obseruantia maximi beneficij loco mihi ipsi exystimem
nõ possum non vehementer letari. Sanè in eam spem iadiu
veneram, et quod sperabam, de me amici sepenuo audierant,
ut aliquando ad nos reuersurus ees, quibus ob egregiam doc-
trinam et probitatem magnum de te desyderium reliquisses.
Unde me prius diuinasse gaudeo, quàm ad pristinam digni-
tatem receptus fueris, et tum tibi magnopere Gratulor, tum
vniuersę patrię, tibi, quod veu postliminio reuersus ab opt

presidet imitatus ad munus, quo abhinc biennium summa cum
tui nominis laude quoque perfunctus fueras; patriae, quod
eam ipsam repetes, quae te non secus ac Charissimum civem com-
plectitur, et quod non alium sibi magis quam te iudicem concupi-
vit, quicquid te et Ioannis Antonii Venerii, qui mox est fun-
ctus munere optimi praesidis odium, invidiamque nescio quis
literis falsis pertrahere conatus fuisset. Quis enim bonus ex
invidorum grege se potest excutere? Nimirum ii sunt invidis
mores, quod ubique volunt ignis alta petit. Ut magnas tragedias
frequenter excitent, sicuti de nostris Commilitonibus pauloante,
quos quidam apud Triumviros Calumniatus est expilationes fecisse,
in nostrum Praesidis heu nephandum scelus, Contumeliam, quae pro-
fecto patriam ita repsit, ut a nobis omnibus sit magnopere de-
siderandus non extollendus modo suspiciendusque. Nam iure
culpari minime possunt ministri, qui non haec respiciunt ut per fas et
nephas ditescant. Avinus Praeses, qui sapientia et auctoritate aeque
omnes in officio diligentissime continuit. Sed quid ego de
hac re accuratius tecum ago. Satis ambo pro summa pruden-
tia novistis vel gravi iniuria lacessiti moderatione et equitate
animi sustinere, quemadmodum ratio temporum postulat.
Tuae sunt igitur mi Aureli partes contemptis invidis et male-
volis iterum obire munus ad tuendam, augendamque tui nominis
dignitatem. Adventus tuus magna in expectatione est.
Gaudebis, non semel nactus Assessoris munus, nec supergressus
semel illorum laudem, qui non mediocrem in patria meruerunt.
quam non ego rectius dicere possum meam, quam tu ipse tuam.
Certe boni omnes tam tui cupidi sunt quam studiosi, quod qualis es

In assessor hoc est integerrimus quoq;, nō modo doctissimus
Alterum nō facile Reperiant. Ego vō quod ad me attinet,
cū mei Superbij memoriam tueri, tum Magistratū Tuum
predicare incorruptum, numq; Cessabo: cū si nō hoc curem
meo iure videar officio defuisse, quom ex eorum nihil iustius
à me fieri, nihil verius dici possit. Vale

Ant. Bell. Nicolao Mocenico S.

143 Quod hucusq; nihil ad te literarum dederim, Arbitror nullam
factam fuisse iniuriam singulari obseruantie erga te meę.
Quod enim scriberem nihil sanè occurrebat. Nunc autē, quàm
effuse me diligas, cum planè Exploratum habeam, minime vi
deor posse scribendi munus absq; Ingrati animi suspitione
amplius pretermittere. Tuū namq; erga me Studium, cum
alijs multis Indicijs facile perspexi, Tum quod Anibalem &
Ioannemgirardum, de me rerumq; mearum Statu amantissimè
percunctatus sis. Nec tu dubites velim à me tibi vicissim,
memoriā, fidem, diligentiamq; prestari, non modo propter tuū
illud erga me studium, sed quòd etiā tua cū maxima Gloria,
Patriam nrām forojulium fortissimè quondā administrasti
ac de ipsa summe re pub.ca summis fungens honoribus optimè
semper mereris. Dabo itaq; et ipse operam pro virili,
ut oīa, q̄ iusseris, à me ex tua sententia conficiantur: Interī
occasionem expecto, qua non re minus, quàm verbis amoris
et obseruantię erga te meę testimonium ultro afferam.,
Proficiscitur istuc filius meus ut litis finem videam, quā
abhinc biennium aduersus quendam Campanariu inchoaui

Proximè statuendum tibi est, quo cognoscatur num male aut bene potius his Aduersarius causa ceciderit. Digneris obsecro admoliri manum, quousque tuę dignitatis ratio patiat, ut industria autoritateque tua inter primos mihi condonetur locus. Arbitrabor satis consultum meę rei, si (quod iam diu à me desideratus) amplius desiderandus nō sit, quoniam tanta est aduersarij iniquitas, ut modo ad causę disceptationem descendat, aduersus eum victoriam, iustitię beneficio facile me consecuturum sperem. Vale.

Ant. Bell. Aloysio Mocenico S.

144 Mitto Bellonum filium meum, ut litis iam consequar exitu, quod à me de quadam domuncula abhinc sexennium coeptum est, nec temere quidem. Bis .n. secundum me hic pronunciatū fuit, et haud dubiam prebent spem iuris prudentes, et reus Venetijs quoque causa cadat. Digneris obsecro per tuam illam erga studiosos liberalitatem eximiam, causę meę (quibuscumque rebus potes) consulere aduersus Campanariu (qui mecum agit profecto tum iniquius, tum prolixius, quàm par sit. Enitar sanè omnibus studijs et officijs, quemadmodum debeo, ut primam in te colendo laudem nō alteri tribuas, qui inter tuos sit, aut numerari cupiat. Vale.

Ant. Bell. Aurelio Superchio S.

145 Confirmasti tuis literis quod diuinaram cum ad me scriptis, tum ad Nicolaum Paonam. Sed hoc diuinasse mihi difficile non

Admo[illegible] fuit, qui te isto ingenio, istis moribus, ista erudi-
tione preditum norant, ut maximo quoque munere sis mul-
to dignissimus: iudicium et simul fere nos optimum [illegible]
dem consecutos fuisse, quando nihil prius habuit, quam
ut optimum assessorem sibi deligeret. Quales .n. ministri,
tales probatur et preses esse. Vaticinor quoque fieri tibi
quondam accessionem tertij magistratus, quod dij faxint, ut
ter consul dici queas, no ut meu ostendam in te amorem et
observantia, cui addi omnino nihil pot, sed ut maturè huius
muneris rationib[us] sit consultum. Ecce hominis pot nobis sa-
tietas obrepere, si decies et rediret assessor, quem semel co-
gnovimus optime fortissimeque munus egisse. Veni igit[ur]
veni dextro sydere. Padua. Curat nunc tibi domu, opinor,
in eam demumque sententiam adducetur, ut ab Euphemia file-
tina angularem tibi conducat, qua Clivo adiunctam, [illegible]
Joannis foro accubantem, Clarissimi Presides Jacobus Cornel[ius]
& Franciscus Donatus involuere. Quam enim tenebas ano
superiori Franciscus Valentinus et audio, iam locauit
Leonardo Montemiaco Eq. Sebastiani filio, qua tamen, si
de tua voluntate, et in patriam reditu opportune factus
fuisset certior, in id tempus haud dubie tibi reservasset.
omnino in Philetina domus habetur tum magnificentior
tum commodior. Portius aut, cui voluisti à me tuis
verbis salutem plurimam impertiri tuas ad me lras legit, ut [illegible]
sit homo tui studiosus letitia, qua de munere concepit, [illegible]
tibi deferam et Coster maximam. Vale.

Antonius Bellonus not. Aurelio Superchio. 8.

148 Ex Bellono filio meo qui iampridem ex Venetijs ad nos rediit Cognovi causam meam abs te, Aellio Cortonę nec vulgariter quidem commendatam fuisse, quod summę tuę humanitatis erga me abundantia ultro te fecisse certo scio. Quare tibi ago gratias, fateorque ~~propterea~~ nō minus debere, quàm si ille cum cęteris meis compatronis omne studium, curam, et diligentiam contulisset. Atqui causam meam ab ipso Aellio demiror destitutam fuisse postq. Tursius pro Concione adversario respondere voluit, quam ipsi ambo & Sebastianus Venerius simul, bis in Consultationem deductam, optimam iudicassent, quom pręsertim nunq. desierit filius ea pręstare, quę animum nostrum gratissimum pręferrent. Cur verò tum constanter eorum tueri Consilium, tū sententiam bis in prima atque secunda instantia latam sustentare neglexerint, planè sum nescius. Equidē litem nunq. inchoassem, si iuris prudentibus mea ea probata nō fuisset, et si omnino iniquā adversarius defendendam nō suscepisset, minus prosecutus fuissem, si que meam ipsi Veneti Causidici egregij se defensuros et palmam consecuturos, vel quodammodo potius iam consecutos non recepissent. cum huiusmodi ratio mea semp fuerit ut preter et contra ius cum aliquo mihi litigandum nō esset. Non ausim dicere tantos patronos, quales Aellius et Venerius predicant esse sunt.

vel nō recte consulendo, vel nō constanter defendendo,
me supplantare voluisse, quod nec sane vnquam cogitaui;
puto tn̄ si causam nō deseruissent, quod publico Senatus
Iudicio Sententiæ istæ nō rescissæ, sed tunc optimo lau-
datæ fuissent, quoniam in Venerio & in Astellio neque fa-
cundiæ ratio, neque ætatis et Iudicij maturitas, neque
rerum experientia desyderantur, quo factum videtur
vt non minus Consultorum diligentia q̄ illorum XXX
sapientum Iudicia posthac timenda existimem, quo
animo, et tu forsitan mecum esses, si semel in causa tua
Iusta defensores illi, parum diligentes, ij Iudices, parum
oculatos, equosque tibi se præstitissent. Ego ut, quod sen-
tio, totum liberè loquar, puto quod Carolo Fatiganati
socij suppetias ferre neglexerunt quia cum Achillis viribus
Impar congredi ausus fuisset. Sed cur ego patior, si me
nō iubente, se socijs anteposuerit, quibus nō erat com-
parandus? Tu si quid d' meo hoc negocio habueris ex-
ploratius, vel aliter sentias, ne fallar amplius, rogo fa-
cias ex te sciam. Vale.

Ant. Bell. Dionysio Contareno S.

147 Collegium nostrum notariorum cum multis nominibus conficitur & ē
honestissimum, tum vero quod statuta nō solum huius Ciui-
tatis Utinensis consensu, sed Inclyti quoque Senatus autoritate

munita diu habeat et seruet. At erupere quidam nuper,
nec pauci quietem, qui nō in Collegium amplius se asciscī po-
stulant, sed grauiore scelere conant[ur] Subscriptores coniu-
rati dies ac noctes violenter illud euertere, neq[ue] sui oio
neq[ue] nostri officij rationem habentes, nisi quod adducunt
nescio quam Libertatem, cuius se causam agere mentiunt[ur].
Nam numerari se ita notarios cupiunt, ut quadragenarius
numerus, qui Senatusconsulto definitus et determina-
tus est, infringatur, et perpetuo deleatur. Nos vero
sanctissimorum Statutorum, ne nrō officio deesse vi-
deremur, aduersus istos gregales defensionem suscepimus,
In ea n. tempora non incidimus ut conscribendis ne-
gocijs, quae in hac Ciuitate tractantur & fiunt, vero
Scribae nedum Quadraginta, pares esse nequeant. Unde
per lrās cum Collegio tecum agendum duxi, ut intelli-
geres tibi cum eruditissimo, tum integerrimo Aduocatori
singularem quam debemus obseruantiam merito à nobis
prestari. Te itaq[ue] Senator Cl[arissi]me rogo maiorem in modum
Statum decretaq[ue] Collegij nrī salua esse velis, et iniquissima
ista molestia nos liberare. Quoties. n. à nrō quis defecerit,
in dignoscendis ac deligendis prestantioribus iudicio nunquam
fallemur, qui non aliud sane magis cupimus omnes, quam
ut huius Ciuitatis et patriae commodo, honor nostri Col-
legij preclaris ingenijs sustentetur., Curabimus aut ne istis tue
ope unq[uam] poeniteat, quod gregarios scribas merito extrusos, et
Collō nrō nihil decessisse dig[nita]tis et ornamti, sed accessisse plurimu[m],

ingenti tui nominis Gloria predicabunt. Vale.

Ant. Bell. Io. baptistæ Egnatio. s.

150 Quom Seraphinus Bugattus paulo añ Collegij nri principatu iniisset, Manus quedam Scribarum undecunq; Collectorum õo insolentis perdusta ẽ, ut decreta nra saluberrima rescindi pertinaciter velit, pro quibus confirmandis tu nobiscum annis superiorib; tantopere desudasti; In quam Sententiã videt et imperita multitudo se facile contulisse, ut q̃ nobis in Collegium adlectis iure constituta confirmataq; sunt, iniuria abrogentur, aboleanturq;. Iam apud nos, si nescis, prudentes consultant et decernit plebecula, quæ quod liquet honestissimum ẽẽ, vel fastidiose admittere vel admissa inuertere consueuit. Negant isti si se ĩ vita sustinere velint Statuta nra de numero precipue Quadragenario ab eis tolerari amplius posse. Contra affirmamus nos rationem Collegij si rescindantur, constare, neq; si augeat nũs, nos & illos viuere simul posse. Nimirum ea nõ est negotiorum nri temporis ratio, ut nũs augendus sit, nec scribæ illi tales, ut statim de ipis omnibus bene sperandum sit. Cunctos n. liberaliter Complecteremur, quicquid ex ipis multi nec maturuerint, nec unq̃ satis fortasse maturascent, si nobis de victu, Si Collegio de dignitate multum nõ detraheretur. Verum tam foelix nõ contigit nobis exercitationis genus, quanq̃ in eo quotidie non indiligenter versamur, ut XLta vel paucior

nisi simus in victu admodum frugales, aut habeamus aliunde, sustentari eo valeamus. Agitur nobiscum profecto conditionibus nimis duris si q. st. pquamexigua lucra auferant, abrogatis decretis sanctissimis, nro Presidis nro, totiusq. Civitatis consensu, verum et Inclyti Senatus autoritate comprobatis. Sed quid dices, ex nris nonnulli st, qui Seraphinum ipsi Principem nrz magnopere suspectum habeant, quod et ipe querat Privigno ita parari aditum ad munus Tabellionicum exercendu. Requirit n. hactenus ingenii Iuvenis alioqui bene doctus, ut nulli forsan ex ijs cedat qui precurrerunt. De Seraphino absit ego male iudicem. quis occasionem ipe aliquam inde sumere potuisset, ut se quoq. nob adversariu redderet. Candidus est, universum Collegium diligit, & magno bo[rum] omnium consensu ad principatum accessit optima voluntate, venetias nimis libenter proficiscitur, ut omnib. se fidei certissime hominem plane confirmet. Vides Egnati in quantam invidiam & periculum Amicus et nos omnes vocemur. Non n. vereor, quin eas et tu statim in sententiam nostram, cum ut fides et diligentia in Seraphino, cui probitatem nro ignoras ac dexteritatem innatam esse, desyderanda nro sit, tum ut ad scribendum non omnib. pateat aditus, quinimo animum videor futuri tui, si non minus qui nos conant obruere, se vehementer

errasse cognoscant, q[uod] qui Seraphini defectione vel fraude factum arbitrant[ur]. Quamobrem abs te peto atq[ue] contendo ut Seraphinum (cui maius nihil tribui pot[est] q[uam] gloria) reliquosq[ue] tui studiosos, quos pro tua humanitate singulari tuendos quondam suscepisti, consilio, studio, et industria iuvare pergas. Est n[am] non ex re n[ost]ra tantum, sed ex tua quoq[ue] ipsius dignitate, ut qui decretis confirmandis presto fuisti, defendendis minime defuisse videaris. Dabimus et nos deo benefaciente operam ut o[mn]es abs te diligi mereamur, egoq[ue] privato affectu, qui amori fideiq[ue] tuae me totum tradidi, ut plus n[on] sim ego meus, quam tuus. Vale.

Ant. Bellonus Bertrando susanae. s.

151 Flagitasti sepius quid patriae stylus observet in dote, contradote, morgincapijs, et annulis, ut Egidium Falottam (qui pro patria R[everendissi]mo auditorem agit, de qua re abs te quesiuit, accuratissime certiorem faceres. Rem nondum planae exploratam habeo, cius noscendae non parum alioqui curiosus. Ricardum n[amque] Fontibonu[m] et Nicolaum Guliolam an[te] annos XXV. consului qui cum doctrina et ingenio tum rerum multarum usu forensiq[ue] exercitatione omnium testimonio celebres habebantur. Responderunt peramanter sane, sed nihil aliud mihi notu[m] fecere, nisi neutri compertum esse, ut stylus haberet. Ut vero Tabellionis studij rationes mihi curae esse viderentur opere precium duxi quodam libello meo ea[m] materia[m] tentar[e] verius q[uam] disputare. Ex lectis demu[m] infinitis dotalibus

Cum meoz, tum superiorum temporum pactionibus, ipsorum iureconsultorum sententia comprobavi, certi scilicet nihil reddi posse in tanta pactorum varietate. Quod aut me sentire scripserim sentiamque certius, accipe in summa, et si urbi causa mille aurei constituantur sponsz, dimidium censeat dotis noie, in pparamentorum cauz alterum dimidium. Contradoti seu contrapactis adscribantur à sponso aurei centum sexaginta sex, qui tertia dotis efficiunt. Morginicapijs et descensuris libre mille. Annuli sint aureoz quinquaginta, et quinque omissis consulis, ponderant in singula continent dotis et preparamentoz. Habes breviter quo loco et quo debeat ipstrumenta, contradotes, morginicapia, et annuli, ut cur ita videri debeat, nunc pretermittam. Satis est quod apud me sententia mea stylum attulit et consuetudinem. Ista probent alij conscribe aut melius habent ignoro, nam in alienis non sum ingeniosus, et ut non est inter nos studioz diversitas, ita nec fortassis opinionum. Libellum de quo supra dixi, ostentat pessimi nescio quam lasciviam habita nuptiarum ratione, quae tunc celebrabantur, quem pre pudore sino in tenebris iacere spero his, qui volunt videre haud facta legendi copia, et ob id ferre nequeo ut multi legant, ne nimis multi rideant.

Vale,

Ant.s Bell. Hieronymo Attimio s.

152. Baptam Iustum filius meus Bellonus istuc data opera mittit
ut nescio quem tuū subditum ad Trabes praebendas compellat.
Cum nullam prorsus excusationem ille afferre possit. Acce-
pit pretiū, necdum tamen trabes tradidit, quamquam lapsa
sunt diu tempora, de quibus inter eos convenerat,
et mora tam longa iam stomachum facere cuilibet
possit. Haec cum sit causa filij, affirmo simul et meam
plane esse, quod cum alijs indicijs multis facile potes per-
spicere, tum vero quod rem totam familiarem eius humeris
me alijs studijs nunquam nō occupato, ut nō indiligenter curet per-
mittere soleo. Nobis autem officij ratio ita constat, ut nihil
in potestate nostra constitutum sit, quod nō statim tu pro
tuo arbitrio consequi possis, nec abs te quicquam propterea po-
stulandum existimamus, quod tuae ratio dignitatis non
patiatur. Itaque Rogo te, hac re nostra te ita habeas ut
voti Compotes statim fiamus. Nam cū singularis nostrae erga
te observantiae, tū in primis aequitatis tuae eius causa rationē
habuisse videberis. Francisco filio tuo ac Turriano alteri
qui superiori mense te Rosarium usque prosecutus fuit, et
filius tecum tuus sponsus effecerit, Salutem velim meis
verbis ~~nuptias~~ plurimam. Tu si mihi aliqua mandata
dederis, non segnius, nec aliter ac debuero, exsequenda
Curabo. Et si fortuna aliqua non abstulerit mihi ea exsequen-
di potestatem, ne diem quidem proferam quin in tua re
faciam, quod tu velim in mea facias. Vale.

Antonius Bellonus Nicolao pontio seu de ponte s.

153 Pacti sunt hodie Ioannes Donatus Iosephi Fannij procur[ator] et Carolus Georgius Pulcenici Comes ut Successor expectetur tuus, qui Controversiam eorum Iudicio suo definiat, postquam tibi, priusquam Ex patria Decedas, facultatem ea Legendi, quae Inter eos acta sunt, plane ereptam Intelligunt. Nam paras proxime cum fonte in forum perducere, tum obire munus Legationis ad Caesarem, quod tibi praeter expectationem pauloante delatum est, de quo non ausim sane tibi nunc gratulari, ne Ineptus videar, cum tantopere (ut audio) doleas, et Ingemiscas. Tantum obsecro Velis, de quo ambo mecum egerunt, ad eos scripturas et allegationes remittere. Nam eque Actor, Iudicis, quem Civitatis Capitaneum appellant, atque Assessoris, reus, nasum reformidat, ego tamen mihi tales Iudices semper optarim, sub omnium Confessione doctissimi, et Integerrimi, sunt eorum Iudicio proculdubio affectus ullus non Imponat. Verum cum in manu n[ost]ra mederi sit hominum suspitionibus non sit positum, satis tecum persuasum puto, nomen, quod sibi virtute pararunt, unius aut alterius recusatione minime Labefactari. Caeterum Cohortor Legationis munus obeas aequo animo, Cum gratum tum rei publicae feceris, tum honori tuo plurimum consulueris.

Vale,

Ant. Bell. Grineo s.

154 Ut legi tuam Schedulam, et Epigrammata, non potui non dolere

Vehementer, cum tuam, tum totius Fontis vicem, Quae praeter insculpenda curassit, si ad eius manus tempestive integra pervenissent, nec deceptus fuisset, antiquitatem redolent, et summa delectant suavitate, & fons ipsorum Elegantia illustrior & honorificentior apparuisset. Sic profecto nunc habent mores hominum, ut qui in fidem alienam totum se conferat, fallatur facile. Verum quia omnium pulcherrima fecisti; perinde tibi palmam dandam censeo, ac si illa nobis initio reddita fuissent emendatissima. Quisquis aut ille fuerit, maximam certe tibi iniuriam fecit, qui adulterina (ut scribis) adiecit. Sed quam Professor sis humanissimus, non modo doctissimus, non solum hortor non cogites de vindicta, sed ne male quidem illi preceris. Non vincit metro, et haud satis scio an vicerit prosa. Nomen[?]. Legi q in fontem edita sunt. Et ut rei exitum noscas hoc Elogium quod Fonti praeses tandem insculpsit et quidem aureis Literis.

NICOLAVS. DE. PONTE. DOCTOR. PRAESES. HANC. AQVAM. SVMMA. CVRA. INDVXIT. QVO. SIBI. GRATISS. CIVITATEM. AQVARVM. PENVRIA. LEVARET. HOCQ. OPERE. ILLVSTRARET.

Cuius vero industria in eo componendo desudaverit, hoc cognitum plane nondum habui. Si quid tamen compertius exploratiusque habuero te de omnibus certiorem faciam. Quisquis aut assistat Praesidi, plus pot unus quam ceteri omnes, cum ob alias causas, tum quod credatur humanioribus quoque Literis assidue operam dare. Vale,

Ant. Bellonus Nicolao Pontio. S.

155 Julius Obroyauacha tuas ad fratrem suũ literas hodie i Collegio ostendit, et omni tui animi ratione exposita magno studio et ardore contendit, ut honestissimo tuo desyderio satisfaceremus, ne in te ipsi duriores esse velle videremur, q̃ tuus erga nos amor, vitissimaq; nr̃a omniũ in te observantia mereretur. Obstabant profecto nescio qui ex ordine Septemvirali, qui tum prudentiæ, et humanitatis, tũ foelicissimi tui magistratus obliti, ut Fabricius tanquam Advena à Collegio nr̃o planè excluderetur nõ parum laborare visi sunt. Ego inter alios, nulli.n. officij ratio nõ constitit, ut perspectam aliquando haberes voluntatem erga te meam, Juvenem, quem alioqui sola eruditio et mores i Collegium nr̃m vocare debuissent, longo domicilio Civitate tacite donatum fuisse contendere nõ dubitavi, fretus autoritate et patrocinio tuo, quando illi adversus nos ex Collegium aliquid tentare auderent: Cum diutius querelam sustineres tuam, viva voce rem et ipse acriter Juvare non destiti, ut nec demum meo calculi suffragio, et ita demum magno omniũ consensu ex tua Sententia cõfecta est, ut absens, quod paucissimis contigit Fabricius Collegio nr̃o adscriptus sit. Tibi igitur atq; illi etiã atq; etiam gratulor. Enimvero persuadeas tibi velim nihil tam difficile eẽ, quod in manu Collegij nr̃i positum sit, aut mea ipsius quamq; tenuis fortunæ homunculi, qd in tui gratiam statim à nobis perfici libentissime non debeat, ut quantum is Ascruit Proceses quem omnes plurimi faciant, tanti te faciamus. Vale.

Ant. Bellonus Hieronymo Attimio S.

156 Satis mirari non possum, quod Nicolaus Gradiscę prefectus vir prudens alioqui, et apprime grauis multos Ciues Utinenses & Bellonum inter ceteros filium meum persequi nō desinat. Obijcit .n. ipsum Marani fuisse, et nescio quam Tragoediam elapsis mensibus his vtini concitasse, Gradiscam scilicet amissam fuisse. Habeo plane compertum et exploratū, filiū non deliquisse, nec ullam delinquendi aut fingendi cogitationē in animum induxisse, quemadmodum ex eius literis apertius intelliges; ad te .n. ait se scribere pluribus verbis, cum vt meram testificetur veritatem, tum ut ipsius innocentię consulas.

Fatetur ingenuē profecto Marani fuisse, ne suis in rebus aliquid detrimenti acciperet priusquam Bertrandus Sachis excluderetur, et nō solum Bertrandum non defendisse armis aut verbis, sed de ipso male iudicasse. Autorem se probat neq; fuisse mendacij, neq; eius negotium alteri dedisse. Suspicor omnino uel aliquem Nicolai ministrum cumulandę sibi ipsi forsan pecunię cupiditate mendaciū illud excogitasse, aut inimicum potius et seditiosum aliquem destinata malitiā descendisse vt innocentem filium falsō accusaret. Nam nō desunt qui bonoz virorum obtrectatione delectantur. Unum equidem affirmo Bellonum narrasse meū, Scelus Bertrandi et proditionem maximopere detestatum fuisse. Regis tui virtutes & laudes ore tā pleno predicare consueuisse, vt pleniori alius nemo, neq; aduersus ipsum aut alium, cui oppida regenda commisisset, unq̄ machinatum fuisse, neq; mendacij autorem fuisse, quinimo vulgato Gradiscę nuncio approperari sibi et vniuersę patrię gra-

iniora pericula dubitasse. Quisquis aut ille sit qui Bel-
lonum falsò accusavit, rem fecit omnino suis moribus nō
indignam. Istam vero solicitudinem meam ex animo
vix possum abijcere, nisi filius, quod omniū maxime velī,
ubiq; locorum et gentium, ut hactenus, absq; periculo ver-
sari queat, et libere degere. Quocirca protegas rogo
apud Regem Bellonum adversus eius ministros male
instructos et nimis iratos, ut filium innocentissimū in nūo
proscriptorum aut proscribendorum habere desinant, nosq;
ista molestia liberemur. Ego.n. qui te mihi patronum
& protectorem făctiu constitui. Quale ipē tibi et tuis p
mea erga te singulari fide et observantia officiū absq; ista
rem, tale nunc abste debere mea causa filio Charissimo
prestari nō ambigo, et iusto summis et quantis possum precib,
non solum quod mea, ut nosti, plurimum interfit, verum
et quod ex tua dignitate quoq; fore cognoscam, ut fidissi-
mos et innocentes clientes non deseras quotiēs tuo patro-
cinio indigent. apud homī pscrtim qui plurimi sp fecert
vale, // ut adorent, nō despiciant.,

LIBER. V

Ant. Bell. Bertrando Calandrino. s.

157 Legi tuam Eplam non ornate parum et emendatè scriptam, qua
significas curę tibi esse ut coquinam quandam Thalamumq;
absolvas, quo tui Contubernales à mulieribus segregati Litterar
studijs intentius navent operam. Probo tuam istam diligen-
tia. Sapienter consulis cum tuis, tum discipulorū rōnibus,
quoniam ex ipsorum moribus et eruditione de Magistror
prestantia iudicium recte solemus facere. Constitueram

Anticipato tempore decreueram ad te mittere, et hos ipsos Venetos numeraueram, alligaueramque sudariolo tibi reddendos. decem circiter diebus, antequam Iosephus mihi tuas literas reddidisset. Verum captus obliuione fui propter negociorum fluctus qui ferias consecuti sunt. Accipe igitur ducatos sex, quadestribas. Paulo Nam de Iosepho, curam ducit Germanus, cui peculiariter famulatur. Non autem vereor, si alij, qui tuo vtuntur contubernio, pariter conferre velint, quin opus facile perficere queas. Quod vero mihi tribuas nescio quam eloquentiae laudem, gratias ago; verum quia in has parte iudicio plurimum falleris, ascribo tuae humanitati et erga me beneuolentiae, nec propterea mihi magis placeo, literarum me rudem tabellionaliumque plane triuialem agnoscens. Nimirum tu te pulchre preceptorem aperis eloquentem, cum miro quodam artificio videri me facis eloquentissimum, qui sim infantissimus et prope mutus, scribere plus verborum assuetus, quam dicere. Sed laudem hoc melius tibi tueberis, quo diligentius eloquentiae munus in plures discipulos videberis transfudisse. Ego totus profecto vigilo, dormio, et viuo in Paulo nepote, preditus videtur ingenio, sed quod facilius proposita gloria, quam ferula ad virtutem accendi possit. Velim tu formes pro tuo arbitratu, quem pro summa humanitate tenellum adhuc, tuo non indignum contubernio iudicasti.

Emitere igitur ne carissimum nepotem tuae disciplinae inconsulto tradidisse videar, et alios, ut suos traderent, temere cohortatus, aut denique tuam in eo formando et instituendo diligentiam frustra desyderasse. Non committam vicissim vt me ingratum erga tuis in rebus inofficiosum suspiceris. Cura si me amas vt valeas, teque diligentissime custodias, nam ex tua incolumitate, virtutis prestantia, ingenij amoenitate, morumque suauitate, tam vniuersae iuuentutis quam nepotis mei ratio tota pendet. vale.

Ant. Bell. Vigentio Emiliano s.

158 Sciscitatus fuisti bene mane, num apud me constaret aliqua
memoria, Belgradum aliquando venditum fuisse. Res-
pondi protinus constare Vualterpertholdum Spellim-
bergensem emisse libr. 10500. Sperare me venditionis no-
tulam, quam non haberem in promptu, si res cogeret
inter meas schedas hodie consecuturum. Ductus itaque
studio gratum tibi faciendi, nil distuli quin adhibitis
conspicillis me totum coniecerim in inquisitionis labo-
rem. Inveni non magno negotio, quod ut tibi praestarem
vehementer optasse visus fueras. Mitto itaque libenter
ne in me officium, fidem et diligentiam diu desyderasse
videaris. Et ut quod scribo plane exploratum habeas
Lyppoldus ostendet, qui servat, Authographum Antonij
scribae Civitatensis. Patiemur autem libenter ut laus omnis,
si ex nostro utriusque labore contigerit, in te unum confe-
ratur, ne modo dedigneris, qua tua est suavitas, rebus Col-
legij nostri misere nunc afflictis virtute, autoritateque tua ho-
nestissime, et animo, ut soles, ardentissimo suffragari.

Vale.

Ant. Bell. Nicolao Pontio s.

159 Ex eo die, quo tuas accepi literas Barchinone scriptas Idibus
Apri. putavi pro certo in Italiam proxime tibi redeun-
dum esse. Multorum enim sermonibus iactatum antea fuerat
Caesarem Italiam cogitare, et ex Hispania vos affuturos Ge-
nuae circiter Calendas Maij. Applicuistis tandem sed tar-
dius quam fama circumtulerat. Factum opinor ventis adversantibus

gentis, uel infinitis occupationibus, ut diem protuleritis.
Quicquid autem itineris uobis faciendum superest, fa-
xint Dij ut suauiter transigatis, quod et nobis non in-
-foeliciter cedat. Nos tamen planè metu nō caremus.
Rumor percrebuit Turcarum Imperatorem cū ingentib
Copijs Viennam reuolare, ut intermori nō patiatur suā
Austriacam expeditionem, Vulgatumq; est Paleonici ui-
sa Penthecostes festo sub Vesperum tria Sydera in unum
coire, eadem occidentem uersus emicuisse in Globum abijsse.
Inde Creberrimum armorum Crepitum, Tympanorumq; sonū
auditum è Coelo deferri, Cuius quidem prodigij nuncium
ad vos arbitror perlatum fuisse antequā scriberem. Sed por-
tendat ne luctum et perniciem an secus ignoro penitus,
Sum tamen et ipse ex illorum numero, qui rem Christianā
dubitant deteriorem futuram: Si nō omnis Christianorū
potentia ad perdendos Turcas Colligatur, quem alioqui nihil
ad spem ostendat? quin nos, dum bella uicissim gerimus, ex
aliqua occasione funditus deleant, aut omnibus nō secus ac
seruis Leges imponant, quod deus omen auertat. Malo
ego Millies mori, quàm tam dura ferre, et pati omnia, q̄
patriam, et ipsam Christi religionem periclitari. Te quoque
Licet, scio rem omnem ad nutum et voluntatem Vnius in-
clyti Senatus curare ut debes, qui rei Xpianæ nunq̄ desijt
auxilio esse. Quod ad tuas Literas attinet humanè nimis &
Comiter mecum per Literas egisti agendo gratias. Ita tuae

rem nō alium nobis Commendaueras, quàm quem ultrò
ex omnibus deligere debueramus, a quo nos minimè la
tebat, cum Academiam Pruutelly sanctissimè rexbam,
tum filium tuum optimis disciplinis Institutum fuisse.
Hus enim nos adastos fatemur, et quoties in mentem
veniunt Immensa tua in nos officia, Crescat obligatio nra.
veniunt autem quotidie, famem scilicet à patria pulsam
animos Ciuium conciliatos Inductum fontem saluberri
mum & perennem, & Collegium domusq nostrum ab In
cursu Tabellionum postremè notē seruatum fuisse, cui
extremum moliri excidium Impudentissimi conabantur.
Iube Igitur et Impone quicquid negocij Libet, cuius eo
ficiendi facultas nobis nō desit. Suscipiemus Libentis
simè, & tam diligenter ī eam Incumbemus curam, vt
ne vel transuersum quidem vnguem à tua sententia
discedamus. Germanus, quem tuis verbis salutare Iussi
quanti illum facis agnoscit, & fatetur Ingenuè tanti se
nō esse, sed agit gratias, & quantulumcumque sit offert mecum
tibi semper ad omnia se paratissimum fore. Ambo sumus
profectò de valetudine tua soliciti, quem tibi nullo in lo
co tanquam in portu diu quiescendum sit. Intelleximus enim
Caesarem Instar Solis assiduū eē in uia, et cū suo fortissimo
fructissimo et semper exercito, ita te non equis robustum
facere Itinera per estus, frigora, Imbres ventos niues
nō absq3 vitē periculo, vt vix triduum vno in loco con
sistere queas, nec eius consilium assequi te hodie posse.

quorsum velit Cras iter conferre, quod tpe cogatur pro rerum exigentia preter spem et sententiam in horas illud nunc retrahere, nunc aliorsum convertere. Cura igitur ut valeas, et molestias Itinerum perferas equo aio. Ubi enim ea Legatione perfunctus fueris, quae fruito sane tibi delata fuit, quaeque talis e. ad quam saepe viros plerosque clarissimos anhelasse compertum habeo, no tamen pervenire potuisse, Intelliges non ita multo post per eiusmodi pulverem et laborem, amplissima te munera consecutum fuisse, quae no poterunt tibi non optatissima, no iucundissima esse. vale.

Cum Complicare literas vellem. Obroyauacha nr Significavit te nondum Germam pervenisse, quam enim in te Colendo diligens est, tam in tuis Itineribus observandis videtur vigilans. Non propterea tn omittendae Eple mihi desyderium abstulit. Nam respondi, quid tum? si nodum venit. haud dubie veniet. Iterum vale.

Ant. Bell. Nicolao Pontio. S.

160 De Fabricio paulsante audivi, qui tecum in hispania fuit, Legationis munus geri neque prudentius potuisse, neque honorificentius, quam gesseris, Tibi tamen, ut eo ad finem usque perfungereris minime licuisse, ob nescio quam egritudinem, quam ex tot Itinerum laboribus contraxisses. Te vero reversum Venetias diis benavuantibus tandem convaluisse, Itaque Laetor plurimum quod cum tui nominis famae, tum corporis valetudini mature consulueris quandoquidem declarare te

habueris, et q̃diu licuit magna animi constantia susten-
taueris. Quicquid igitur fecisti proculdubio tum recte
et consilio optimo: tum cogente necessitate factum constandũ
ẽ, quo fit ut planẽ consilium sapientissimo Senatui non
venisse in mentem de cessatione malẽ suspicari, quinimo
valdẽ probari, postquam ægritudo non cessatio in culpa fuit,
quod in primis valetudinis tuæ rationem habueris, ne ex
summa virtute et prudentia tua nõ possit adhuc perci-
pere fructus vniuersæ rei publicæ saluberrimos. Etiam
quid non nisi inuitus et vrgente malo ante diem a lega-
tione discesseris, nulli dubium, quin apud illũ tua sit, ĩmo
indies magis atq; magis autoritas valitura sit, ut fa-
cile intelligere possit se minimẽ falli qui in patrocinio
tuo maximẽ speret: Literas verò quibus tuis respon
deram, fabricius ait tibi redditas nõ fuisse, quod si ita ẽ
nõ peccauit opinor, Obroiauacha, cui commendaueram.
Pollicitus enim fuerat lr̃as addere in eundem fasciculũ,
quem ad te daret, Sed Tabellarius, quisquis ille fuerit, q
susceperit ad te perferendas. Ne autem quod oblitus fuis-
sem suspicari queas, aut quod tibi minimẽ rescribendum
putassem, earum exemplum mitto, quod apud me erat,
Extremum illud erit, ut si quid op⁹ sit ad me liberius scri-
bas, non enim pot mihi quicq̃ optatius euenire, quam
vt perspectum habeas Bellonum tuũ cã nihil nõ ẽẽ facturum.
quoniã vix ulli superiorum cõsidum, si doctrinã singularem
totaq; alia preclara ingenij tui ornamenta conferre licet
mea quidem sententia concesseris, ut videar minimẽ malẽ

sentire si totus cupiam tuus esse, utrunqz parum forsan
idoneus, quem aliquando respicias, Vale.

Ant. Bell. Mario Sauorgnano S.

16 Publicaui nuper nescio cui tuo familiari Instrumentum, quo Osopi,
anis à parente tuo pensiones quędam gratuito remissę sunt,
Eversum proximis experiri te apud Inclytum Senatum
velle, tibi ne illud in Belgradi negocio Vsui esse possit.
Complexus equidem fui pauciora, quàm parentis tui Meri,
torum ratio postularet. Nam alia pleraqz ampum offe,
rebant hominis multipliciter et summopere dillaudandi;
qui de me ipso, de vniuersa patria de ipso Senatu semp
optime meritus fuisset. Ut vero Ingenue fatear, neqz
ad rem satis, de qua agebatur facere videbantur neqz fore
vnquàm existimabam, ut in Senatu Instrumentum legen
dum esset. Dedi Itaqz quale fueram Stipulatus, et ad ver
bum olim emiseram, quod penes te esse debet, aut Tuos
Osopianos. Nosti. n. in eo me sustinere personam pub.
Tabellionis, et ex officij conscientia nihil omnino nunc ad
dere potuisse. À Mercede autem quã ultro familiaris
ille tuus offerre et ad assem soluere quodammodo velle vi,
debatur volens abstinui. Res est alia, cuius nunc desyde,
rio teneor. Obtulerat eius annis superioribus Istic scri
bendę Transactionis in lite quidem, in qua Vtrinqz quoqz
scribę officio functus fueram. Verum quod Cautum se,
natus Consulto Dicerent ne Peregrini Scribę Venetijs ta
bellionicę rei se Immiscerent, ausus nõ fui me i discrime

conijcere, unde scribendi facultate ipsi quoque mihi tribui vehementer optarim: non profectò ut hinc migrare velim iam sexagenario maior. sed ut meam operā venetijs etiam, si occasio inciderit, ut posthac aliquis requirat, liberè ac impunè impertire valeam. Videor. n. ad hoc mihi non parum viam muniuisse testes examinando pro re publica. Instrumenta prisca de patriæ terminis rogatu Florij diss nostrisque perquirendo et alijs multis honestissimis actionibus, quorum de me ipso Senatus ad Clarissimum virum Nicolaum Mocenicum patriæ Presidem nominatim conscripsisset. Tu velim, si absque rerum tuarum incommodo potes, hoc mihi cures. Rem scio te probè confecturum, in quo prudentiā agnosco parentis, cuius et ego memoriam si nescis, meo de vitis et gestis Aquileiensium Patriarcharum opusculo celebraui. Est. n. ita mihi persuasum ut qua cura et diligentiā studia colo tabellionica, eadem dignitatis eorumdem ubique seruandæ rationem planè mihi habendam putem. Nulla sanè inuitat ambitio sed sola etas ut ad ipsam tuendam, sim multo erectior, quam unquam fuerim. Si verò id condonabitur, quod te intercedente facilè spero, per te cum studijs meis plurimum laudis accesserit, tum mihi fuerit quouis alio munere longè gratius, acceptiusque, vale.

Ant. Bell. Mario Sauorgnino s.

162 Cognoui ex tuis literis quantum in primis occurrat diffi-

cultatis et impensę, ut in Venetam Urbem quis ascistat° Scriba, deinde ei, qui exoptat recipi, ad supremos illos duos Cancellarios, et in Conspectum amplissimi Senatus necessario veniendum esse. postremo quanto amore & studio ut adsciscar ac impensa quoque me iuuare pollicearis. Ego mi Asari Clarissime migrare nunquam cogitaui neque ad Scribendum in alma ista Vrbe insolenter anhelaui. habet.n. Scribas exactissimę diligentię, nec paucos quidem. & qui annum tertium et sexagesimū etatis excessi. stulte agerem. si patriam propterea desererem qd ageretur de aliquo magno honore meo vel Vtilitate, q̄ p totam reliquam vitam, XIX tanta contingeret, quanta par esset impensę sarciendę, Ducatorum decem: Neo scio an posthac sese occasio obtulerit ut Venetijs roger Instrumentum vel unum conficere. Non sperabam profecto cum ad te scripsi; rem tam difficilem & laboriosam & tot impendijs ac ceremonijs celebrandam esse. Stat. Itaque mei conditione contentus qualiscunque sit, malo hic manere, et quasi frigere, ubi tamen nunquam fui adeo egens et inops, ut decem mihi mutuo sumendi fuerint, qd istuc ut ex oculis et facie cognoscerer me recipere. & frustra fortasse sudare. Non.n. ob negotia vacat, ut sumum Venaturus migrem hinc. tibi tamen ago gratias, quas immensas debeo. Te ostendisti in magnis tuis occupationibus officiosissimum, opus nō est et in caro Labores amplius mea causa, quę in optatis si fuit, omnino et desijt.

ne transeo ambitionis aut Stultitiae. Satis est quod me voluisti honoribus cumulare tua et Impensa pro summa Benignitate. Tantum illud ad meam Existimationem pertinet, ut me qui in grē tuo sum, ut facis, diligas, et Ipse talem Senex me studeam Continere, qualem me Iuvenis habui; Vale.

Ant. Bell. contabellionibus suis S.

163 Cupit Matthaeus Forcatura summatim Indicemus sibi, quae fecit Iudicia; Novum onus certe, ne mentiar, nobis et Insolitum, sed quod tamen Ipse statim libenter suscipio, suis In quibus operam Iudicandi posuerit cognoscere velit, ne posthac discrepet; quantumque Inde lucri sibi contigerit, suus forsan experiri, an et nos Iuste accurateque nro officio functi fuerimus. Ipe n. diligentissime processus videt et vidisset Sigillatim in suis Iudiciis retulit, nec quidem in Sesquifoliis aut Cartulis, ut quibusdam mos fuit, sed in foliis Integris, et suapte manu et scripsit, syncerissime scripsit, ut ab aliis lites suas proprias ita decidi aequissimo animo semp passurus sit. Inde nomen tam celebre sibi promeruit, ut Causidici fere omnes nobiscum certe quodummodo suscepisse videantur ut ad assessoris munus apud nos gerendum terque quaterque, Ipm redire contingat, Iuveniis ē profecto non minus Excellenti doctrina, quam Sconli Iudicio peritus. Quamobrem et vos Contabelliones repraesentetis alacriter summatim Sententias, quas ap vos tulit et dimisit, ut quisque vestrum optimo assessori

probet meum gratum suum animum ac diligentiam. Res ut videtis, eo spectat, ut si paululum Laboris Judicii benemerito non Concedatis, nõ ingrati minus, quam inhumani omnino habeamur, quare et ut obsequamur Deo, ne Deus nrẽ aliquod malum Iudicium faciat, qui Deus Iueriijs optime nobis fecit. Valete.

Ant. Bell. Mario Sauorgnano S.

164 Ut solum Verterem ex literis meis perspicere, facile potuisti in animo me nunquam habuisse. Item replico ut desinas mihi curare munus illud scribendi Venetijs, quod haud satis scio num acciperem, an contemnerem potius, si gratis et accederet, nedum pareretur aureis Decem, quanti scribis constare debere; Quoniam, si exquiris causam, sumus occasionem facilioris aditus ex nescio qua nominis mei fama. Atqui famam agnosco nullam. Et si qua forte mihi amicorum quorumdam predicatio cocitauit, Diffiderem prorsus Venetijs ipsam à me diu sustineri posse. Tabellioniam artem nõ didici ad apparatum et usum venetum, quem à communi nostro differre in plurimis frequenter animaduerti; Nec scirem quidem rationem inire, qua ingrauescenti mea hac etate perdiscere possem etiamsi maxime vellem. Non eo tamen inficias optasse mihi, quando venetias dilabi contigisset, Conficiendorum Instrumentorum facultatem fieri, si per spem et expectationem de uno et altero forte rogarer, sicuti quondam aptissime de Transactione conscribenda rogatus fui ab ijs, quibus Industria mea hec in prima in-

stantia probata fuerat. Cum igitur animum numquam ob-
strinxerim meum Cupiditati, imo nec Cogitationi mi-
grandi; quia nobis istic planè ineptus forem, ista te
cura et solicitudine Libero, simul et nomini meo con-
sulo. Caeterum quod ad te attinet, apud me extat co-
pium nonnullarum literarum, quibus animi Magnitudinem
Consiliaque Hieronymi parentis tui in defendendo Mote
Senatus vehementer extollit, Describendas statim
ex meo protocollo et ad te deferendas curassem, quod
rebus tuis viderentur non nihil adiumenti afferre posse,
veluti pulcherrimum cum virtutis eius bellicae, tum
inclyti Senatus erga ipsum benevolentiae Testimonium.
Verum egit mecum Julius tuus Triranensis, ut
nihil earum exempli ad te darem, quod compertum
haberet Archetypas omnes apud te esse, in quibus
plus tum fidei, tum spei tibi esset, quam in ipsarum exemplo
esse posset. Quae quidem ratio ab exemplo mittendo
me facile abduxit quod Senatores ipsi debent non
tanquam à maioribus accepisse, sed planè et meminisse,
quam multa non in bello minus, quam in pace pater
tuus vir sanè Illustris eorum memoriâ pro re pub.
preclarè gesserit. Nisi enim sunt tanti fecisse hominem
quanti is esse debuit, qui patriam à ferocissimis bar-
baris vindicasset, unde confido ut tibi vel parenti
Belgradum eo nomine redimant quinque illis millibus

Aurelio, dignitatisque tue et fratrum miruinmodum
augendae rationem habeant, Siquidem et fratres alios
tuos sui similes tulit et educauit, quorum animis veluti
iure hereditario impressam parem ad altitudinem
cernimus. Te si quid me velis rogo mandes, quidque de
re tua à Senatu domique constitutum fuerit, certiorem me
facias. Vale.

Ant. Bell. Nicolao pontio. S.

165 Nego per litteras tibi probare singularem meum erga te amorem
et obseruantiam, si etiam nihil rescribas, Ad binas meas non
respondisti: quas Sbrosauastris fratribus ad te dederam, quo-
rum cura et diligentia facile puto redditas tibi fuisse. Te
enim non modo colunt mirifice, sed me quoque vehementer
amant. Absit suspicer te facilitatis oblitum, quam semper
ad respondendum promptissimam habuisti, aut difficilio-
rem factum: quam tui patiantur mores. Tantum vereor
ne teneris adhuc valetudine, ob quam habuisti necesse
à legatione apud Caesarem gerenda te ante diem ex-
pedire. Quod si domestica vel philosophiae studia, aut rei
pub. munera forsan tibi spatium respondendi non sinunt,
nihil plane est, quod moleste feram, modo emerseris
valetudine, de qua neque tuis aliis litteris, neque sermonibus
illorum, qui ex Venetiis ad nos quotidie veniunt, hac-
tenus certior fieri potui; Accidit n. frequenter

ut id genus studijs impedito ad rescribendum tem-
poris suppetat. Ex aut tpe ad utraq; aptissimus p
admirabili tua eruditione, ac sapientia, sive ad anti-
qua philosophie studia reversus sis, unde publica negocia
te non parum abstraxerant, sive totum ad gerenda(m)
rei pub. navarca te contuleris. Sed vero tui filij
quibus in studijs conquiescere te magis delectet,
modo intelligam, si confirmatio sit in spe certa, aut
sis potius iam confirmatus. Quod ut ista Louer soli-
tudine, scire ex tuis literis avide expecto, et
quo scripseris crebrius, hoc sane tua humanitas tu-
q benior, tum mihi gratior fuerit. Interim hoc
officium nullum esse, in quo recte queam tibi satis-
facere quod perfici statim debere à me frustra
possideres. Vale.

Ant. Bell. Mario sauorgnano S.

166 Nihil occurrit quod ad te scribam, aut ad pontem, ad quem
tn Eplam mitto geper pusillam, cum ne videar oblitus
mei instituti, tum quod prope nihil habeo, quod ei
scribam necesse sit. Velim tepemet ei reddas, cum pri-
mum in ipsum incideris si dignitati tue non indeco-
rum videatur. Epla .n. aliquid accipiet autoritatis
ex te tanti splendoris patricio, q alioqui parū ponde-
ris secum affert, et apud eum in aliqua gratia me-

posueris. Expecto literas tuas. Scire n. cupio an secundum te iam senatus decreuerit. Noui hic nihil, Marānenses oppido se continent munitiori quam ut capi possit, nisi dira fames inuadat, quae si non incipit cobarbari, omnia sunt plena spei. Vale,

Ant. Bellonus Marco vasio pbro. s:

Nunq putassem huc te descensuru, ut me, qui cum nulla tibi consuetudo, nulla familiaritas unq fuit, Rethmis tuis tantopere laudares. Cum praesertim alicuius virtutis expressae vel adumbratae specimen nunq praebuerim. Vt legi, equidem statim collegi me ac perspexi meum hunc quem vocas fontem extinguere facem aut accendere minime idoneum esse; sed aridum plane et inanem se fuisse. Tibi n. vas defuisse, unde Lucis copiam, quam alijs daret, acciperet. Ego mi vasi tecu agam simpliciter et more meo tabellionico. Si dico me poetam, historicum, oratorem, aut alijs disciplinis instructum, piz sim mendacissimus et stultissimus, quippe qui in me nullu scientiarum omnino vestigium agnosco, nec vel pedem in Helycona intuli, nec ad aliquod doctrinae genus animum applicui. Nam si me totum velis aestimare, alium denique nō inuenies esse, praeterq Tabelliunculu, et quidem more triuialem, et scripta mea reddere plane quid barbari. Itaq quicquid de me scribis acceptum refero tuae arti. Fingunt n. Poetae, aut verius singulari humanitati tribuo, qua abste audio quodam naturae beneficio Sacerdotes

reliquos longe superari. Voluisti ostendere qualis esses,
hoc est doctissimus et humanissimus, et qualis ipse esse
deberem. ~~Quantas gratias tibi ago immortales, quod fe~~
~~cerit tam pulchre et me mentiri~~. Risi valde profecto
hominem, cui sacra religio pars est precipua societatis,
immo tota societas, ita nunc mecum egisse, ut
ex diversis cuius et inter se maxime dissidentibus con
flatus videretur. Nescis ut sacerdos mentiri, cum
religio vetet, et sis optimus, personam tamen agens poete
blanditiis tam pulchre ac belle fingis, ut omnibus doc-
torum calculis tua probentur omnia ceu elegantissima
iuxta et verissima. Quod arbitror abs te fieri non alia
ratione consuevisse, nisi ut tanquam sacerdos animam, ve-
luti vero poeta nomen tuum immortalitati commendares.
Unde tibi gratias ago, quantas animo concipere possum, et quo
me minus tantis laudibus dignum agnosco, hoc tibi
sane magis debere fateor. Sed ab instituto nostro quem
non cogito senex discedere ut me musis exhibeam, nisi
tibi forte cordi esset ut ex vase isto tuo disciplinis omnibus
refertissimo nonnihil nectaris in tenuem fonticulum meum
transfunderes, itaque ipse ex eo, quem tecum et cum tuis musis
assidue versari, et etate iam affecta proficere aliquid
posse censeres. Nunc preter animum et voluntatem erga te
singularem nihil a me perspicio dignum tuis musis offerri
posse. De pupillari autem negocio quod Leonardus Stagnerus
significavit valde tibi cure esse. Locutus sum cum Fabricio,

precibus meis flecti nullo pacto potuit: Causam tuã mini-
me probat, quinimo affirmat cuidam scribę notã fuisse
ex nescio quo testamento, et adversus illum adesse & venire
in Advocationem dio decreuisse ad exitum usque. Postquam non
ut vides, nõ pot succedere quod ex animo curabam tuã ca-
rogo boni et equi consulas, Sensum Juvenis naturę Falcidij
minime mollem vel flaccidum esse, sed Contumacem & refrac-
-tariũ. Cum Bellono vero, quia tuus volo totus esse non
minus quam meus, statue ut lubet, de rebus omnibus, quę in po-
testate mea positę sint. Vale.

Ant. Bell. Nicolao Pontio S.

168 Postquam ad te novissime scripseram, literę tuę a Fabricio mihi redditę
fuerunt datę VI. Cal. Sept. sero quidem, vel quod oblitus fuisset
Tabellarius, quisquis fuerit, vel quod eas quesiuisset cum nescio
qua pecunia supprimere, quemadmodum suspicaris. Alteras III Cal.
Oct. scriptas Coadiutor quidam Germano tradidit mihi red-
dendas. Ex utrisque Cognovi incidisse te in Egritudinem, qua-
dam ex Rheumate, magnisque doloribus affectum fuisse, sed
in posterioribus acerbe, nec sine animi excandescentia dicere
videris in tabellarios, qui quod susceperint onus redden-
darum Literarum, minus diligenter perficiunt. Literas
tuas Elicere optabam, nõ ut egritudini, si qua tenereris
aliquid adhiberem remedij: Medicine nosti me nõ dedis-
se operam, sed ut intelligerem an fortior factus fuisses, cum
nihil certi haberem. Tanti n. Amor et observantia mea erga te
summa ut egritudo tua mihi quoque tpi exhibere negociũ
videatur. Ad utrasque respondeo breviter. Justissimam

V

Arbitror querelam tuam de Tabellariorum negligentia, puto
tn̄ ęgroto minime irascendum, dolendumue esse, sed ei q
salutarem opem exoptat, opus ē voluptatis ac lętitię
psidio, ne dolor aut ira morbum Corporis augeat, &
Animi vigorem prosternat, cumq̄ n. a Corpore morbo
satis abattus videt, ubi animus irritatus et cōmotus ē.
Omnem itaq; Excandescentiam tristitiamq; tibi fugien
dam Censeo, pṡertim cum literę tuę nō ad me magis
sero, quàm ad alios cives, ad quos dederas, perlatę sint,
eiq; pecunia reddita, ad quem miseras. sed hoc te certius
cognouisse reor ex literis tui Fabritij, à quo scio fasciculos
oms tuarum literarum recipi, et negocia tua diligenter curari nō
dubito. Scribis te iussisse valere Medicos. Dimissio.
nem ego non improbo. natura sanat, nō medicus. Homo
planè Sobrius, qualis es, Cultor ē diligens valetudinis suę,
affert secum semper medelam, cū foelici corporis temperatura
tum victus sobrietate, unde nō solum tibi quicq̄ periculi nō
timeo sed spero etiam vehementer indies meliore statu fore
valetudinem tuam. Nec mirum animus imperat incorrup-
tus phylosopho, non effrenis concupiscentia. Fac igitur sis
Alacri fortiq; animo aduersus istam fortune iniuriam, ut
oēm Corpusculo tuo dolorem exhaurias, et hoc uno te aliqn̄
Consoleris quod Sanctissimus Senatus Ingentib; premijs
sed planè debitis pro tot susceptis Laboribus et periculis di-
gnitatem tuam ornandam augendamq; iudicauerit. Dum
n. recuperandę pristinę Valetudinis curam ages, Libero te

ab omni rescribendi molestia, nisi quid forsan acciderit quod scribas tua interesse, à me confici. Interea non desinam summo studio observantiã erga te meam tueri. Vale.

Ant. Bell. Bertrando Calandrino S.

167 Cogor Amoris causa maximam curam gerere ut Paulus ex filio nepos unicus, et bonus & doctus evadat. Quare tibi eũ erudiendum tradiderim ut id consequeretur, quod magnopere cuperem. Est autem consecutus tantum, ut quod de te gratiar nihil omnino esse existimem. Modo vero se vertente bien nio, Nepotem mihi placet domum revocare. Dabit, ni fallor, sibi Facultas ad discendum paratior. Iam adibit Florium, qui ędes contiguas incolit, iuvenem cum singulari probitate, et doctrina, tum admirabili eius instruendę etatis exercitatione pstantem, & ipsẽ agam interdum cum puero intra la res domesticos de re literaria, cum per occupationes licebit, Peto igitur abs te, ut ei absque tui animi offensa, mea tẽ voluntate à tuo Contubernio discedere liceat. Ita n. nepo tem iurandum putavi, ut ipsi, postquam ex istis Spinetis egressus fuerit, ad te redeundum sit, ~~Iatem~~ Cuius ẽ schola sese explicant grandiores disciplinę, & facile natu maiores altioris fructum eruditionis adipiscuntur. Interim velis obsecro neque moleste ferre, neque Amicitię nostrę iacturã fieri, Quam n. de hac re sim ipse solicitus facilius est tibi Cogitare quam mihi exprimere, ne scilicet puer ludat operam, aut ipse sustineas aliquam suspitionem ĩ pectus recipere. Vale.

Y

Ant. Bell. Nicolao Pontio S.

170 Constituit istuc migrare Tyberius Decianus, quem hic toties
audisti causas agentem, ductus ut aiunt, consilio Dionysij con
tareni. Iudicauit .n. (ut) Prosper iuuenem, nō doctrina minus, quam
facultate dicendi inter nostrates Iurconsultos & Causidicos fa
cile principatum obtinuisse, et quidem ab inito magistratu
ad exitum usq;, et ambiguum nō habet quin venetijs quoq;
Maximus et Clarissimus omniū patronus euadat. Sunt tn̄
qui multis obiectis difficultatibus à Migratione deterreant
Adducunt ingentem ēē in urbe veneta rerum potiente, nu
merū aduocatorum, qui mirifice excellant, et inter se de
principatu contendant. Morem in agendis causis plane
diuersum, Amari Libertatem loquendi, & plus de personis
dici quàm de causis, ut qui causam probare suam uelit, ei
necesse sit ab omni modestia desciscere. Tyberium esse Mo
destissimum, ut pote qui sibi Licere nunq̄ putet, ut Male
dicentia Causam ullam suam potiorem faciat, si etiā Con
uicio Lacessitus cum magna excusatione possit. Venetos
Imperialibus Legibus parum tribuere, niti ęquis & natu
ralibus rationibus tantum, & hęrere semper suis Senatus
consultis, quę neq; Tyberius uidit, neq; si maxime uelit,
ante aliquot annos queat satis diligenter excutere. p̄stare
deniq; sine Lucro, sine gloria, ut hic primas teneat
quàm ut nō absq; pudore et dedecore paulopost in p̄riam
reuertat, quę tanti nunc eum faciat ut quem magis obseruet
atq; suscipiat patronum habeat neminem. Alij contra
Maxima spe tenentur, ut Iuuenis singularis eruditionis,

facundię admirabilis, exactę prudentię, et Iudicij, ac memo-
rię propè infinitę: actionem illam senatu, & Senatuscon-
sulta percipere facilè queat, et reminisci, necnō ad omnia
sese accommodare ad quę semel animum suū adiunxerit,
quemadmodū personarum, Locorum, et temporū ratio
postulauerit, ut nihil uerear, quin excedat prin-
cipes illos causidicos confestim, et non ita multo post
Inter ipsos primas occupet, aut primas saltem tenenti de-
cedat proxime. At verò videar Impudens aut te-
merarius in tanto negotio, mihi et Consulo, qui nō ege-
Inio abundat consilio. Quod si et & Ipse omnino dicā
quod sentio, me peruiges, persuasus ut hinc Tyberius
nunquam migraret, ni quid istic agere posset, optimè nosset
etiam si nullius consilium accessisset, Subscribo eius
Sententię. Videor enim videre patres illos sapientis-
simos in occultum toties à Senatu non Auelli mittendę
eius causa, ne audire hominem intermittant, cuius
orationis suauitate summoperè delectentur. Quòd si
pro uotis repentè forsan profectio nō successerit, Ipse
poteris modo Calculum nostrę sententię addens, Iurisconsultū
grauem alioqui atque Constantem tuo consilio, autoritateque
sustentare, ne animum maleuolorum hominum Impulsu
ad remigrandum preter expectationem traducat, et
Ipse pręclaris actionibus cum auctior & honoratior, tu
uniuersa patria per eum Celebratior & Illustrior fiat.
Vale.

Ant. Bell. Nicolao Pontio S.

121 Quom de Tyberio ad te Scriberem diebus superioribus, Voluntatem eius
no habebam plane perspectam, nec nunc quidem habeo. De-
creuisse ipsum Angrariae Docere, cum antea aliquoties, tum
proxime Intellexeram. Atque domum ibidem aureis Quadraginta
sum sibi Locandam curasse. Nunc vero Patauium audio eum
ad Legendum accersiri, praescriptum esse tempus usque ad fe-
rias Natalitias ad recusandum uel accipiendum Conditionem
Stipendij Tricentorum Coronatorum. Enimuero nihil vereor
vtrumlibet vitae genus tandem sibi delegerit quin ex eo prio-
rem multum existimationis acceptura sit, Omnium n. Conter-
raneorum habetur longe cum doctissimus, tum facundissimus, neque
alterum Anagnosten Sectatores desyderabunt, neque ipse Sec-
tatorum frequentia magis Constipari, si talem in Legendo
Industriam sibi seruandam putauerit, qualem in causis agen-
dis diligentiam ponere consueuit. Patauino ocio per-
mis fruatur, aut si malit Venetijs ubi nunc repetit, foren-
sem exercitationem suscipiat. Non poterit fieri quin solum
natale, quod nos Vtinenses cum ipso Commune habemus, aliquanto
Honorificentius appelletur. Libentius tamen Inducerem ego
animum ad hanc equitatem ut munus amplecterer, quod nec
in malis numeretur, nec conscientiam aliqua ex parte Ledat,
Aliud n. est ut probe nosti aliquem cum tempori disceptandae
Controuersiae in Clientis gratiam, et alterius perniciem,
aliud solo diui virtutis studio ad Iuuentutem Instituendam.
Hic Iter Ingreditur et tenet, quod semper et sibi et omnibus
satisfaciat Incolumi fama, Ille quod queat famam Labefactare
et se ipsum et alios facile in naufragij discrimen protrudere,

& quaestus ex solida virtute proveniens, quis aliquan° pusillus videtur, dubio tamen procul habet° longe honestior & aeternior, Capit in summa mea haec epla ut quocumq3 consilio possis & auxilio, ne modo sit praeter animi tui sententiam, dare operam velis / ne quid impedimento sit, Quin gravis Veriana tot gemmis totq3 opibus fulta ressam teneat ut patriae nostrae ex prospero eius cursu Cumulus aliquis foelicitatis accedat. vale,

Ant. Bell. Aurelio superchio S.

172 Quod post tuum abhinc discessum nihil ad te literarum dederim, ne quaeso ascribas mihi negligentiae, nihil occurrebat, nec nunc quidem occurrit (quod tibi à me scribi alterutri ~~quod tibi~~ nostrum admodum intersit. Verum ne Amicitiae nrae tam fraternae oblitum me suspiceris, has ad te do, nō absq3 tamen multa animi solicitudine. Joannem Girardum Barronem nobis fata nuper eripuerunt Juvenem cum probatissimum, tum mihi amicissimum Collegam cuius obitum tuli equidem ut debui, moleste., Joannes Maria Ucellus multis vigentis aliorūq3 precibus ascitus ē inter duodecim scribas, Jacobus Girardeus inter XLta receptus ut Seraphini privignum agnoscas. Arigeri verò, pro quo tu quondam Assessor nobiscum accuratius egeras, ut pauloante Trecius quoq3 successor Tuus, qq ī

eo tuente nec virtutis nec integritatis lumen desy-
deretur, passus sum repulsam cum reliquis Competito-
ribus. Cognitum vero sit summum erga se studium
meum non defuisse. Proinde oportet ut quas tu ac
lese tuearis animi equitatem, et moderationem quantum
fieri potest. etiam et si forsan nullus huiusque assumptus
est, quem indignum existimem nostra sodalitate, vi-
deor tamen ex illorum numero esse, qui factu cogi-
tant peccatum abstinere, et vitam exigere ad prescriptum
proprie conscientie, perinde ac si quid in Collegio
nostro dicatur quibus fiat nihil ad me pertineat nosse,
ne quis me iudicio lapsum suspicari, fidemve meam in
suspitionem adducere queat. Cum iudicia quorumlibet
Collegarum meorum in cooptandis tyronibus ob infinitas
amicorum preces non raro desinant syncera esse. Quo fit ut
pars minor votorum apud me plus ponderis frequenter
habeat. Quid vero mihi posthac agendum sit, nondum satis
deliberatum habeo. Profuerit fortasse ut non experiar viros
multis virtutibus et dignitatibus ornatissimos parum apud Col-
legium valere, et iustissimas preces meas, irritas to-
tiens, aut iniusas potius haberi. Saluta meis verbis Ni-
colaum Pontanum nostrum, cuius valetudo non parum de-
traxisse, de qua leter illud Legationis ad Cesarem intelligo
plurimum detraxisse. Vale.

Ant. Bell. Alyprando S.

Postquam tibi descripseras meam ad Pontium Epistolam, Ansi et alteram

ad eundem de Tyberio nro Deciano, cuius exemplum do tibi libenter; ut etiam hac parte Voto tuo satisfaciam. Continet autem eius Industriam, si nō Litigatores ea ī foro, sed Auditores in Gymnasio fruerentur, hijs hominibusq̄ probantibus fore meliore loco ad augendam, quę durent, premiam perinde, atq̄ Gloriam. Est namq̄ valdē periculosum in foro Contentioso, quod ē mare Scopulosum, Nauem seruari, q̄uis vnus ipse sit qui scopulos hactenus Vitauerit diligentissimē, et meritus sit de forensibus Controuersijs optimē. Absit verò persuadeas tibi ut meū sequeretur consilium, me vnq̄ temerē cogitasse; Arrogans sum et fatuus si Consilium a me dandum uiro Consultissimo, aut ab eius Voluntate consilioq̄ recedendū existimem. Itaq̄ relinquo hominem suo Iudicio. Non n. dubito quin Industria (utramuis complecti maluerit) tam sibi quàm Patrię Gloriam sempiternā allatura sit. Firma grauis ē, et Acceres in tuto, q̄ preciosę sunt et Innumerabiles. quorsum malit deniq̄ Cursum dirigere, Ipse namq̄ melius multo nouit cū rerū suarum rationes tum vnumquodq̄ ut et sibi ipsi et patrię prosit, Sapientē Laborare oportere. Vale.

Ant Bell. Nicolao Pontio S.

174 Non Incongruū uidet ut de obitu Alberti Paschalei clugien Epi fias certior, postq̄ Ipsius Consuetudine quondam ratione Communium Studiorum mirummodum delectabaris. Non n. occurrit aliud, quod ad te scribam: Obijt VII. Calen Ianuarij Morbo lateris, quem pleuresim vocant, Dum

paucis ante diebus quidam Iuuenis Intima sibi familiaritate coniunctus Italicis aquis absumptus fuisset, quibus hic ex Cundato reuertens. Inexplorato vado temere se commiserat. Defunctum Episcopum Viuitellius pro pulpito laudauit. Ego distentus alijs occupationibus Laudantem nō audiui, Spero tamen ut ex ijs audio, qui interfuerunt, se habuit, quemadmodū solet rebus in omnib. Nam doctus orator nihil nō debuit tribuere viro tam excellenti doctrina & dignitate predito, Sed morte ipsa, q̄ properauit celerius q̄ oportuit, arbitror hoc ei acerbius accidisse, quod rei Christianę sicut ardentissime exoptabat adesse aduersus Luteranos in Concilio non ei Licuerit. Protractum .n. huiusq fuit summi Pontificis Voluntate, in quo disputanda et Iudicanda omnis controuersia erat, & protrahetur fortasse Longius, quam vt illud nos, qui Antistiti sumus Superstites, videre queamus. Sepultus fuit apud suos dominicanos ī Basilica diui Petri martyris magna cum funeris pompa, tum frequentia populi & Moerore, propterea q̄ Antistes fatorum Iniquitate nequiuerit ipsi saltem Concilio superesse, Cui si affuisset edem Mineruę Lutheranis erroribus propē dirutam non minus Instaurare, quam palmam consequi facile potuisset. Dominicani Pileo altē suspenso honoris causa, Subiectam Vrnam Indicant Episcopi esse. Ex Cineribus conditis odor spirat mirē suauis. Hoc autē Exemplo monemur nullos Mortales fortunę fluctibus non agitari, sed hoc nos prudentius agere, quo virtuti impensius

nauamus operam, valetudinemq; diligentius curamus.
Fac et tu igitur, ut maiorem tue valetudinis curam
geras, quam aliquid sui ipsius gessit. Hic timemus
ne bellum oriatur ex Marano, nri milites ceperunt
in patriam et vtinum aduentare, horribiles sunt
Minæ Germanorum, sed fortasse dubitant potius
ne à nobis dira patiantur. At si quid nobis tur-
bulentius et periculosius inciderit, tuo stare consilio,
si consulendi negocium duxeris ad te pertinere, sin
minus, aut animo virili depugnabo, aut Venetias ad-
uolabo, ut reliquum vite tempus procul à tumultibus exi-
gam quousq; bellum durauerit, Vale.

Ant. Bell. Aurelio Superchio. s.

175 Tue ad me litere hodie in frequenti Collegio lecte sunt, et omne
studium à me quod tyro nro conferri vehementer optabas, li-
bentissime collatum est. Tua n. cum adhortatione, tum iudicio
meo semper habet, habebitq; me sui cupidissimum et studio-
sissimum. Verum Iosephus Radius in ordinem nostrum Qua-
dragenarium, Marius Albinus in Duodenarium tandem receptus
est. Quorum alterum Hieronymus Turrianus diligentissime Com-
mendauerat, alterum Franciscus Sauorgnanus, et vterq; pa-
latinus Comes scribam suum peculiarem, siue dicamus Cancel-
larium alicui numero insertum aliquando perspiceret. Puto
Collegas iis, à quibus ferè omnes olim creati Tabelliones fue-
rant, morem gerere voluisse, ne immemores plane ingratiq;
haberentur. In me vno spem rogo posthac ne ponas,

Autoritas mea imbecillior ē apud Collegas, quam ut in
Concursu pr[a]esertim tantorum procerum, qui ceteros om[n]es
dignitate et opibus anteeunt, obtinere queam. Videor tamen
satis officio meo functus, quando p[r]estiti quantum licuit,
plus pr[a]estiturus si licuisset. Adiuvandus est Aeger stu
dio et autoritate pr[a]esidis si ab ipsius dignitate no[n] hoc
videretur alienum. Si quis aut[em] spei post hac iniicietur
non desinam ei navare operam, nec tamen propterea quod toties
repulsam tulit in Inscitiae aut Improbitatis alicuius suspi
tionem vocatur, quemadmodum nec tu in modicae existimationis
periculum. Amant sane te & observant fere om[ne]s mei Col
legae. Spero quondam tempus adorit, ut quos appellare
soles amicissimos, vicissim Studium studium pr[a]estabunt,
& observantiam, quam tibi debent de Collegio nobisque omnibus
optime merito. Ego inter alios quodcunque desyderiu[m] tuu[m]
usque adeo constanter, et sancte colo, ut qui tibi tuique studi
osis, plusque ego velit, aut cupiat, alterum no[n] facile reperias.
Caeterum magnam meae reipub. Tabellionicae Tempestatem im
pendere video, Quidam ex Collegis introducere quaedam co
nant[ur] nova et plane inusitata, quibus no[n] solum pontificii
decreta subverti necesse sit, verum et à pristina scribendi li
bertate optimos quosque Tabelliones excludi. Qui nam sint
autores isti rerum novandarum, qualia eorum cogitata, quibus
tantopere offendamur, scribam alias. Si tam infestis & obsti
natis animis tentaverint amplius nos à veteri ratione Exer
citationis abstrahere: Time enim agam vendicijs meam causam
apud amplissimum Collegium Patrono ipso nostro Pontio Cl[arissi]mo
Senatore. Verum no[n] vereor quin Sanctissimus suis decretis

Libenter faueat, cui nõie meo plurimã salutem dicito, Stonit n. prouerbiũ qd ubi nõ sis, qui fuis, nõ eẽ, cur uelis uiuere. Vale.

Ant. Bell. Florio s.

176 Non est ea ratio uera, quam in tuis litteris affers, ut obitum filie defleam, quod eam mihi in Senectute opem laturam sperarem. Nam nõ desyderaui, nec passus fuissem, ut ipsa tametsi tam pia et humana, Vt nihil sup, apud me relictis Liberis eet, quibus educandis materno iure dare operam debuisset. Doleo aũt grauiter, quòd ipsa, qua nullam sanè chariorem habui ob egregias animi dotes, malo fato sortita fuerit maritum bipedum omniũ nequissimum, imo Carnificem pessimum maximo meo heheu dolore errore, meaq culpa, ne nunc commemorem Iniurias atrocissimas quas misera summa sua uirtute atq Constantia sustinuit, unde nulla mihi spes Consolationis ostenditur. In Tantis Lachrymis Commendo tibi Paulum qui unus mihi in Senecta et Solaciũ et opem ferre poterit, si in ipo recte Instituendo, quod ex animo te facere Video, nõ mediocriter Laboraueris. Et si mea ulla Comendatio pot ap te unq ualere, rogo hac plurimũ ualuisse, ut intelliga[m] ...

vale.

Ant. Bellonus Io Ant. Falcidio s.

177 Exemplum Epigrammatis, quod postulas do tibi libenter, ut & in hac parte Voto tuo satisfaciam. Sonat ad hunc qui sequitur modum. Scribo ad marcũ Sponsum.

De Monte Albano certum ẽ te ducere nomen,

Quę tibi iuncta thoro, nomen et inde refert.
Tu Marte à Venere, Hortensia ducta ab Iulo est,
Sic vario auspicio fulget vtrunque genus.
Diceris esse probus, nihil est hac sanctius vna,
Par Titulus, mores, par genus, atque Iugum.
Quod si erit Albanis foelix Concordia Vinclis,
Dices nulla dies Candidiora tulit.

Scio autem valdè miraberis qui potuerim animũ tam senex
ad musas reuocare, quarum Consuetudine vix mihi quidẽ
vel iuuenem frui licuit. Sed audi. Rogatus fueram à
Claudio pactiones dotis Sororis eius Conscribere, &
Conscripsi profectò. Tum in mentem venit tentare Car-
men in laudem connubij. Me aut minimè natum ad
Carmen facilè intelligebam, et Musas Crasso neminem
preterquam vidissent adolescentulum in ea Studia
suopte ingenio propensissimum, Itaque tentaui probè cõ
scius id, ad quod neque natura, neque Studium inuitabat,
assequi me nunquam posse, et in quo perpauci opera mea vsi
fuissent. Ut tamen me gratum & iucundum prestarem
cũ alijs Colloretanis, qui diligunt et officijs suis me com
plectuntur, tum ipsi Claudio Canonico Aquileiẽn tentaui
vt dixi, verius quàm feci Epigramma, quod oĩo illepi-
dum et incomptum agnosco. Vt n. te non latet quotidie
versari cogor in studijs Tabellionicis, quę à musis, & ab oĩ
politiori cultu sunt alienissima. Quadere Si Soceri tui
versiculos censueris tuis Castis auribus non satis respondere,

cognoscas velim et in bonam partem accipias. Valui
n. tantis amicis aliquam Amoris & Beniuolentiae
significationem praebere, quàm quia me ad musas inep-
tum intelligerem abstinere, à quibus certè semper absui,
et nunc quoque quàm longissimè absum. Vale et me
quod facis ama.

Ant. Bell. Nicolao Pontio. S.

178 Conquieuissem à scribendis ad te literis diutius, nisi Bellonj
filius argumentum nuper attulisset. Nam cum nihil occur-
reret, quod ad te scriberem, eccè nunciauit Patauio se
reuersum fuisse, quo me inscio profectus fuerat, ut
à Commendatario Rosacen. Abbatiae prouentus conduceret.
Venetijs in Congressu ad Sanctum diui Marci te sibi beni-
gnissimè ostendisse, et rei nostrae qualiscunque accideret, non
defuturum peramanter obtulisse languentem adhuc, barba
promissa, et multis canis aspersa. Non potui equidem non
molestè ferre, quòd illud consecisset iter me parente, ne
de discessu quidem admonito, ac si non magis expediat ut filij
sint ad obediendum, quam ad se praecipitandum, euertendumque
domum paratiores. Debuisset saltem sciscitari num quid
Venetijs vellem, verum data opera noluit me participem
fore sui Consilij, conscius me minimè adduci posse ad
contrahendum cum Eliso, si conditio et valdè bona visa
fuisset. Nunquam enim studium aliquod augendae rei ex
prouentibus ecclesiasticis ponendum putaui, addo quod
et maior visa mihi fuisset ista conducendae Abbatiae prouincia

q̃ ut facultas meã ferre posset, quoniã si prouentus ini-
uria temporum, q̃ non raro accidere solet, uotis non
respondissent, res meas funditus aut perdi, aut uehementer
minui facile deprehendendum erat. Malo tamen sto-
res non habet. Infecta reuersus est. Mihi uero necesse
est ab obiurgatione nõ desistere solum, sed etiam æquo aïo
incommoda ferre. Nam cognoui saepius meas obiurgatio-
nes & admonitiones apud filium nihil profuisse, quem
opinor dignum hoc grauiori reprehensione quod totum eius
consilium ad lucrum spectarit, et ad te, ut par erat, ~~adq~~
salutandum aliquo munusculo non contulerit. Verum
cum primum aliquis ex meis istuc uenerit à me missus
aut alius occurrerit nuncius, qui non difficilius
sarcinam et laborem ferat, quàm ego impensam, tibi
supplebo libentissime. In hoc tñ casus ẽ leuare dolorẽ
meum. Magnam namq; significauit Forojuliensi nostro
existimationem accessisse, de quo tibi nonnihil aliâs scripsi.
Refert n. in Quadragintauiratu uictoriam consecutũ omnium
suffragijs, uno dumtaxat excepto quãuis Consilius ille
celebris orator contra acerrime causam defenderet. Huius
gerere animum ancipitem Tyberius uidebatur, num Pata-
uium illi migrandum, quo uocabatur Anagnostes, an
potius Venetijs consistendum eet. Postquam uero nostra-
tem causidicum noscere, audire et collaudare uestri Iudi-
ces instituerunt. Non uereor quin cum ad largas opes
parandas, tum ad conditionem inter oratores hono-
rificam retinendam Venetijs consistat, praesertim ad lo-
cupletandos filios animum adiecerit. Conditio utrauis
capiat, debet nobis probari, quoniam suũ studiũ suũ de

In docendo, sive in consulendo patrocinandoque Collocarit,
Inter Causidicos, aut Lectores primas occupabit. Et pa
tria cois nra, ab ipsius famę Laudisq. participio planè
nō aberit. Tu Quęso valetudini tuę servias diligenter,
et abijcias omneis molestias, quę te languidum tristemq.
reddidere, et Malevolorum hominum consilia spernas,
Tanta erit mihi Crede, tua erit in re pub. Existimatio
quanta tui Tum Corporis firmitas, tum animi magnitu
do fuerit., vale.

Ant. Bell. Tyberio Deciano. S.

177 Incredibili voluptate affectus fui statim ut intellexi, à qua defen
denda initium sumpseras, à Senatu secundum te honorificè
tissimè litem datam fuisse. Iam cepisti periculum facere
quòd ego de te ad pontium scripseram, alienum à vero non
esse. Quamobrem tibi et patrię nrę, Gratulor vehementer, 18
Recens.n. hęc victoria portendit tibi cum ingentes diviti
as, tum Immortale nomen, ex quo patria ipsa civis, non mo
tu, Multum existimationis acceptura sit. Sanè videt
Maximè mirum quòd cum alios patronos Iudices pau
latim augescere cognouerimus, imo priusquàm audito
rio vel Infimo sese Affricarint, nō parum temporis con
sumpsisse ad usum orandi venetum sibi parandum, Tu
ad Quadragintaviratum repente Conscenderis, et Vix fama
notus cum Oratore celeberrimo decertans omnibus fere
suffragijs Victor euaseris. Quemadmodum vero illi Con
sultum ē pessimè, qui studiorum suorum rationem non ha
bens causa cadit, Ita ei optimè, qui ęquitatis professio à

pugna superior tandem discedit. Perge itaque munus susceptum alacri animo exercere. Rem tuam in eum locum iam adductam vides, ut nõ difficilius quovis cũ quovis oratore pugnam sustinere, quàm vincere. Ceterum memineris ne bonã cãm quod facere instituisti, preter causam desis, et malam ne suscipias, quã initio nõ abiecisse possit unquàm te poenitere. Plurimam à Bertholdo tibi salutem impertio, qui mecum cupit tales tibi contingant innumerabiles victorie, nostrõ certatim voto quasi precat tua et totius patrie causa, nomen ut quotidie illustrius reddatur tuum. Vale.

Ant. Bell. Hieronymio Attimio. S.

180 Gaspar Paulutius hinc iam abiit in Curiam Regiam Bartholomeum Venerium Scribam Venensem, ut litis cognitionem, quam habet cum Hieronymo Brontio committi alicui in Italia impetret. Ego pro Gaspare non minus laborare cogor, quàm si mea res eet. Est.n. mihi Gener, & Communi q3 Iurisconsultorum omniũ Sententia Iustitiam fovet. Brocius nõ turpe existimat vi ac dolis in illum uti. Te itaque maiorem in modum rogo rem generi mei causa quibus potes officiis adiuves et tuearis agis.n. Consiliarium Romanorum Regis, cet neque plus temporis, quàm par sit, ad celeritatẽ expeditionis accedat, neque aliquid ei iniurie fiat. Quicquid autem officii in eum contuleris, arbitrabor in me ipsum atque in rem meam collatum, unde nõ tu minus genere

meum tibi coniunxeris quàm mihi gratissimum feceris.
Vale.

Ant. Bell. Aurelio superchio S.

18. Quando nihil occurrit mihi Epistola dignum, uel nō tu ar
gumentum scribendi suppeditas, raro tecum per literas ago,
nisi fortasse sim omnino feriatus, aut admodum ociosus.
Sane feriatus nunc scribo, sed quod tamen scribere necesse
habeo. Meministi Scribas duodecim Pontio p̄side cū
eius assessorem ageres, ad numerum Quadragenarium adiec
tos, Decretaq; nonnulla nobis p̄scripta fuisse, preter ea q̄
à maioribus tradita fuerant. Ex ipsis XL^ta scribis multi
nec pauci ex XII. student ut modo compertum habeo,
noua Lege caueri, Nequis T[illegible]tinensi foro scribere aude
at, preterq̄ mensibus quatuor, in quibus Tabellio sorti
tione facta, Constitutus fuerit, utq; ipse exactis omnem
forensis Tabellionatus curam deponat. Octo reliquis ue
Vel mercaturam exerceat, uel Agricolationi se dedat, aut
ad alia negocia pro arbitrio delabatur (q̄ plus Emolumen
ti conferre queant). Huc .n. spectant, ut ad lucra foren
sia capescenda accedant illi pares, qui cessationem ullam
sustinere nec sperant, nec optant. Quadrimestreq; munus
illud, quoties ad ipsos temporum ordo redierit uendituri
cui uoluerint. Mirum quàm sint flexibiles et uarij
contabelliones mei, quàm male affecti, Vix dum rem unā
p̄fecerunt cum aliam susceperunt et quam heri factam proba
bant, hodie ab ipsa recedunt. Vide quàm preclare

consulant suis rationibus. Primum ego nihil foedius aut
Crudelius invenio, quam homines nulla prorsus iniu-
ria lacessitos, sola tractos cumulandi libidine, in veteres
Collegas suos in cuiuscunque gradus homines in sanctissimas
Leges atrocibus animis impetum facere. Nihil deinde tur-
pius, et intolerabilius, quam alienis laboribus inhiare, et
sudores aliorum vellicare velle. Tum quaeso dicant: quo
nam poterunt modo obtorpescentes digitos, iam longo in
tericlo temporis intervallo ad velociter scribendum ac-
commodare? animum tam desidem et abstractum ad lites
perplexas praesertim faciles percipiendas applicare? Tum
verò quàm notarius commodè vivet, erepto Officio nostri,
si totus huius exercitationi addictus, et in foro assiduus
vix potest ex lucellis, quae experimur esse valdè tenuia,
se et familiam alere, et vix indumentis vilibus tegere,
si otiosi ac nihil agentes in numero laborantiū et lucrā-
tium aequaliter habebuntur? Quid postremo libertati
magis repugnat, quam si ad scribendum in tuis litibus et
momenti plurimi cogaris non unum modo sed plures, ac infensos
tibi forsan, velis nolis conducere. Non possum equidem val-
dè nō stomachari tot concitari turbas, Collegij nrī statum,
ac mundi scenam toties ab ijs inverti, quos singulare puri-
tatis ac diligentiae Tabellionicae decus et exemplum futurū
sperabam. Cum potissimum tpōs crebrò, fraternè, et ac-
curatè ut desisterent à me monitos nō ignorent. Verum
quisquid palàm constet id totum, ad quod anhelant, ini-
quissimū esse, et in hac patria nullo unquam exemplo receptū,

Quicquid ab æquo [illegible] putent, et à iusto discedere eis li-
cere; ad causam ipsorum magnoperè vereor ne populi con
sensus adiungatur, et acclamatio. Sunt frequentes, & aui
dè affecti amicitijs muniti multorum ciuium, & aduocatos
habent paratos, nec indisertos, quibus uel iniqua postulan-
tibus summam rerum omnium imperita plebecula fidem
habet. Quom autem videam cuncta misceri, diffido
Collegium nostrum stare diutius posse, nec satis spero
de populi iudicio, optarim libenter eximi ab istorum sodi
litate. Quamobrem tibi curæ sit obsecro Senatus et inclyti,
antequam Aduersarij hic de eo negocio in publico populi con
sessu verba facere incipiant, notarium in Vtinensi foro au
toritate sua me perpetuum comprobare dignetur, ut ipsa
armatus artem, cuius perpetua cura mihi semper fuit, non
per interualla, ut isti volunt, sed per totam vitam ac tem
poribus perpetuis, ut hactenus, commodo meo, non aut
alieno diligenter colere et exercere queam. Pontio aut
nostro fac vtaris intercessore, quo pluris ego planè facio
Mortalium omnium neminem. Ambo namque vos ami-
corum rationibus accuratè prospicere, et eorum salutem
commodum et dignitatem, quoties præsertim causæ non sint
inferiores, nunquam negligere consuestis. Tam gratum her-
clè mihi feceritis, ut nihil omnino nunc expectem, aut
cogitem euenire mihi gratius posse. Quod si visum fuit
facto periculo, nullum locum gratiæ superesse, contraham
humeros, et arbitrabor magis mea tum interesse, si

iam Senex ab istis turbis et litibus maneam Liber, (q^d^
ut Contendere solim Avenses et dies ac horas totius
anni; eques. ignauus ac strenuus minime utiles esse de-
bere. Id aut̄ ut facias, et quod feceris et atq̄ etiam
abs te peto ad me perscribas. Vale,

Ant. Bell. Aurelio Superchio s.

Valetudo tua offendit grauiter animū meum. Molestius nihil
dudum tuli, Scribis te morbo Collico Laborare. Cum vero
sciam te nihil Commisisse, quod ex tuę Salutis commodo nō
fuerit; minime vereor quin morbus ille, extinctus iam sit
aut propediem extinguat p̄uām (?) benignitate. Si quid apud me
remedij eet, ab officio me hercule nō descisceren. Mitto
defensionem meam, quam ut videris, rogo per filium tuum
Pontio reddendam cures, quem tu multum diligis, &
ego maxime omniū veneror. Si enim Ad causam se ad-
iunxerit, Spero fore ut ab Amplissimo Senatu aduersarij
nihil obtineant, aut ut ā Statu scribendi nullo tempore ego
dimouear fultus pontij studio et autoritate. Tibi in meo
hoc negocio, nulla nisi ad me remittendę defensionis cura
erit, nō ante tamen quam ambo Legeritis. Cura vt
valeas.

Defensio mea hæc est.

Si Immortalium deorum Munere datum eet, ut Collegę mei ver-
satis Iudiciarijs Conscribendis operam darent, et Impij cuiusuis
affectꝯ eent expertes, aliquis ex eis negocium haud quaq̄ nobis
facessferet, ut ab Inuitis me eius Sarcinā gestari deberet, aut
ipē cum familia sua nostris Laboribꝰ sustentari. Quoniā
verò vnus cepit ex omnibꝰ non leuius pennam ferens, quam

palum ferreum, dies noctesq; ambiendo populum con-
citare, et efficit precibus, ut nō pauci quoq; Sodales ei
eius Voto subscripserint. Mihi apud vos æquissimi Iu-
dices cum ipso et Astipulatoribus eiusdem Sectæ brevi-
ter iustis tamen defensionibus agendum putavi, quæ cū
ad publicam Libertatem retinendam spectant, tum ad
Communem omnium utilitatem, ne si nō dixerem, et
ipse subscripsisse credar, aut si taceam tantæ confiden-
tiæ ultrò cessisse. Non n. ipos alio nomine, q nimiæ cō-
fidentiæ accusare ausim, si nobis etiam novas velle leges
ascribere, si sanctissimas abolere, si probatissimum
Collegium nostrum funditus, ut mihi quidem videtur
et evertere nō desistant, ne alicubi moræ modestiæ obli-
tus aut cū parum amico erga amicos animo videar.
Affui namq; illi, qui suscitavit alios meo suffragio li-
bentissime, cum annis superioribus ut munus Tabellio-
nium publicè exercendum susciperet, ad nostrum
Collegium aspiraret, quippe quem bonū Doctum et pru-
dentem Iuvenem, et ad Calamum nō infoeliciter pro-
pensum existimarem. Ex quo Libentius votum cōstan
meum, id quidem quoq; causæ fuit quod nonā filium fu-
isse Collegiati prestantisq; Tabellionis, qui cū mihi quond
ea familiaritas intercesserat, q nunq̄ sinistra aliqua opi-
nione labefactata fuisset. Vir enim omnino integer iuxta
ac studiosus Collegij, in quod Licet rarissime pedem in-
ferre solent ob ætatis impotentiā. Erat n. multo maior

Sexagenario) nunq̃ tamen ad illud excolendum reliqui fa-
ciebat. Dicam igitur Aduersus filium & subscriptores
reliquos modeste & absq; excandescentia, nō tanq̃ in hostes
sed tanq̃ in amicos, nequis me putet iratiorem quam an-
tiqua familiaritas, aut insolentiorem quam mea iam se-
nilis etas patiatur euasisse, quamquam est mihi persuasum satis
Amicos neq; indigne laturos, neq; moleste (si me hic gra-
uiter obiurgantem audiant, quoniam iudicii dicitasse debent
nō facile iuuenes absentes defendi solere, qui presentes in-
quo animo ferant a bene reprehendi. Libertatis ergo
Aggredior & utilitatis publice. Suscitator ipse notarius, qui
scribebat in forensibus controuersiis spe maioris Compendii se
ad Agriculturam contulerat. Atrox eam fastidiens, quod
votis forte nō responderet, (sicuti initio putarat Consilium
iniit, ut quatuor anni mensibus tantum notarii esse. Aut
substitutos Conscribendis actis iudiciariis careant otio re-
liquis plane abstineant, Agricolationem tamen interi
aut Aratorum exerceant, causas agant, ludum aperiant,
in ociosa populi Corona Circulatores vel prestigiatores fiant,
qui nouerint scite mentiri, alii se dedant aliis functionibus,
ut videbunt accommodi. Quid ego Bollonus miser hic
faciam. Artem etate repugnante Martis tentabo alteram?
Ridiculum profecto esset. Ars Conspici prouectiorem armis
exerceri quibus minime iunior assueuissem, Predi-
cat insuper nescio quod Archiuum, libet pinacothecam
Appellare, in quo parata ad manum acta omnia erunt scriba-
rum omnium ob iudicem [illegible] pecunie in numerato, ob alius
computum cui datum fuerit Ad negotii fore dubio procul, ut

Vniuscuiusq; portioni distributionis tempore tanta fiat
accessio quod labor duntaxat quadrimestris nobis oibus
emolumentu conduplicabit, inq; Censum vertetur magnu,
quoniam ne minimo quidem obolo minus quam Debitum
fuerit exigetur Deinceps à Causidicis, à Scribis, ab a-
micis quibusq; coniunctissimis, Et tum nō patebit li-
tigatori cuiqq effugiendi Locus, quin Integram mercede
illis numeret, quam notario, qui Totam accipiat, nisi
forsan voluerit assentiente Archiui pfecto suę Ipsius
portioni totam illam ascribi pecuniam & Imputari.
Huic Sententię plus dimidio Collegaru addidisse sta-
tim Calculum Intelligo, et subscripsisse, quos nunc et-
iam minime pudet seu Constantię suę oblitos dignitatisq;
Collegij viri in nos reliquos omnib; adhibitis Machinis
apud vos ferocire, perinde ac si omni spe, ac salute po-
sita in Laboribus aliorum vere sint quocunq; Hominum ge-
nere miserabiliores. Et Istos Sane quondam Collegio
Aggregauimus qui nobis hanc gratiam pariter reponunt, ut
quotidie magis atq; magis discordijs, ac seditionibus distra-
hamur, Inter nos Ipos Inuicem perniciose Tumultuantes
Huc autem noui isti Tumultus spectant ut rationem
honestissimam & saluberrimam cognoscatis quam ma-
res nri singulari prudentia prediti nobis in Conscriben-
dis actis Iudiciarijs premonstrarunt, et Ipos inde quoq;
nomen celebre Consecutos fuisse. voluerunt .n. Commo-
dum et honorem officij, cui se quisq; totu addixisset ad

sed unum integre redire debere, ne contigeret paucorum industria plurimorum ignaviam sustentari. Primum nesciunt isti quod eos magis scire conuenit, necesse esse hominem, qui non laborat fame periclitari, sudare nos oportere si assequi volumus, quod cupimus, in Celum viam absque sudore nulli patuisse, In hoc omnes sub terrarum, nosque vivere, non ut laboribus vivamus alienis, sed ut nostris recte vivere condiscamus. Omnibus alioqui hoc unice studio esset ut absque labore ullo, in ocio perpetuo conquiescerent, et dum alerentur sic ociosi, evaderent non hominibus, sed ipsis Lapidibus similes, Quid enim inter Tabelliones et actuarios insigniter elegans accidere possit, quibus assidua exercitatio contempta fuisset? Porro ad perfectionem maxime pertinet ut Artifex Artis sue exercitationi immoretur, et immoriatur, Que nam obsecro spes affulserit Glorie, si per pulverem et laborem victorie spes non fuisset? Non ad deos abiisset Hercules si summis laboribus ad extremum usque diem exanclatis, quam inter Mortales vitam ageret in Celum viam non sibi parasset. Deinde Artificio, qualecumque nobis tractandum sit, opus est tempus omne Condonemus tam futurum, quam preteritum, si non minus usui quam ornamento nobis illud fore putamus. Nullum enim invenit tam Leve, quod totum fere hominem non deposcat. Tabellionatum presertim, quod in se tantum habet momenti, tantum requirit cure, diligentie et Lucubrationis. (servat enim rerum gestarum ac negociorum omnium, que sub celo fiunt memoriam

sempiterna) ut aliud nullum recte ei Comparari possit
Non negaverim aliquando Tabularios ad Agriculturam
, Mercaturam, Militiam aliaque functionum genera se
conferre posse: erunt tamen si scruteris diligentius
Inceptiores, Imperitiores, Deteriores, vel saltem tales,
quibus non nihil desyderes. Non enim eos Ars, Dignitas
& Emolumenta comitabuntur nisi quousque ab Instituto
Itinere sibi non esse deflectendum putaverint. Immensu
namque est iter et usque adeo ingens pondus ut minime
Integrum nobis sit de extraneis et domesticis rebus nris
quod velimus, Statuere, Imo plerumque nec cogitare cu
sit necesse. Operepretium est notemus, & recitemus
Instrumenta, testamenta, In formam publicam redigamus
Testes Examinemus, Acta productaque Conscribamus, di
ponamus describamus, in volumina referamus Indice si
stramus, et alia obeamus munia que artificium Istud continet
usque adeo multiformia ut vix vel una raro accidere possit
que sine lima transigatur. Nec propterea tamen repugno
quin Scribe, quoties velint et possint Lucro se gemino au
geant, non ex Calamo solum verum et ex quarum) aliqua
functione. Sed que pot dari diversitas, ut que Contingunt
Lucra ex actis forensibus dividantur equaliter, que vero
ex Instrumentis et Ultimis voluntatibus minime distri
buantur. Rursus portio ex actis unicuique manat Iure
luminis, non autem, que ex alijs causis et negocijs descendat.
Par enim est ut totum aut nihil similiter debeat distribui

rerum q̄ famę lacturam pati: nihil sum ego habiturus anti
nec tu futurus mihi gratius. Tui vero me ita studiosum p̄ re
beas velim, ut quod te desiderare existimem in eo, cupidi
tate, ne tibi quidem ipsi concedam. Vale,

Ant. Bell. Aloysio Baduario: S.

227 Sex mihi sunt Generi in quibus numero Joannem Antonium Vi
talcidum intimum profecto eque ac filium, qui apud Cl.
patrię presidem nescio quorum accusatione ob id in summũ
fere iudicium adductus videt̃, quod quandam Supplicationẽ
confinxerit, aut immutauerit. Verum nõ est necesse ut
aliquid ego de eius causa, quę sane ridicula est, nuper
ad te scribam, vel ad quem statum redacta sit. Te u
presente, quo potissimum usus ẽ consultore et protector
omnia acta ee certo scio. Tantum significo tuũ istuc,
mor officiũ mihi quoq̃ meisq̃ omnibus gratissimũ fuisse.
unde de eo quod ultro tam amanter Generũ meũ Com
plexus fueris, non alicuius meę Commendationis causa
sed singularis tuę humanitatis, quod tueris nõ minori stu
dio et industria quam si uterq̃ nostrum antiqua, summaq̃
familiaritate tibi coniunctus fuisset, immortales ago gras.
Nam tu ita natus videris ad beneficentiam uero imitati
one, quemadmodum ad hoc unum nascunt̃ aliqui interdũ
ut bonos oderint & insectentur. Quod igitur Carissimum
Generum huiusq̃ seruaueris graui alioqui periculo laborã
tem aduersũ tantum maleuolorum hominum impetũ &
furorem tibi omnia debeo: Ille etiã vitam ipsam.
Pergas obsecro elaborare, et perficere ut pro tuo ar
bitrio apud Clarissimum praetorem Teruisinũ, qui ab am
plissimo Senatu delegatus, et Confirmatus ẽ iam agat causã
suam; et de aduersariorum Calumniis, ac eius innocentia,

fecat quę ipse simulatq3 peroraverit ab omni periculo
um Vacuū reddat tum nobis et patrię protinus restituat
Sed quid ad te plura de hoc negocio? Satis perspeximus
hoc acrius te defendere solitum Iustissimam Falcidij cā,
ut noti Compos in patriam revolaret, quo cuius obtrec-
tatores illi te de Constantia tua depellere Conarentur, q
in eius exitum tot vassimentis imminere nō Cessant.
Curabimus nos vicissim vir Clarissime, fictom, stu-
dium et observantiam nostram rebus in omnibus semper pro-
bare, quas tibi Laudibusq3 tuis profuturas existimabimus.
Et Confidas plane statim te Capturum à me Liberis, gene-
risq3 omnib, quicquid vel à viris gratissimis sperare,
vel à Servis tuis deditissimis expectare possis. Quod n.
Falcidiū Defenderis, quod servaveris, & quasi in vitam
restitueris, in nos ipsos Conferri simul istud omne officiū
Arbitramur. Vale,

Ant. Bell. Federico Baduario. S.

228 Eadem mihi causa ē ad te scribendi, quę ad Senatorem amplissi-
mum parentem tuū fuit. Ut paulo ante scriberem. Nam et ego
amoe Antonius Falcidius Gener meus Expectationi nrę suo
tandem in patriam reditu satisfaceret, te quoq3 praeclaram ope-
ram navasse intelligo, reiecisseq3 oratores Atinenses, qui in-
gratiam eius, cui Gubernanda patria tradita ē, Tempesta-
tes tam turbulentas Venetijs Excitarunt. Unde magno bene-
ficio cum me affectum, tum tibi et patri magnopere devin-
ctum fateor Ex quo ambo patrię excellenti magnitudine animi
et Consilij Coepistis generum quem loco filij habeo, tueri Ac
Defendere acriter adversus illorum iniurias, qui terras ac ma-
ria miscere nō desierunt. ut in oratione, q̄ est veluti de

VII

umbra Asini; Caninam rabiem in iuuenem innocentem exer
cerent? Quo aut loco res eius sit, iam nosti. Superest
tibi pro laboribus ob veritatem & innocentiam tuendam
susceptis gratias agam, quantas animo concipere possim, & rei
atque iterum vehementer rogem, causae meae iustissimae, quantum
cum optimo parente possis, opitulari pergas, ut tum extre
mus actus addatur fabulae. Perge audacter, ita et tibi
magnam laudem paraueris, et simul seneci mei tranquillita
ti optime consulueris. Nam sibi nullum crimen admissum esse,
aliquod periculum esse non pot. Quid enim talis i. sc. hoc
exemplum cuiusdam supplicationis confictae, quod ad conser
torem misisse fertur (ut eum eo rideret familiariter)? Du
bium est si apud syncerum minimeque iratum iudicem de
eius innocentia non liqueat, ne quicquid posthac evenisset, de
destinatum eius ignominiae videat. Apud nos vero tuae
istius defensionis, et liberalitatis memoriam non modo
perpetuam pollicemur, verum etiam nullum tempus fore unquam
quo studium tui ornandi familiaeque tuae illustrandae in nobis
futurum non sit singulare, Prodo protectorem te dici, quae
tua fuerit humanitas, et haberi, quod maxime ex animo
volim, et nos in gratia tuo esse patiaris. Vale.

Ant. Bell. Antonio Girardo Opitergino S.

Miror apud te tanti valere meam autoritatem, ut Falcidius
nunc obsecret ipsum tibi commendem. Commendare ego
qui possum prope nullius autoritatis tabelliunculus, nec
dum quidem de facie, sicut arbitror, tibi notus. Num dif
fidere coepit abste sine mea commendatione aliquid se con
sequi posse? Fallitur valde profecto. Nihil n. pro Socero

accersi homine humili ac tibi ignoto, quod non pro genero
multo libentius facturus sis, quem accepi communibus studiis,
officiis, multa consuetudine, ac benevolentia tibi coniunctum esse,
tuo scilicet nunc et Venetiis esse. ut ipse habere neminem habere
fateat, qui magis eum quam tu consilio iuvet, ac concione
acrius defendat, et maioris fidei ac benevolentia foveat. Ego
vero, etsi non vereor quin absque meis literis facturus sis
omnia, ut eam expediri et nobiscum propediem esse possit,
voluntati tamen eius obtemperandum duxi, ut qui pro
huiusmodi patrocinio tam amanter suscepto tibi me multum de
bere sentio, multo magis adhuc velle debere cognoscas.
Eum igitur tibi commendo, ut si filius meus esset, non
magis laborarem. Risu sane excipienda est mea haec
apud te commendatio qui Falcidium non minus salvum
velis, quam nos cupiamus, et causa, ut nosti, ridicula est
ne quidem dicam aliud de amicitate illius, cui persuasum
est a Falcidio se contemni iudicem, inferiorem probari.
Nec igitur quaeso deseras meum generum. iuvenis est ingenio
ad officium semper parato, te observat, coluitque mirifice.
Sed in eam curam incumbas, ut eam delegatus iudex
adiri debeat, non enim dubium, quin statim ubi cognoscere
coeperit, ratio illi constet lati suffragii, et ista lite ac mo-
lestia ipsum liberet. Etiam non solum magni refert ut iusta
quis foveat causam, verum et qualem et quam paratum
iudicem sortiatur. Nobis vero quibuscumque de rebus, quae
tibi et tuis adiumento vel ornamento esse possint, mandata
audacter des velim. ut enim tibi gratum faciamus, nullum
studii laboris aut officii genus praetermittemus umquam quod
a nobis proficisci queat. Vale.

VII

Ant. Bellonus Nicolao Moecenico S.

230 Ioannes Antonius Falcidius turgis est in meis generis inti-
recte literis moribusque institutus. Nescio tamen for-
tunam iuvenis deplorem ne magis, an rideam. Cives enim
quidam improbi per summam iniuriam cum insectantur, non
desistunt obid oppugnare, quod quandam supplicationem
finxerit ut videret cum vetere congerrone. Verum mihi
scripsit, quod reclamet honori Civitatis nostrae, nec culpa
ulla commissa est, qua quisquam vel leviter laesus ab ipso sit.
Impetravit autem ab inclyto Senatu delegari causam Tar-
visino Praetori; qui tamen nisi tuum et studium intercedat,
adiri non potest adversariorum oppugnatione. Unde necesse
est hinc ad eum scripturas mitti; ut gener innocentiae suae
rationes explicare possit, et expeditionem conficere. Proin-
de tantum in hoc negocio tibi apud Senatum sumas pro
Falcidio, quantum noveris singularem meam erga te ob-
servantiam, et causae nostrae aequitatem postulare, quod ut
facias te etiam atque etiam rogo. Vale.

Ant. Bell. Francisco Venerio S.

231 Incredibilis urget mihi solicitudo de Falcidii tam longa absentia,
nullam commisit culpam, improbitas tamen quorundam Civium
facit, ut neque iudicem delegatum adire, neque scripturas hinc
consequi possit. Oro atque obsecro pro ingenita tui animi aequitate
ipsum generum meum in re hac honestissima iuvare pergas
quousque dignitatis tuae ratio patiatur, ut hinc scripturae
mittantur ad delegatum, et tum apud eum causam agat suam
et impetret expeditionem, quemadmodum amplissimus Senatus
et Clarissimus Advocator censuerunt. Cum enim gener de
sua innocentia fidem ei fecerit, tum ipse iustitiae faveris,
pervide, atque gloriae tuae. Vale.

Ant. Bell. Paulo nepoti S.

ersuasum tibi videtur Senectam in ea esse ut ad te scribam ra-
rius et brevius quam consueveram. Possum equidem cum
etatem ipsam ingravescentem adducere, tum plerasque alias
causas. Etiam et cura rei familiaris impedimentum affert, et
ars Tabellionica nõ sinit me ita abundare ocio, ut ad fre-
quentius, vel plenius scribendum divertere queam. Inde
et hanc rationem meam, ne te scilicet a lectionibus edistendis
abducas, quoties ad me rescribere te oportet. Ille ut
video excusant impedimenta. Sin minus intercedunt,
excusat ipsa etas, vel iudicium quod me habet ut ediscas, et
memoriam colas. Tue vero litere modo sint latine, et lectiones
ediscas, hec mihi profecto sunt iucundiores, quo crebriores.
Sin minus commendas memorie, malo tua has penitus
teneat ediscendi officium expleas, quam ad me scribendi.
Nihil enim interest inter meam et illorum sententiam qui aiunt
nihil nos scire, preterquam quod memoria tenemus.
Scire cupio si Salustius a Francisco Pomponij Tabellario
redditus tibi sit, quem proxime ad te gestandum rerogat
etiam te cepit eius lectio delectare. Epigrammatarius ipsum
anteponit omnibus cum ait primus Romana Crispus in
historia. Nunc tres Crispum Livium, et Cesarem, quorum omnium
probatissimus habetur stylus, ipsos omnes legere tibi opus est
ut cognitionem multiplicis historie consequaris, sed ne
tuum obruatur ingenium servato ordine, ut per te legas totum
quem semel in manus sumpseris priusquam ad aliorum lectionem
te conferas, et in studendo viam teneto, quam Coritius tibi per-
scripserit ut alias scripsi. et quodcunque occurrerit durum et diffi-
cile ut ipse explanet cure tibi sit. In primis, ut bene valeas

VII

Confidas me tibi in re nulla defuturum si perspexero te virtute naviter operam dare, quo non solum aliquo naufragio perire non pot. verum et magno usui et honori nobis omnibus
[illegible]

Ant. Bell. Leonardo Corytio s.

233 Convenit hodie me Ascanius contubernalis tuus admonens scriberem si quid ad te vel ad Paulum vellem, se iam adnare reditum ad studia, quae apud te cum ipso paulo habet communia. Scias igitur Ascanio me dedisse ad te Coronatos novem quibus numerus completur denarius, hos in tuam secundi anni mercedem imputabis, et litteras, si lubet, officium te tot a me recepisse, ostendes. Curae tibi sit, si me amas, ut si paulus ab ineptiis puerilibus ludisque seiungat. Adest aetas, qua nuces illi odio spargendae sunt, ut rationem studii sui mihi reddere valeat, et opportune Patavium mitti causa altiorum disciplinarum, ad quas non perveniet, nisi desudare puer coeperit. Non n. te fugit oportere quod in humanioribus sit bene doctus, si velit ad altiores iter sibi parasse. Vale.

Ant. Bell. Nicolao Mocenico s.

234 Concessurus proxime Falcidius gener orat Terrisium, ut apud Iudicem Delegatum causam suam diceret, sed tamen evolvere istinc non pot. Nam patris huiusce litteris et autoritati amplissimi Senatus in mittendis scripturis et attestationibus nondum obtemperavit, sine quibus videtur a Delegato confici nihil posse, quas tu tamen cum hic magistratum gereres mittere numquam distulisses, unde tuae omnes actiones palam et passim praedicantur plenae humanitatis, prudentiae ac iustitiae, et nunc versaris non immerito in ma-

honis muneribus rei. p. quę non nisi in viros pręclarissimos, et de ipsa optime meritos deferri consueverunt. Quin etiā noluit huiusq3 presens ut impensę venetijs his taxatę vectori solverentur. Rogo itaq3 velis, quousq3 tamen tua patiatur dignitas, curare ut facilem Gener in Senatum aditum nanciscatur ad te genus litterarum comparandas, quibus imperet efficacius presidi scripturas ut ad pretorem Taruisinum dis-cum mittat, tum cogat hanc civitatem seu ipsos qui eius se oratores venetijs egerunt, impensas taxatas numerare atq3 persolvere. Nam si tuo apud senatum studio letabitur falcidij hominis litteras se consecutum fuisse, nō mō nostrum utriq3 gratissimū feceris, verum etiam magna fiet ad gloriam tuā accessio. quod nō dicas, sed facias, nec de studio remittas anteq̄ rem totam confeceris, qua uia Mortales ad immortalitatem scandere solent. Vale.

Ant. Bell. Francisco Venerio. S.

235 Falcidio meo nullam video quietis spem reliquam esse. adversus
n. patrię presidem consistere nō pot, cui propositū ē nullo
officio prestare in scripturis Taruisium hinc mittendis, ne de-
legatus iudex munere suo fungatur, quod me profecto nō minus
quam Generum excruciat. Tu si presis Cosi vir certe magnus
et ad res magnas natus, vel absis aliquid in hoc negocio efficere
potest, tuū rogo pium officium ne intermittas, tam nobis
gratum fuerit, quam quod gratissimum. Vale.

Ant. Bell. Paulo nepoti. S.

236 Incredibili molestia affecerunt me literę tuę, Legendum passim

VII

continent, quod vel puer novicius corrigere queat, cum in
Grammatica, tum in ortographia. Dant aperte significa-
tionem hactenus te nihil profecisse, te nequaquam ingenio va-
lere, aut potius si vales, licentiose vivere apud Coryt.
et loris non emendari. Nam non superiores epistolae abs te missae
quae non nihil nitoris et elegantiae praeseferunt, non a te, sed ab altero con-
positas fuisse, unde videor de te cogi aliud cogitare, quam ais
constitueram. Postquam ex te spes aliqua nondum nobis ostenditur,
ne tu temporis, ego pecuniae jacturam faciamus. Si posthac com-
vero ex tuis studiis nobis maiorem spem non afferri, aliud con-
silium capiemus. Decianus et Obroy[a] anno aetatis tertio
decimo, ad quam accedis proxime, coeperunt operam dare legali
doctrinae. Et tu vero incipere poteris, ut facile conyecre est, in
quam ingrediaris, vigesimum. Rogo ne te pigeat totum corrigendum instru-
endum et gubernandum tradere, non committet ut serius quam
alii, te conferas ad ius civile. Quod petis par calceorum
misto, et quidem duplicatis soleis, si tuis quadrabunt pedibus
retinebis, sin minus, remittes, cum aliqua pedis tui mensura,
ut ad ipsam calceolarius tibi examussim conficiat. Genitrix tua
mittit vestes, quas magnopere te optare significasti, Biretum
scilicet, dyploidem et coxalia cum tybialibus quibus per aestatem tibi
utendum sit. Rationem habuit cum temporis, tum valetudinis
tuae. Contubernalibus si forte sericati obambulant, ne invideas
sunt opibus munitiores. Tibi velim explanis persuadeas, de
hominibus non ex habitu et indumentis sed ex moribus et
virtute iudicium a sapientibus fieri. Enitere ut Corytus
de te nos iubeat spe bona esse et obedias sibi vel illi vel
mihi, ut hoc honorificentius etiam suscipiaris, quo moribus
ac virtute superior evaseris. Et epistolas memoriae committendo,
manumque imitando caracteres libelli, quem paulo ante fran-
cisco ad te dedi, ut noteris quo tuae literae elegantius ac dignitis

aliquid in se habeant. Grandior etas conseruabit habitum in quem tenera sequax fuerit, & vix dediscere potest que quondam perperam didicit. Vale.

Ant. Bell. Antonio Girardo S.

Nicolaum Paonam audio superiorem hinc Venetias abiisse cum ob alia quedam negocia, tum potissimum ut executionem impensarum, que debentur Falcidio diutius suspensa teneat, ipsum n. intelligo se iam Taruisium ad suum tuendum recepisse. Quaderet si licet ut in gratiam Generi aliquid oneris tibi imponam erga quem constat tua officia plane innumerabilia esse. rem obsecro omnem statim per literas tuas significes ut tam ab ipso, quam abs te, quem mirifice diligit, rationibus eius opportune consultum sit. obsistendum et erit strenue, si quid coram Clariss. Aduocatoribus paona aut alter quiuis Maleuolus ad nouam suspensionem impetrandam attulerit, & si post tot alias, noua fortasse Clam impetrauerit, prestandum officium erit ut illico reuocetur, ne qui in presidiis, ut aiunt, gratia pertinatius et contumeliosius quam par fuit, egerunt, differre et procrastinare queant amplius quin Iuueni Inimicorum iniuriis iniquissime presso taxata iampridem impendia numerent. Adscribes Genero Salutem meis verbis. Vale.

Ant. Bell. Laurentio Iudici S.

238 Nicolaus Bertholdus in Ioannem Antonium falcidium hoc nomine calumniam et vexationem intentasse videtur apud Magnificum patrie Presidem, quod nescio quam Supplicationis scripturam aliquot locis inuerterit. Gener ipse meus negat peccasse nec propterea quidem

VII

dubitat quod rei periculum uel tantillum uocari possit. Ali
neque tamen Atroces presidis (Senex .n. est Capulo vicinus, ac
male affectus) suicenem habuerunt habentque ualde sollicitum
ut ex ipsius seu Asteriique sonis manibus causam auferendam,
& incolpato ac vere integro viro Pretori tuo Teruisino,
cuius assessorem ago, delegandam curauit. At Senerum
presidi huiusmodi delegatio usque adeo infensum reddidit, ut
omnibus neruis Conatus ipse sit, ne pretor tuus eiusmodi
causae Cognitionem suscipere possit, saltem antequam ipse tempus
officii sui desagratus peregisset. Suscitauit Ciues quosdam
improbos Litium auidos, Qui publico nomine obstare qua-
tum maxime possent Coram amplissimo Senatu & Aduo-
catoribus, et Asisero modis omnibus insidias tendere non de-
sierunt, quinetiam Scripturas ad Delegatum mittere priusquam
Literis Senatus terque quaterque interpellatus fuisset, obstinatis-
sime recusauit. Quaderet urbis tam refractarii Senis quae impu-
nitatem polliceret, merito recusauit mihi, et Asixius studuit
ad vos causam deferri, ut cum honorem suum, tum ipsius Pretoris
existimationem summa constantia tueretur, rei dispendium, quam
famae iacturam Leuius ferens. Utinam ab ipso munus gestum
ita dici tandem queat, quod nullae detestationes priuatim aut
publice consecutae sint, verum hoc nihil ad nos, ipse uiderit
ex hominum sermone qualem de se famam, quantumque sui bonis
desyderium tandem reliquerit. De reliquo nihil est, quod de
preside non iudicem semper optime., Scripturas iam accepistis
et proclamatis tempus effluet ante Calendas Iulii, ut Compa-
reant Teruisii, si qui sint, qui sua putent referre, Ut autem
probus et innocens Senex, laudisque tuae studiosus, simul Extri-
cetur Efficias rogo pro iuris equitate ne diu sententiae pro-
feratur, utque in Litem quicquid impendit, postquam fuit com-

forte delenda ne noceant

pulsus versuram facere multorum mensium, si sarciant adversarij, Tantum item damni quantum ipsa lis attulit quantumq; Lucri et Utilitatis detraxit, quod ex destinata malitia neglexerint ab Iniquissima vexatione sese abducere, antequam Confecissent. Me vero teneat si scribam humilem experieris gratum et officiosum, si quid occurret in quo velis animum meum tibi probari: nequid aliud dicam quam Falcidio gratissimo et humanissimo Iuvene, qui dignus est certe quem diligas et ista molestia liberes, quemadmodum et Tu, quem Colat et observet, dignissimus. Vale

Ant. Bell. Aloysio Baduario S.

239 Notum tibi esse Arbitror Senator Clarissime Falcidium Iam Tervisium concessisse in Domicilium nec Incommodum, nec parum honestum, quod ei Pretor prudentissimus pro Carcere decrevit, Scripturas quoq; à patrię preside missas eo superiorem fuisse, Quocirca tempus adest ut in eum omne Studium et officium conferas, et Pretori, quantum tuę dignitatis ratio patiatur, Commendes ea Commendatione, quę efficacissima et diligentissima ad perficiendum negotium dici queat, Cum presidis Immanitas et video nodum faciet optimi Iuvenis Calamitate. Proderit plurimum dubio procul summa autoritas, studiumq; tuum ut lis exitum celerem nobis tandem optatum consequatur. Letabimur omnes et gaudio subsultabimus. Uxor scilicet maritum, liberi parentem, egoq; Generum Carissimum per te recuperasse, quod ut facias te etiam atq; etiam vehementer rogo. Vale.

Ant. Bell. Federico Baduario S.

240 Scire te puto Falcidium in manus Pretoris Tervisini lesa Iudicis

Altro pauloante se contulisse ut hunc litis exitum videat,
simulq; victoriam simul Conciliet et addicto venator esse
omnes qui sua interesse arbitrentur. Unde videtur operepre-
cium ut a Studio et officio non desistas, quod magna pietate ac
Liberalitate hactenus praestitisti. Assit iam haec Civitas
sustinens Ludovicum Columbatum, qui publico nomine ad-
versetur veteri ad Confectionem in longum proferat, videtur
haec itaque misellus longe in alia fortuna reperiri, quam
deposcat eius probitas et innocentia. Crediderim tamen
haud dubie Cito nos in pugna superiores fore. Inprimis
cum, ut nosti, tuemur aequissimam. Deinde Columbatum iu-
dico Iuris scientissimum, et plane bonum virum esse et
nunc violenter magis, quam hostiliter se armasse nec nisi
in gratiam ipsius patris praesidis, in cuius potestate sunt
omnia. Postremo Baduarios Principes et patronos Sal-
odij amantissimos, Praetoremq; Trevisanum integerrimum
virum esse qui tanti, ni fallor, hanc litem aestimat ut
fabulam videat et, scripturas si forte videt, Generum ha-
beat pro absoluto, et Civitatem adversantem pro damnata
de expensis. Proinde et tu pergas rogo iuvare, Nam ad
Parentem tuum Senatorem sapientissimum scripsi quoq; de
hoc negocio, ne eius Commendatio non intercederet simul,
ut in tanta duritia praesidis ac senitia celeriter et anguste fin-
iat, de ridicula causa debeant, ob perpetuam meam et ma-
ximam erga vos fidem et observantia. Quemadmodum autem
neutrum vestri Confido quicq; praetermissurum, in quo que-
atis prodesse Salodio doctissimo et optimo iuveni, ita et
vos velim plane Confidatis nullam me rem, que vestrum vel
Commodum, vel Gloriam concernat unquam vos defuturos.

Vale.

Ant. Bell. Paulo nepoti. s.

Quod ad me raro literas des, excusas, et ais eo quod a te Autores
legi, quos ex Corytii sententia, si quis non legat, affirmes ad
acquirendam multarum rerum cognitionem perutile esse.
expectas te scire quid et ipse sentiam. Debes tamen fili co-
gnouisse ex meis plerisque Literis tibi in Studendo obser-
uanda esse tessius magistri precepta, qui quotidie pericu-
lum facit quam docili sis ingenio, quantumque memoria
ualeas. Equidem quantum possum ipse noscio. Laxamus
.n. Equis, si strenui sunt et agiles, habenas, ut currant
quo cupimus celeriter peruenire quia compertum habemus
ipsos ad currendum idoneos esse. Ut igitur equis non omnibus
longius currendi negocium damus, quia viribus sunt im-
becillis, ita pueros in quibus perspexerimus memoriae lu-
men non eluscere, nunquam concedimus per varios autores ul-
tro uagari. Quid .n. prodest lectio, que nihil fructus afferat
et mentem statim excitat vel confundat potius. Quaob-
rem exsequere in Studendo quantum viua vox Corytiur
precipit vel permittit: non .n. dubium quin sit peritus do-
cendi magister, te in Cute norit, et impense diligat, velitque
os immittas nec maiorem, nec minorem offam quam queas
capere, ut non mediocrem doctrinam rerumque cognitionem do-
mum exacto triennio tecum deportes. Epistola tua prefert
ornamentum quoddam virtutis minime puerile, videtur satis
docta, elegans et perspicua. Aggredere tamen audacter ex
Ciceronis rhetorica, quam heri accepisse te scribis, locutionis
tue rationem ducere, ut aliquando queas in foro non modo
cum dignitate versari, verum et nomen tuum eternitati
commendare. Si fidem cum memorie tum eloquentie

.00

VII

apud nos feceris. Mater tua ante dies XV Bolognanu
se Conferet. Ad vindemias te uocabit, si Corytius qui
miram in recte Instituendis discipulorum Ingenijs diligenti
adhibet, patiet[ur]. Illius .n. mandata volo plus q[uam] mea tibi
Cure esse. Si tibi dederit veniã, nõ sinam te diutius ru
sticari quàm Tibi prescriptum ab ipõ fuerit, ne longa ni
mis studiorum Intermissio tibi obesse queat. videmq[ue] ex
pclara Ingenia saepenũo nimia relaxatione periclitari. vale.

Ant Bellon[us] - Paulo nepoti .s.

242 Theocritum Poetam & vrbanum Grammaticũ ad te re
mitto, Corytio preceptore hortante, ut tua Studia Latina
Graecanicis multo Illustriora reddant[ur]. Te tñ Ignorare no
lim [illegible] paulo ante mecum quasi tecum per literas Expostu
lasse quod ruri temp[us] consumpseris. Scribis te tñ simulatq[ue]
Spilimbergum repetijsti Studijs literarum adeo deditũ fuisse
vt tibi defuerit ad me scribendi ocium, et monet p[ro]pria negligen
tie nomine te ne accusem, Tantum uero abest, ut excusatio
nem tuam nõ accipiam, vt vehementer et laeter Studijs literar[um]
totum te tradidisse. Tue .n. lr[ae] apud me testimoniũ aliqd
dederẽ Studiorum assiduitate te magnopere delectari, sunt
plene Elegantie, humanitatis eruditionis et tue erga me ob
seruantie singularis. Ego igr si nihil r[e]r[um] ad me scribas tuu
probo Consilium, et satis te diligentem Iudico mõ ad Excolen
dum virtute Ingeniũ nihil reliqui facias. Malo .n. tuis li
teris Carere, q[uam] studia tua meis Interturbare. Nulla [enim] Epla
tua ne sis nescius, Iucunda mihi esse posset, quã ad me de
disses, quando ratio studior[um] tuorum reclamasset. Misi tibi
q[ue] a nobis poposceras. Calybem vero nequaq[uam] & stipulas

sulphuratas, quibus cum optas lucernam accendere quom ad
studendum surges horis aliquot antelucanis. odor enim
sulphureus acutus est nimis, et odorandi sensum aufert
quemadmodum accidit olim Nicolao Zampio Canonico Ecclesiae Inmon
Sep. n. cum conquerentem audiui quod, quia sulphu
ratis lignis usus fuisset, dum iuri pontificio daret ope
ram in Gymnasio Patauino; odoratum penitus amisisset;
ut semel tempore studio domus conflagraret, incendium naribus
non perciperet. Tuus tamen iste ardor ad studendum vehemens
adeo mihi placet ut nihil supra: videris n. aliquod tua gloria
dignum cogitare coepisse. Poteris vero citra periculum et
detrimentum aliquod, meo more quoties volis ex pru
nis lucernam vel candelam accendere. Non n. com
mittendum censeo, ut iis assuescas puer, quae sero animad
uertas tibi plurimum obfuisse, vale.

Ant. Bell. Nicolao Pontio S.

243 Tabellarium, qui mihi sponte se offert, non sino absque meis literis ad
te ire. Fabricius is est Fagansas, Contabellis mihi amicissi
mus et tibi familiarissimus. Non commemorauit, nec ego sum
percunctatus cur hoc tempore Venetias proficisceretur. Arbi
tror tamen in causa nihil aliud esse, nisi ut ipse totus tuus Zo
uello qui et te praeside scribatus officium gessit, officium ro
gat conferre. Nam examinatio testium tam conuentus pa
tres, quam ipsius Rouelli absoluta est et ad Clarissimos Aduoca
tores iam transmissa. Si Nouam Legationem ad summum
Pontificem, quam paulo ante a Senatu fuisse tibi decretam
intelligo, subis inuitus, ut quondam ad Caesarem alteram, in qua
maximis damnis affectus fuisti, doleo vicem tuam, sin minus
ut potius mihi persuasum est, virtuti tuae gratulor vehementer

VII

Legationem scilicet amplissime dignitatis tributam tibi fuisse; Tantum .n. abest ut summi in re pub. viri Legationem ostr- deuitent, ut etiam si assequantur, quam multo studio ambiunt maximo honore se affectos existiment. Munus est ipsum hoc tale, in quo neque valetudinem perspiciam, neque fortunas tuas in discrimen aliquod venire posse. Iter tutum est, non difficile, nec longum. Mihi si ferret etas, nihil contingere posset antiquius, et optatius, quam ut me ipse ad Curiationes illas deambulationes intermissas longis temporum intervallis renocarem. Consuetudo illic suavissima est, et Coeli tanta benignitas, ut homines cuiuscumque nationis incolumes servet, et si pestis aliquando accidat, sub eo nullum ipsius morbi contagium appareat. Hoc ego certe sum animo erga tuam istam Legationem, ut in ea non solum nihil penitus facias damni, sed tibi, amicis infinitis etiam absentibus, et ipsi tue rei pub. prodesse mirum in modum queas. Itaque Letor magnopere Legationem tantam honoribus tuis adiungi. Non enim vereor quin illam cum libenter susceperis, tum susceptam summa fide et prudentia ex voluntate inclyti Senatus preclarissime geras. Dij precor te Romam deducant incolumem, et domum mox ad amplissimas dignitates reducant, quod etiam atque etiam exopto. Vale.

Ant. Bell. Aurelio superchio s.

244 Quod rarius ad te scripserim, quam familiaritas nostra postulare videretur, Consilij mei ratio fuit ne te nugis meis interpellarem, non enim esse poterant nisi mere nuge, quom nihil occurreret, quod ad te scriberem, serijs etiam magnisque

negocijs occupatum, nec sanè nunc quidem occurrit. Scribo
tñ ne tibi videar immemor factus, vel minus familiaris quia
longe abses. Caue mi Aureli te mihi excidisse. Ego te
penitissimo pectore diligo atque obseruo. Viuit n. Muneris
Memoria quod apud nos Ponte Venerioque presidibus summa
integritate prudentiaque gessisti. Durat nomen Philo-
musi fratris tui nobilissimi poetę et oratoris, qui iuuen-
tutem huius Ciuitatis carminum quondam instituit et ad
optimam frugem traduxit. Claret & fama Superchię
Gentis, in qua annis ferè septingentis bonas literas gre-
gię floruisse constat. Sed de ijs apud te satis, cui scio
me obliuionis aut negligentię nomine nunquam suspectum fuisse.
Utinam nos rursus ut queamus nos Amici tui Forofulienses
pristina tua consuetudine frui, quod fore nō despero, quin
imo huius rei munus bis abste bene apud nos gestum spem
nobis affert nō modicam. Arbitror nō spernes Conditionem
si se offeret, ut tertium consul dici queas, & patria quae nō
magis mea dici pot quam tua studio ingenio iudicioque
tuo post tot rerum, que intercurrerunt perturbationes op-
time consultum sit. Sed de rationibus tuis ipse Statues
Aurelius. Interim & usque dum fata sinent ego tui memo-
riam gentisque tuę summa fide & obseruantia tueri non
desinam. Vale.

Ant. Bell. Leonardo Corytio S.

245 Ex epla tua cognoui Raphaelem Belgradem, que de Plynio
cum ipo locutus fueram ad te pertulisse. Nam cum à me
Paulus nepos naturalem Hystoriam saepius flagitasset, tamq̃

VII

nihil ē certe nō eruditum ꝛ nō rarum et cognitu dignū. Ho-
c^tio significaui me eē ut haud quaq̄ mitterem autorem
durissimum, nisi ad id perspectum haberem tuū consiliū
accessisse. Noui cū laudatissimum ordinem in instituē-
do ac docendo tuū atq3 prudentiā, tum Paulum inter ali-
os tibi carissimum esse. Opinor aūt utriq3 tibi cauendū
eē ne frangatur aut retundatur ardor eiꝰ discendi ho-
nestissimus si libris careat quibus doctissimus euadere, cū
cum equalibus certare possit. Porro si autores quos inter-
pretaris, ita discit ut sensa percipere penitissime videat^r,
forsan ei concedere potius quam negare debemus lectionem
q̄uis difficilem et recondità. Sin vero male intelligit studiū
eius uel emulatio nos trahere minime debet, ut Pliniū
nunc ei legendum tradamus. Optimus oīo autor ille ē
qui ad rerum conducit multarū cognitionem, ut nullus
alius facile magis, sed valde sentiosus & asp̄er. Scis quam
prope percipiat meus, cum examinas, & audis quotidie re-
citantem, & longe melius quam ego perspicis an Plinia-
ne lectioni committendus sit. Cum primum te velle sciero
equidem ei curabo tam latinum q̄ in linguā traductum p̄le-
beiam ut conferre possit et facilius eē intelligere. Ne-
cesse igitur talem in paulo instituendo te exhibere qualē
te predicant oēs in alijs p̄stitisse qui iure gloriantur cu-
ra et industria tua per se ipos et absq3 interprete passim
Plinij historiam intelligere, quod ut facias, preter id
quod singularis tua humanitas nrā necessitudo, et ipsa
ratio studioꝶ postulant, et ipse te iterū atq3 iterū vehementer
rogo, ne qui ex filio meo natus ē, me indignus nepos, vel
tui dissimilis discipulus videat^r. Germano causam tuam

sicuti iubes diligenter commendabo cum primum in Ci-
uitatem reuersus fuerit, à qua nunc abest. filiū pro te
facturū oīa Recipio. qui nulli erga nepotem offm̃ pretermittis.
Vale.

Ant. Bell. Paulo nepoti. s.

Familiaris quidam filie, que Ruberti Spilimbergensis coniux
fuit. biretum & Chyrothecas habuit, quas pòtieras ad te
mitterem, cum Conuenias opus ē, si nondum accepisti, &
protinus tibi reddendas cures. Non desisti proficio /
nec desistam oīa tibi suppeditare, quae certiorem me facient
te opere. me Corytio mihiq3 te libenter cognoscā morem ge-
rere, in fugandis scilicet vicijs et virtute sequenda, quā
scis absq3 multo labore parari nō posse. Opus Itaq3
omnes intendas leges, assequaris oportet, ac memorie
Imprimas funditus. Qui n. hodie nō admodum Excellit
sup aliis Caput nō effert. et habet nullius ferè Extima
tionis, Numerus adeo Creuit mediocriter eruditorum.
Iniquos et Impuros fugias procul, qui nō mō se Ipsos
perdidere, sed querunt ut alij quoq3 se perditum eant.
Sumus ego & Corytius singulari erga te beneuolentia,
nostrum neuter aliud tibi cupit nisi quod equū sit, &
valde tibi commodum, et honorificū eē queat. Animū
Igitur ad Comparandā virtutem, ita Concitatum habe
pergas, ut equalium nulli concedas, & si nō magno gau
dio nos Cumulare bonis, saltem tibi Ipsi voluisse videaris.
Plynium quem à me tantopere contendisti, ad te mittere
constitutum habeo ductus Consilio Corytij. Auitum Itaq3
statim ubi in hominem Inidero, qui haud grauet id ne
gocij sibi dari. Sarcina enim grauior ē, quam ut ulli

XII

p̄diti Committenda sit. Habebis propediem eum Latine etiam Loquentem simul et tusce, ut facilius percipias et consequaris multiplicem rerum cognitionem, quę ōi tempore prodesse plurimū tibi queat. Quibuscunque vero ī locis videbitur tibi duriusculus, do id Consilij te ut nō pudeat demittere ad Expositionem Doctissimi Preceptoris. Fac Amabo recorderis sp̄ tibi cavendum à Lituris q̄z, & ne in alterius manū sit Codex tuus q̄ tua vel tp̄re duntaxat magri, ut ab ōi foedatione, quę nō pōt nō odiosa et molesta esse, liber tutusq; maneat. Da operā ut valeas. Quin. nobis faciunt Libris inquinatis stomachum, sic habere ostendunt tacitè Ingenia Coinquinata.

Ant. Bell. Paulo Nepoti. S.

247 Assentiente Corytio tuo Plinium tibi do, qui summa brevitate Complexus fuit, quicquid in toto terrarum orbe continetur, cui hic à tergo ut cernis, Insidet scripturiens. Verum tot mēdis meo quidem Iudicio scatet, ut vehementer timeam abs te tuto pedem alicubi figi non posse. Pape inquies ut Legere cęperis ī novū orbem delatus sum, tot sunt ī hoc petricosa, et acervatim congesta, tot rupes prerupte, tot Scyllę & Carybdes, ut in Cotem quod est in proverbio novacula nihil possit. Sum ego Paulus, non Aristippus. Apage fili, ne extimescas, Virtus in difficili versatur. Et Aurum in imis Montium visceribus latet, nec inde nisi summis Laboribus eruitur. Plinius è proceribus latinissimis et doctissimus, unus, purus est, non locutus est simpliciter, & Sapuit ut pauci. Si accuratius legeris & cū eo contuleris, quem Landinus tuscus in suū vertit Idioma, nō videbitur

tibi difficilior, quam ut celeriter ad captum tuu[m] esse q[ui]at.
Alterutrum .n. intelligas, utrumq[ue] simul assecutus fueris.
Sin aut[em] utrunq[ue] durius videbit[ur], quia saepius per singula
cunctabundus discusseris prope nihil, ad praeceptorem con
fugias necesse erit. Non .n. vereor quin in te docendo
cum honoris sui ca[usa], tum n[ost]rae necessitudinis, se liberale
ostendat, nobisq[ue] cumulatissime satisfaciat. Et velit in
tantis tenebris, in duo thesauris utrisq[ue] reconditis, te Pau
lum te simul et Oedippu[m]. Inde curabis exequi, quod mo
re aio, quod in Iusto appendi maiusculis l[itte]ris, et The
sauros sell[ectos], quos legeris, quotidie refricando i[n] memo
ria reponas, ne no[n] aequales facile vincere, et cum natu
maioribus audacter pedem conferre queas. Vale.

Ant. Bell. Leonardo Corytio s.

24 Assentiri videris Plinium ad nepotem dictum, ut studium in adolescen
te magis accendat[ur] si in multiplicem historia[m], veluti i[n] amoenissimu[m]
hortum recreandi animi ca[usa] aliquando separetur. Quamq[uam]
aut[em] occurrerent multa i[n] utramq[ue] p[ar]tem, suscepto tuo consiliu[m]
et no[n] invitus Latinu[m] mitto, una et Ethruscu[m], ut ab ipso fa
cilius percipi possit. Scias t[ame]n velim de tuo sensu me mit
tere magis quam de meo. Novi scabrosum autorem. novi
et Paulum non minori tibi q[uam] mihi, curae esse, quare
nihil mihi profecto gratius et antiquius esse pot[est]. A te
aut[em] petro ne permittas ut puer volumen in manus sumat
aut legat alia, nisi quod et q[uando] ipse volueris. Quod .n.
ex Plynij lectione consecutus fuerit, cum nomen tuu[m]
reddet illustrius, tum a nobis singulari tuo erga nos amo
ri, magnoq[ue] nostro beneficio tribuet[ur]. Vale.

XII

Ant. Bell. Francisco Quero. s.

249 Conuenit me nuper Bernardinus noster Coloniensis homo ut videtur
tibi per familiaris, et narrauit utrum apud Jacobum Villabruna
presidis Assessorem diebus superioribus te fuisse, idque negotij ante
quam discederes, abste sibi datum esse, omnino mecum ageret ut
aliquid Literarum ad te darem, quod magno me noscendi,
ineundaeque mecum familiaritatis desyderio tenereris. Ego sane
quod huc uenisses, socerique tui hospitio uterere, et ad quem
diem profecturus esses, ignoraui. adissem enim te sponte, et
conatus fuissem fidem aliquam tibi facere, a me te coli plu-
rimi modum et obseruari. Quo n. tu me, eo et ego teneor stu-
dio te cognoscendi, quem incredibili humanitate, modestia
doctrinaque excellenti preditum intellexi: et ipsius Villabrune
generum esse, erga quem obseruantia mea nunquam vulgaris, ne
quid dicam, est summae eius autoritatis, ut ad te statim veni-
rem omnibus postpositis negotijs coegisset, iampridem n. perspexi
eius in me studium singulare, cum in alijs multis rebus,
tum in ornatus munere huius Ciuitatis, ad quod me non
ambientem, imo fugientem adhuc et recusantem ultro humani-
ssimis verbis inuitare non desinit. Unde contrahende ami-
citie desyderio valde ego afficior, tametsi homo paulo minor
Septuagenario, media et nocte, si ita collibitum animo tuo fuisset,
ad te accedere non detrectassem. Num vero tu dubitasti me
tam superbum, ut copiam mei tibi negaturus essem. Aut
summam potius modestiam, quae in quacunque actione viri sapi-
entis lucet habet, ab impetrandi spe, seu pudor aliquis te de-
terruit, ne mihi molestus esse videreris si me meis a negotijs
abstraxisses? Quid n. mihi gratius et iucundius, aut in
vita optatius contingere potuisset, quam inter nos vere amicitie
fundamenta iacta videre, viuasque audire, vicissim et reddere
voces? absit adducar in suspitionem te inuidisse meo gaudio

quo me maxime cumulasses si in tuis familiaribus et gratia tuis ee cepissem, Nam vulgo in te probari animi Candore audio et probitatem eximiam, ad quam cum ipsa natura, tum tuis prudentia, quam optime Callos tibi viam ostendunt. Quid igitur hic ego aliud suspicari debeo, quando nihil opportunius et Commodius accidere poterat quam si me accersiri iussisses ante tuum discessum, nisi quod tui consilii ratio fuerit ut ex meis literis meae familiaritatis initia proficiscerentur, quod tamen tribuendum est incredibili tuae humanitati atque prudentiae. Qualiscumque sim totum trado me humanitati tuae, et periculum obsecro audacter facias de mea erga te voluntate, si etiam neque te ego, neque tu me de facie nec adeo de nomine satis huc usque noverimus. Nulla n. alia de re mihi ... magis solicitus sum, quam ut me habere digneris in tuis familiaribus. Ceterum non tibi minus diligenter navabo operam, quam mihi soleo et quidem sine ulla laboris exceptione temporis aut impedimenti; Eo efficiam fortasse, Iactis amicitiae fundamentis, neque fidem neque diligentiam mihi tuis in rebus unquam deesse Cognoscas. Eo si amore hisce literulis respondere non dedignatus fueris, existimabo cum vere inter nos familiaritatis iacta fundamenta iam fuisse tum ipsam tuam amicitiam Ceteris omnibus meis Commodis facile semper anteponendam esse. Sin vero indignae forsan visae fuerint, quibus respondeas, animus meus nihil propterea Commovebitur, quinetiam enixius dabo operam ut non indignus aliquando videar quem in tuorum numero habeas. Ceterum si Socero tuo me Commendaveris etiam qui munus sum

VII

integerrime administrat ut aliquod iam esse inter nos amicitie argumentum subsultet, et quasi in tuis videar quodammodo esse coepisse. tam gratum mihi feceris, quam quod gratissimum. Vale.

Non n. illi qui primus scripsit honorem tribuendum puto, sed ei qui ut scriberetur primus excogitavit, nec pati possem profecto quod gloriam, que tibi optimo iure deberetur, eripere quodam pacto et captare meis hec literis voluissem, ut quem amicitie tueri incepi, cuius autorem te sic facio.

Ant. Bell. Paulo nepoti S.

150 Rusticus quidam Claudus e rure divi Marci ~~atque~~ venit, utque solidos novem sibi numerarem postulavit. Tanti se creditorem affirmans pro esculentis tibi et socio cuidam una nocte impensis quae utraque suo hospitio excepisset, dum ad nescio quas nuptias huc venum contenderetis. Ego vero cum satis mihi persuasum esset, valde te studiosum, et in studiis constantem esse, statim suspicatus fui aliquam subesse technam, quoniam te non vidissem, et plane de nuptiis nihil scirem. Iniecit omnino aliquid scrupuli, quod mihi dum te et oris et corporis tui habitu non nihil sciscitatus fuissem, videretur satis commode rndisse, ut crederem tamen vix adduci poteram te ingenui ac adolescentem alicuius furciferi fraude a studiis ~~te~~ tuis abduci te permisisse, et respondi denique, nisi de rei veritate mihi aliter constaret, nihil numerare velle. Hic ille inquit apud eos, te dimittere voluisse libellulam quandam pignoris loco, se recusasse, quoniam fideret a me liberaliter ~~[illegible]~~ sibi prestari quicquid pecunie deberes. Ex te se didicisse

te fuisse Belloni filiũ qui in aquis Gratissonis pγt
miser. Cognovi aũt nuper ex Theopompo franceschino
Mondariũ et Thomã fuisse duoꝝ Spurioꝝ qui è
tui preceptoris contubernio lasciuienter Licentiosè
excurrerunt. Cogita tales à virtute alienissimos esse,
aufugiunt è schola, nomen alienum vsurpant, &
impudentissimè mentiunt, ac fallunt. Tu velim
ab istorum Commertio semper abstineas, et si uno
preceptor bonus eos in gratiam forte recipiat. Ar-
bitror tamen ad eiꝰ dignitatem magnoperè pertinere
ut si de eis rectè non speret, raro n. de Spurijs
benè sperandum ẽ, ea se ipos statim dimittat &
officij sui Conscientiã, nisi forte foris emendari possint
aut velint sponte statim resipiscere quoniã qui in-
cupidissimi sunt virtutis sepe vsu veniet, ut improboꝝ
Consuetudine euadant pessimi. Tu quo proposito cepisti
fac ut recta tui honoris et Commodi cã, deuitata fur-
tium improborumq; sodalitate ad summã virtutis glo-
riam pergas contendere. Vale.

Ant. Bell. Mario Sauorgnano. s.

251 Cur Rescriptum venetijs à Legato Aq. ad Canonicos duos itinerꝭ
impetraueris, secus q̃ videtur ius postulare, vel vsus ha-
beat magis, Clarum me est. Qui. n. tibi Consilium dedit,
ut sic impetrares, adeo nõ opinor illum Laudandum,
ut inter pontificij iuris, aut artis Tabellionice peritos
minimè habendum existimem. An Cathedrali ocĩa sint

VII

Canonici oportet aut Decanus in Collegiata, in qua prima consistit dignitas, si vis permutationem validam consequi. In locum igitur Hieronymi Savorgnani & Emiliani duos alios, qui Canonici sint Aquileien. aut Concordien. vel Caprulen. substituendos curabis, ne non queas adversus quoscunque fortunae impetus permutationem quae legitimorum iudicum autoritate sit fulta, defendere. Sed quid ego de iure vel legibus loquor? non sane ex doctrina scribo vel libris sed ex eo tantum, quod diu Tabellionicam exercens cognovi usu receptum et probatum fuisse. Aliud nihil est, quod mea quidem sententia desyderari possit in rescripto vel supplicatione. Haec vero velim habeas pro non scriptis, si res tibi cum Ecclesiae iudiciis tuum, tum singularis eruditionis forte notior sit quam mihi. Etiam in medium protuli, quae sentio cum ob alicuius utilitatis instum, tum ne in aliqua reprehensione caderem. Tibi n. usque curae est quid facias dum quid feceris, strenue queas defendere, neque a iure, neque a consuetudine alienum fuisse, vale,

Ant. Bell. Ioanni Iustiniano pat. praet. designato S.

252 Nunciavit mihi familiaris quidam meus, qui nuper ex Venetijs profectus est nondum abisse constitutum fuisse quem assessorem tibi deligere debeas, nec paucos esse qui munus illud ambiant. Cunctationem tuam sapienter fieri probo. In uno n. assessore partem maximam laudis et opprobrij totius magistratus repositum puto et asciscendum propterea tibi illum esse, cuius fide virtute et vigilantia non minus tuis laudibus quam patriae commodis opportune semper consultum sit. Si cognitus tibi est Aurelius Superchius Pisaurensis, nihil opus est ut te meo

testimonio, vel alicuius Commendationis, per se namq;
debet ipse tibi satis Commendatus esse, et quem in
assessorem asciscas aptissimus et dignissimus iudicari.
Sin minus tibi notus est te diligenter instruas oportet
prius quam deligas, Quamquam nec ipse, nec alius quispiam
meorum egit ut testimonium apud te darem, ut tamen tamen
aliquod ad me pertinere arbitror magnopere pertinere, ne
quid de meo erga ipsum studio et amore videatur
detractum Cuius virtuti semper plurimum tribui
Vir est grandaevus summa doctrina et exacto iudicio
multaq; rerum experientia venerabilis, non tamen adeo senex 253
ut factus per aetatem sit minus idoneus: Leges et insti
tuta patriae novit adunguem in qua magna bis gessit mu
nus magna cum sui nominis laude: Equidem amicos
habeo assessores qui fuerunt, cum plerosq; alios, tum
ipsum praecipue, quem optime sapere, manusq; semper ha
bere abstinentes perspexi, nec laborem etiam refugisse quo
ties res maximi momenti etiam in iis post impeditus ab
se transtulit, nec aliquid praetermisisse umquam quod ad
dignitatem cum patriae nostrae, tum ipsius magistratus
ornandam pertineret. Sum ergo fateor ingenue minime
inter scribas tribunalis tui nec de facie tibi, nec de no
mine satis notus, fidele tamen testimonium sponte ac reverenter
exhibere volui, non solum quod virtuti faveam verum etiam
quod honoris tui magistratus et patriae meae cum primis
amantissimus sim, Ipse vero qui nos prudentia vincis
et de re pub. optime mereri non cessas, nescio quem admis
surus sis, qui assideat tibi. Enimvero si Supercilium 254

incipis, quando de Assessore nondum abste confectum sit
et Amor tuus in patriam nostram ad pristinum munus excitet
nil vereor quin te multo onere levare possit et velit /
a quem hinc decedes, summa laus et gratia universae pa
triae prosequatur, quoniam in audiendo benignissimum asses
sorem, in iudicando integerrimum, bonisque omnibus gra
tissimum te praeside Conterranei sortiti fuerint, vale.

Ant. Bell. Aurelio superchio s.

253 Non committet, opinor, Rusticus ille, qui heri meas ad te litteras
perferendas suscepit quin hodie reddat ipsas, si istuc applicuerit
ita n. pollicitus fuit. tantus namque cumulus meae commendati
onis accessit, ac si res a me momenti maximi tractaretur,
In illis inclusa erat epistola mea ad Iustinianum designatum praesi
dem, et obsignares ac redderes, si reddendam existimares, si
Et autem rationem scripta est, et assessores officio perfungi tu
posses, nos iucundissima tua consuetudine perfrui. Verum
Testor qualis futurus sis in eo assessoris munere. hoc est ta
lis, qualem te exhibuisti, et te semper esse praedicavi. Mihi
non suppetit alia facultas, ut nunc tibi opituler apud cla
rissimum praesidem plane mihi ignotum. Expecto tuas litteras
ut intelligam quanta spe sustenteris ut succedat, aut potius
si iam successit. vale,

Ant. Bell. Hieronymo Monteniano. s,

254 Studia tua erga dignitatem familiae Innocenti Attimij, numquam minora
fuisse cognovi, quam fuerint ab optimo Sororio postulanda. Quamobrem
rogasti ut exemplum Privilegij tibi curarem, in quo de Attimio op
pido mentio facta est, et aliorum quoque si posthac forsan ad manus

meas peruenerint. Factum igitur à me statim est fietque semper quod à quoque studiosissimo domus utriusque debet fieri. In utraque enim ea perspexi signa munificentie, ut nunquam visus sim in cassum curam aliquam, industriam vel diligentiam in alterutram contulisse. Tibi nimirum grandi dij sunt ut negocium utrique det, quod queam exequi, operam me nauaturum polliceor, ut uterque me nulla plane in re unquam defuisse exploratum habeat.

Ant. Bell. R. Marino Grimano Path. Aquil. s.

255 Dominicus tuus patruus Cardinalis, idemque patriarcha Reverendissimus ob id Canonicos Collegij utinensis diris olim infestatus fuit, quod ad Arcis utinensis impendia nonnihil pecunie contulissent, exacta à Iacobo Cornelio patrie preside coacti. Verum patruus tuus, cuius anima nunc sanctius, non ita multo post cum ipsos absolvit, tum alibi ac Venetijs apud sapientissimum Senatum adeo tenuit, ut nihil est prorsus amplius contulerint. Ad id genus impendia nunc Ioannes Iustinianus clarissimus preses ipsos urgere denuo cepit, non summi quidem pontificis iussu, aut aliquo religionis nomine, sed ut sibi presesque successoribusque commodius ac magnificentius domicilium paret. Reluctantur enixe, ne in discrimen excommunicationis iterum conyciantur. Longe enim fugiunt diras, quia nulla expiantur victima, nec possunt quoque absque sue religionis ecclesiasticeque libertatis iniuria talibus impendijs gravari; quod autem ipsis affertur onus à pontifice, equo animo ferunt, non autem quod à preside proficiscatur. Mihi vero imposuerunt has ad te darem eorum nomine tanquam Cancellarius. Quocirca celsitudinem tuam suppliciter obsecro, quod in primis ad te pertinet, apud Canonicos clerumque tuum totum pro libertate ecclesiastica stre-

nunc tutari ne hoc damni sentiant, qui tibi devotissimi sunt, verum si ipsos liberaveris omnes effecerisque ne a presule aliud posthac atque aliud ab alio accedat eis incommodum impensare ipsius modi, contra libertati ecclesiasticae praeiudicium. Nulli dubium quin iustissima ista defensio sit, ut quod patruum ducat ad immortalem perpetuamque felicitatem, qui etiam suam nunquam desiit Clerumque suum totum perpetua voluntate defendere.

Vale.

Ant. Bell. Paulo nepoti. S.

256 Ad nos cupis venire vindemiarum causa, quemadmodum ad matrem scribis et aviam tuam. Ut vero voluntas tibi mea perfecta sit, arbitror magis ad te pertinere ut non venias, si et utraque quaeque foeminae te mittant accersitum. Hoc tertio anno plus tibi laborandum et sudandum est quam fecisti duobus qui transacti sunt, si extrema tui contubernii vectionis patienter sub Corytio pertulisse. Si enim a studiis non destiteris, ad nos expecto triennio redibis, et sociis aequalibus et natu maioribus respondere seu graece seu latine te provocaverint. Falleris valde multum consilio si le Spilimbergo amoeno oppido excederes ad vindemias inter rusticos qui dent tibi negocium dies ac noctes, ut ne quidem somnum capere posses. Avia tua efflare videbatur animam anhelitus defectu, sed ita convaluit, ut nunc victuram ad multam aetatem Christi dei optimi maximi benignitate credimus speremusque. Tibi ob id, quod ad me ex fratre testo seu ab intestato est delatum, quantulumque sit, providendum erit in litigiis cum nepotibus et aliis qui pecunias totamque supellectilem eius diripuerunt. In aliis id ut legalem virtutem discas et in foro eloquentiae telis contentiosos digladiaris, ubi tui contubernii tempus absolveris

Iubebo te domu(m) ad nos confestim reverti. Ut Institutio
nes audias ab aliquo Iuris prudente explicari, nobiscum ma
nebis anno vel ad summu(m) biennio. Inde Patavium mittere
quo Petrus Regulinus paulo an(te) profectus est, qui cum tibi
suavissima consuetudo p(ro)p(te)r studiorum Communionem In
tercedebat, profectus est et ~~Castellinus~~ Castellinus ille Gibbosus,
Iuri Civili ambo daturi operam. Ego tue profectionis puto
temp(us) tu(n)c demum Idoneu(m) et accommodum fore cu(m) Ipse
Patavium cogitare coeperis, quod arbitror tibi minime licere
priusq(uam) te Ipse Cognoscas cum grecis tum Latinis l(itte)ris
apprime eruditum esse; Epigramma de Stella et
Cupidine redditum mihi fuit cu(m) tuis l(itte)ris, quod scribis
Corytio preceptori abs te surreptum fuisse, quid sentiam
queris, Lascivu(m) quidem est, sed elegantia cum antiquitate
certat: ut mihi magister tuus, quem optimu(m) orat(orem) existima
bam, poeta nunc q(uo)q(ue) Insignis esse videatur. Ne vivam si
animus mihi liber et Ingenuus ab omni specie adula
tionis ~~[illegible]~~ dicendus no(n) sit. Mitto tibi quedam ex
meis epigrammatis ut nunc in manus venerunt, postq(uam)
teneris desyderio eorum legendi, no(n) ut ad Imitationem Inciteris;
te. n. oratorem opto fieri, no(n) poetam. Ego cum musis
parum versatus sum, nec alio quid(em) tempore quam Id ge-
nus lusibus Germanus patruus tuus oblectaretur,
unde tibi que mitto, tam pulchra tamq(ue) Iucunda non
videri (que mihi visa fuerint), q(uo)d tu eruditis facile patiaris
Nihil. n. damni facies. Da opera(m) ut valeas.

Ant. Bell. Paulo nepoti. S.

257 Tot solidos mitto ut Corytio restituas (quot ab ipso significas tibi
in vindemijs superiorib(us) mutuo datos fuisse) quib(us) calceos emeris

VII

Ratio aut virtutis postulat ut ei gratias agas . faceres secus non
paruam iniuriam preceptori / qui in te instituendo et ornando non
desistit magno studio atq industria laborare : quoniam memoria
beneficij accepti videretur tibi cum ingrato discipulo statim
euanuisse . Do tibi et totidem pecunias ut in oleum impen
das / quo per noctem , que virtutis mater censetur , ad lucem ,
nam literis operam naues . Non enim dubito quin ob in
genij tui prestantiam possis quondam in foro grauiter copioseq
dicere si lychnobius fias . Ut vero tales deniq euadas pau
cula tibi in cena precipue , sumenda sunt . Nam si veneri
indulgeas / spiritus tenues animi / necesse est hebetiores
fiant , et somno paulopost obrepente , a tuis studijs velis
nolis discedas cubitum , nihilq doctrine tandem consequaris /
qua gloriari queas . Quare si paucis contentus fueris , accidet
nihil impedimenti quin iuxta Crispi sententiam vtaris semp
animi imperio : imo te in eo magna virtus eluceat . Ne
aut immanitas hyemis tibi prebeat aliquam excusationis ansam
crepidas mitto , et chyrothecas , iam enim habes vestem pel
libus suffultam vulpinis . Sit et locus in quo studendo moraris
horis diurnis nocturnisq concameratus , ne sit vento nec aeri
peruius : conueniet et suffitus frequens ex ligno vel fructu iu
niperi , quo Tiliauenti arolas abundare scio , ne quid ad frigoris
tolerantiam tibi obstet . Opinor non modo velut ab re fore
tuum omne studium , verum et valetudinem offendi vehementer
si supra tuas vires rigorem sustinere coneris . Sum ipse non
raro expertus nec absq magno incommodo mee valetudinis ,
Quid queris ? pedes mihi scriptitanti sepe rigoris immanitate
ita confecti fuerunt / ut ad ignem admoti calcei / caligeq simul
me nihil penitus sentiente , incendio conflagrarint . Tu vale .

tudinis tuæ. In primis tu rationem habeas, & nunquam obliviscaris semper & longe tibi fugiendum esse tamquam pestem, Commertium illorum, qui sordibus vitiorum inquinati sunt. Et illorum amicitiam qui singulari virtute moribusque probitate nitent, modis omnibus aucupandam Colendam & retinendam. Scias item vereas illud laudatissimum esse quod ortum habet ex studijs, non ex desidia. Hortor fili sequaris meum Consilium, non habes qui melius tibi velit. Verus ac zelotes esse agnosco meum esse nec cesso propterea facere & docere, quod cum valetudini, tum laudi et gloriæ tuæ sint non solum accommodata sed necessaria, Inferres aliqui dolorem immensum tuis ob desidiam, alijs commoveres turpes de te Cachinos. Vale.

Ant. Bell. Paulo nepoti S.

258 Chyrothecas non inveni in nundinis, quales à me sepius flagitaveras. Erant profecto multæ venales ex lana confectæ sed quæ pre magnitudine non grati, nec manibus digitisque tuis convenirent, Unde Chyrothecarium quem nostra hæc Civitas unum habet In Gratiani suburbio, rogavi, par ut unum quod non mediocriter desyderabas, quanto citius posset Conficiendum susciperet. Est n. ille met opifex, qui quod superiori anno ad te dedissem Confecerat, suscepit, et quod pollicitus fuerat, hodie tradidit. Valde aut miratus est Chyrothecas, quæ minus triennio durare non debuissent, te tam celeriter consumpsisse. mitto novas ex lana optima, ut affirmat, manibusque tuis quadraturas aptissime. Est aut opus has paulo diligentius habeas, res male cedit quæcumque indiligenter servatur. Si amittas furto alicuius Condiscipuli, notatur tua parum diligens Custodia, si lacerentur vel ante tempus consumis, arguitur tua more rusticitas. Nil paulo tibi dissipandum est amplius, non ludendum

nō mali ferendū. Coniciis (?) Tefrattis moribꝫ Conferri adolescentem, cui mali conuenit cum suis codicibus & Indumentis: quanto distet interuallo diligentia ab indiligentia, quantumqꝫ uirtus à uitio discrepet. Cepisti annum agere quartumdecimū etatis tue mense (?) februario (?). Huc aūt pertinet quicquid scribo ut in rebus ac studijs tuis politioribꝫ diligenter ac polite te habere iam consuescas, ad quod te natura inuitat, monet ratio, suadet equitas, allicit commodum, et quasi necessitas urget, ne de te uulgus palam tandem dicat, ecce Asinum habemus nouū, qui togatus p forum errat. Qui Cuius obscurauit nomen, dissimiles ē, illi sed primo uel minimo indignū se p̄stitit extinctis in cursu facibꝫ. Uale.

Ant. Bell. Iulio Sbroyauacha. s.

259 Eplē Laurentij Arretini (?) ad Cassandram fidelem, quam te ualde uelle significasti. Libenter in ipsis Tabellionicis occupationibus laboraui te participem facere. Par n. est tantisper ut omnia mea negocia conquiescant, dum tibi gratum facio, quod et tu ipsimet officijs nunqꝫ cessas in maximis occupationibus me tibi etiam (?) magis atqꝫ magis obstringere. Ut aūt mea opera auctior (?) uti (?) pergas, te rogo ita ut maiori studio rogare nequeam, ne tua erga me, meaqꝫ erga te uoluntas non esse mutua, officia non reciproca uideantur. Epistolam lectas uelim. Ex (?) spectes (?) diligenter quantus homo Laurentius in literis fuerit. Latine aut se nescire, sed Ethrusce scribens prodidit quantum p̄staret eruditione ac eloquentia. Ceterum obsecro ut me nō desistas tueri patrocinio tuo. Quantum tua dignitas, et mee cause equitas patiatur.

uale.

Ant. Bell. Ioanni Iustiniano pat. pres. S.

260 Perquisiui diligenter tuo iussu mea omnia protocolla à Calen[dis] Ian[uarij]

1528. In hunc usque diem, et quicquid Inveni, quod ad Curie
proventus, Camere, Gastaldie alicuius, Capitaneatusve perti-
neret, in hunc Libellum contuli. nec habui (de me enim
loquor) quicquam Carius, aut antiquius, quam tibi morem ge-
rerem, quod curares, ne quid res publica detrimenti
Caperet. In perscrutando vero tanta fui solicitudine, ut
priusquam omnia rimatus fuerim, haud quiverim animo Conqui-
escere. Fuit labor sane dierum non paucorum, sed ob id mihi
minus molestus quod ipsum humanissimo & sapientissimo prin-
cipi gratissimum fore perspicerem, qui quodammodo putat
se vivere non posse, nisi in augenda Illustrandaque re publica
vivat. Ceteros aut Contabelliones, quibus pariter huiusmodi
negocium datum fuit, Arbitror mandata diligenter Exequi,
aut potius iam Executos fuisse, ut non dubitem in tanta omnium
perquisitione ac diligentia, Curiam, Cameram, Gastaldiam aliquam
Capitaneatumve contingat suis proventibus fraudari. Ceterum
ego quemadmodum in te precipue spem pono Conservandi
honoris Collegii nostri: Ita, quod ad me attinet, omnia of-
ficia polliceor, que vel ad Commodum rei publice, vel
ad dignitatem tuam amplificandam pertineant. Vale VIII.
Cal. Ian. 1547.

LIBER. VIII.

Ant. Bell. Paulo nepoti S.

1. Heri me adiit familiaris quidam Raphaelis Belgradeli duas tuas epistolas
ferens, neutram resignare, imo nec recipere volui, nisi summe
ad Pamphilum, ad quem utramque dederas. Sum animo non parum
suspenso donec Intelligam quid Complectantur. Si fiam alicubi ei
obviam, Iubebo vel mihi ostendi, vel enarrari saltem quid Conti-
neant. Ambo mihi estis nepotes tu Ex filio, ille Ex filia. Non

libuit mihi literas resignare, quę ad me nō scriberent. prohibent
Leges, et meopte ingenio ab interripiendis resignandisq; alienis
lřis abhorreo, qm et lřas meas ab alijs intercipi, legiq; vix
ęquo animo ferre possem. Improbi n. facit qui in alienis in
geniosus ē, ut Poeta Bilbilicus scriptum reliquit. Quę verò
Herculei Zoppolensis, qui istuc revertitur Raphaelis soro
rius ē, non commisi ut tempore feriaꝝ Nataliciaꝝ, inquibus
Scribę omēs sunt otiosi, meis absq; literis iste rediret,
Nostro Paulo an ad aures peruenerit tuas Egnatij nomen,
vir venustus ē, spectatę eruditionis professor cum Latinę,
tum gręcę literaturę, verum nūc abstinet ętatis impoten
tia, et ad munus Legendi quod magna cum sui nōis laude
multos annos professus est, pleriq; doctissimi homines ut
audio, Concurrunt, Inter Cęteros Parthenius Spilimbergensis,
qui quom in Odoardi ędibus, quas nūc Cum Corytio incolis,
Academiam tenuit, et ut accepi iam arripuit Legendi pro
uinciam, non absq; tamen illorum consensu, qui professori Con
ducendo in Egnatij Locum à Senatu prefecti sunt, aliter qui
spe, ut ab illis sufficiat. Robortellus etiam tametsi inui
tatus Conditionem respuit ne suum Florentię Ducē offendat,
qui eius Consuetudine mirumimodum delectat, Ambos hos
Conterraneos hēo in numero Doctissimoꝝ professoꝝ, & opto ue
hementer pro patrię Dignitate ut Parthenius eo munere
Confirmet, postq; Robortellus constanter negligit, Gauderet
tota pr̄ia ad Conterraneū suum Alumnus tantę Existima
tionis ~~ad ... ata~~ delatum fuisse. Atqui cum Celebritas Vrbis
tum frequens auditor munus Commendant, tametsi stipen
dium Ducentos aureos nō excedat, eo dignati fuerunt ea

bellicus et valle, hic vesperi, mane ille legebat publice
frequenti auditorio. Corytum arbitror multa fami-
-liaritate coniunctum esse, & de toto negocio optimos habere
autores. si quid aliud de Parthenio suggesserit intelle
ges ex ipso preceptore. Tu nervis omnibus hortor emi-
taris ut te dignum prestes, qui ex Bellono natus eum
laude dici et predicari possis, aut ego magis gaudere
deberem talem mihi nepotem contigisse, cuius virtute
factus sim longe honoratior., donec n. sic laboro
bis. de te, deque me simul sperabo optime. vale.

Ant Bell. Federico Baduario. S.

262 Tuas literas Fabricius mihi nuper ostendit ad se missas, quas ut vidi
statim valde iudicio deceptus sum, scriptas ab ipso me iudicabam
et iudicarem adhuc, tantum similitudinis pre se ferebant, nisi affir-
masset tuapte manu exaratas fuisse. Sunt profecto note con-
-similes. Litere vero tam plene humanitatis et elegantie, ut
nesciam an humanius quicquam vel elegantius unquam legerim. Ita
ne amplius tibi se offerat, perhumane mones, & ne gratias
agat, sed istis cerimoniis posthac abstinens esse velit, & precis
iubeat me tuis verbis salutare, perinde ac si tua mea consuetu
dine, vicissim ego tua diu usus fuissem. Unde nisi amicitiam
tuam studiosissime mihi colendam existimem, oppressus sim nimis
omnis officii et humanitatis. Cur non ita offerre, non grati-
-as agere Fabricius debuit, si visus alioqui fuisset impuden
ter ad suum patronum et protectorem scripsisse, nec absque in-
grati animi suspitione? Meminerat sane nisi absente pa
renteque tuo gravissimo senatore paulo ante defensus fuisset
adversus quosdam obtrectatores, dum eius probitatem &

Innocentia fato nescio quo malo furiose persequerent vel sibi de vita periclitandum, vel in exilium abeundum fuisse. quod Argumentum fuit magni cum vestre virtutis, gratie & Autoritatis, tum erga nos benevolentie singularis. Equidem de Generi salute spem nō audebam mihi ullam proponere i tanto hominum furore, Apud presertim Iudicem, cui vis in nata quedam iracundie mentem bonam et quietam negasse videretur. Hoc igitur nomine tibi excuso meum Carissimum Generum quod ne Ingratitudinis vitio obnoxius dici possit, voluerit magnorum tuorum erga se meritorum memoria constanter tueri, de te optimo patrono cogitare, per literas tecū agere, tibi omnia polliceri & gratias agere ex officij sui Conscientia. Gloriamur enim magis hoc nomine, quod magni in re publica ~~f~~ederis protectores nobis paraverimus, quam quod victores evaserimus. Quamobrem quo aīo tibi ferendū est, si quantum in nobis est, ultro pollicemur, & impendamus libenter quantulumcumque sit, quod studijs ex nris, Laboribus & fortunis proficisci queat, atque utinā occasio offerat, qua studiū omne nrm ad Illustrandam tuā parentisque Gloriam Conferamus, ut animum erga vos nostrum penitissime cognitum perspectumque habeatis. Quod superest rogo morem teneas Laudatissimum i tuendis protegendisque Clientibus quoties opus sit, si etiam procul absint, nihil, mihi Credas, Gloriosius tibi ~~accidere~~ potest neque Clientibus Gratius, quam si servos ~~et Tuos~~ et tuos, quos semel non Indignos existimaveris, qui absēt in Patrocinium et protectionem reciperentur. Salutem vero Parenti tuo optimo

Vale.

Ant. Bell. Paulo nepoti S.

263 Expectavi audire oratiunculam ad me remitteres, quam olim habui pro Bellono parente tuo. Scripseram nulli praeterquam praeceptori communicares, et putabam magna te diligentia et celeritate facturum, quod me velle tibi denunciaveram. Sane fecisti mihi iniuriam, quod tantae meae expectationi nondum satisfacere volueris, iubeo vel statim conscindas, vel e vestigio remittas; cum licebit me coram loqui tecum, aperiam tibi rationem mei consilij. Mitto et alteram orationem, quam tamen minime laboro ne alius legat, quia nullum ab hac periculum, quod equidem videam, nobis imminet; non ut ex meis orationibus quae dici possunt scatere meris nugis, aliquid te dignum haurias, sed ut tui ornandi voluntatem numquam mihi deesse cognoscas. Iam enim tibi libere omnia cupio, quod intelligam multorum sermonibus, ita te totum bonis literis tradidisse, ut aliorum tuorum aequalium haud quaquam concedas.

Vale.

Ant. Bell. Parthenio Franceschino S.

264 Ductus cum fiducia non vulgaris amicitiae, quae mihi cum parente tuo viro optimo intercessit, tum singulari meo erga communem patriam amore, nunc ad te scribendi officio libenter utor, et quidem de re, quam non magis ad tuam quam ipsius patriae dignitatem pertinere arbitror. Audio te istic consentientibus patricijs magnis et doctis, qui a Senatu praefecti sunt publice legendi munus aggressum fuisse, quod Egnatius aetatis impotentia insignis alioqui professor pauloante deseruerit. Mihi quidem probatur summopere consilium tuum, ita

Non vereor quin facile tu munus, quod suscepisti sustinere possis ac libenter velis in Civitate [illegible] ingeniorum opumque gloria florentissima est, novi [illegible] eruditionem gravitatemque ingenii tui et quod docti eruditum servabunt, si non erunt indocti, et nobilissimos quosque humanitati et doctrinae tuae dignitatem illam tribuendam censere, quod optime sis iuvenisque meriti de utraque literatura. Hortor propterea cum tua ipsius causa tum me hercule omnium conterraneorum tuorum ut susceptam legendi provinciam magno studio ac constantia, ne quid impediat, prosequaris. Plurimum enim interest an quis privatim et in singulis legat et interpretetur, an si publice senatus autoritate profitetur. Nec enim honeste potes cessare, quemadmodum nec miles e castris decedere, videris legendo enim fidem tuam obstrinxisse, nec sane dubium est, quin haud ita multo post honesto stipendio de ipsius senatus voluntate atque sententia confirmeris, unde non solum tuam patriaeque universae gloriam auxeris, sed etiam studiosis omnibus qui ad te audiendum accurrerint, plane satisfeceris. Tu ne desis constantiae tuae fac, tantisper saltem dum de munere decernatur. Vale.

A. Bell. Paulo nepoti S.

265 Misi ad te meam quamdam oratiunculam diebus proximis, quam Erasmus Susans filius ad te suscepit perferendam, nec sicut scripsi, detrectabam quin eius legendae copiam aliis faceres simulatque ipse legisses. Alteram vero, quam antea miseram, petii ad me statim reportandam, aut flammis abolendam,

curares, quod ne ab aliis legeretur, ipsa plurimum interesse iudicarem. Quod de ea quaeris, sum nescius, equidem nondum ipsam recepi. Certiorem me velim facias, quid quaeris tandem, Verona a sententia discessi, ut comburatur aut laceretur. Reliquum est ut caveas a deponendo Verone priusquam aguntur festa Paschalia, ne quod accidere solet vere appetente mala pleuresis te corripiat. Salus tua non minus mihi curae est quam mea. Interea studiis incumbe strenue. Sunt aliqui ex Constansis tuis, qui ut contendant tecum de literis humanioribus cum graecis tum latinis, avidissime te expectant, Pamphilus scurrus inter alios, qui iactat se, ut est studiosulus adolescens, velle os fastum erigere tibi, quem humanum et doctum esse qui noscet, cognosco neminem. Igitur sta te velim praepares, ut cum ambo discenderitis in palestram, dimissis ipse aliis fateatur illico nomine cum doctrinae graecae et latinae, tum modestiae, abs te se facile superari. Et Anfoelicem Carolum Arsilla viribus plane imparem esse non inficiatur. Vale,

Ant. Bell. Nicolao Ponti s.

266 Franciscus Rovellus qui tuis verbis poposcit hodie exemplum vitae Antonii tui gentilis Patriarchae Aquileiensis, quam, cum patriae praesidem ageres, legendi copia tibi fecit; quo vero animo, quove consilio quaeras, sum nescius. Suspicarer Paulum Pontificem Maximum.

Si Patriarchatus vacaret, velle te extollere ad eam dignitatem, fixum enim ei semper manet consilium illos provehendi qui ornatissimi sunt singulari doctrina atque prudentia, et apud ipsum tu nunc oratorem agis pro re p. Veneta, magna gratia et autoritate. Qui vero tuis in functionibus et legationibus alicuius dedecoris infamiam nunquam subiisti, nec imprudentiae notam, Ne sis quaeso immemor Senatum inclytum se gravissime laesum existimasse, quod absque eius consensu Hermolaus Barbarus orator alioquin doctissimus, et maximum totius Italiae ornamentum ad Patriarchatum evehi se passus fuisset; nec autem quid in me prudentiae desyderes, vel pudoris mei ne suspicionis rationem habere nolle, quod ita totum ausim efflagitari. Nihil est Orator Clarissime quod velim tui huiusce consilii rationem quaerere. Tuo exemplum libentissime quod petiisti. Quoties praesto tibi meam operam et officium gratum me facio, mihi videor omnia consecutus, nam quem optimarum artium scientia tibi anteponendum ducam, neminem. Vale.

Ant. Bell. Parthenio Francischino s.

Ex tuis literis, quas Calendis Martiis ad me scripsisti, non parum te gavisum fuisse cognovi, quod in amicitiam tuam me paulo ante contulerim, et omnia demum, quae tibi Venetiis in petitione literarii muneris acciderunt. Laetor et ego maxime vehementer de tua singulari humanitate, magisque nullo meo merito me suscipis totum perinde ac filius parentem solet, unde me puto valde ornari, et confidas tuum esse totum confidas velim. Quod vero ad tuum negocium attinet, Ex literis deprehendi periculum tibi instare a summo nonnullorum literatorum ambitu, qui paulo ante in arenam e latebris descenderunt. Ego vero hoc etiam arbitror quod nondum timere coepisti, nec forsan cogitare. Narravit mihi nuper Iulius Sbroyavacha,

turcys. insignis et integer Senatum iam statuisse ut Egnatio Franciscus Robortellus succedat, hinc accersisse hominem, si ex Pisis appulisset, ubi publice profitetur, quod et Paulus ipsius Francisci frater, stetimus hodie mihi affirmauit à vero nõ abesse. Si res ita ē, minime spectare debet ad ambitum, concursum vel contentionem, & equo aio tibi ferendum est, ne impudentię notam subeas. Nulla. n. causa dici honesta pot cur doleas, quin potius aduersus Senatus sapientiss. suam sententiam (si iam dicta est) qua nihil nobis omnibus optatius esse debet. Cum presertim ille nominatim in Scdi constitutus fuerit, omnibus extrusis competitoribus, non tu qui victus ego arena discesseris. Tenemur enim omnes ad ipsius Senatus voluntatem, seliguis volimus et sententias nras accommodare. Aiunt tñ Robortellum velle conditionem oblatam reiicere, uel potius iam reiecisse habita ratione cum dignitatis, tum voluntatis erga se ducis Florentię, qui eius consuetudine ac lectione plurimum delectatur. Si igitur conditionem neglexerit, et refutarit, quod ex tuo Valerosso intelligere potes, officium nõ intermittas oportet, sed et ardentius efferuenbas in eam prouintiam, ne dicaris ab incepto te turpiter abduxisse. Sin, ut perspicere videor complexus fuerit, par est, ut à petitione muneris, ad quod ille signanter vocatur, tam tu confestim desistas, q̃ quiuis alius, qui frustra ea de causa laboret, quid. n. ambitus, quid cursitatio prodest si aliquid in spe nõ amplius sit? Hortor si gradum illum nunc consecutus nõ fueris, qui tamen tibi deberet, ne te clarius misterium duc abiicias, non sane susceperas prouinciam, quod, quam aptissime & cum magna tui nominis laude sustinere non potuisses. Veniet tps quo spei et expectationi nrę diis beneuiuantibus satisfiet. Et ut cunq3 successerit ita te habeas, ut nõ dolere, non veluti actione expostulare, sed ut singulari eruditione atq3 modestia fretus, cã tuam optimam nõ prudenter minus, quam constanter tueri voluit

videaris. Ad hoc n. duxi te hortandum, ut meam erga te benevolentiam patefacerem potius quam quod te egere monitis meis existimarem, qui non minus alios quam te ipsum virtutis atque prudentiae disciplina regere consuevisti. Franciscum Luisinum, de quo praeclare sentis, non novi de facie, nec mirum, Bartholomeus enim eius ut audio genitor est, mihi filius esse possit, sum ego paulo minor septuagenario. Honesto apud nos loco natum certo scio multa esse doctrina et eloquentia praeditum valde gaudeo. Nam quo doctior promptiorque fuerit ad illud negocium, absque hoc facilius instruetur, nec parvo quidem suo beneficio instructus prodibit si quanti sit ipse adolescens, ad miraculum spectabitur.

Vale.

Ant. Bell. Parthenio Francischino. S.

An epistola, qua tuae respondi, reddita tibi fuerit nondum exploratum habeo. Ipsam homini commendaveram mihi prorsus ignoto accepi ex Bertrando Susana, aromatarium a lilio istic esse, quod eius officina ostentet lilium si recte coniecturam facio, qui neque te nosse se dixerit, neque ex me scire potuerit, apud quem tu hospitio uterceris. Si reddidit, deest nunc quod ad te scribam, sin minus, ipse tibi reddendam curabis. Ut. n. repetam, per occupationes non licet. Non tacebo tamen me adhuc spe bona esse, cum ut te ipsum alique deligant Anagnostae postquam Robortellus videt deliberationem iam de se factam suscipere in ducis Florentiae gratiam contempsisse, tum ut centena illa longe expediat, agnosco te abundare doctrina, quae sane multo maior est, quam ut tenui stipendio contenta esse queat, quod civitas praebeat cum primis opulentissima, agnosco et rationem officii mei, ut saepius deem semper testimonium de summa tua eruditione & humanitate, incipio tamen Partheni quodammodo subdiffidere tuae causae. Quamobrem inquires,

Armasti et in certamen coniecisti Iunium. Potest enim facile vincere, tu cum ceteris repulsam ferre. Adeo doctus est ut scribis, ut quem illi compares non reperias. Adde si nescis, quod (ut audio) fultus est amicitia magnorum virorum, et ab illo legendi munere sic abhorret, ut neget quicquam sibi iucundius evenire posse. Sed extra iocum, mihi persuasum est doctissimum et disertissimum esse, ut scilicet senes et possint ad ipsum audiendum sese conferre. Aetas vero si vix dum ex ephebis excessit tanto muneri minime idonea est, ne tamen desistat in certamen progredi. Nullum ei dedecus afferet cum praestantissimis professoribus concertatio, quando aetas sola negotium ei fecerit. Nec tu sis animo fracto, res forsan ex sententia nostra confluet; sed quoquo tandem ceciderit, velim cum aequo animo feras, et qua soles moderatione, quoscumque fortunae impetus, tum me statim certiorem facias. Interim ex re et tempore tibi consilium capiendum est. Nullum scis in me esse, quo possis in tanto negotio a me iuvari, vale.

Ant. Bell. Herculi à Poetis. 5.

269 Quam honesta sit opinio Alexandri Grani aliqui et senili iudicio iuvenis, qui ad contrahendum sui verbis cum Livia matrimonium procuratorem fecit, haud satis scio. Sunt tibi (ut aiunt) ex fratre nepos, illa neptis ex filia. Suspicor neque consensum constare legitime, neque matrimonium esse posse. Nisi forsan Paulus Max. Pont. comprobare possit et velit. Novi utrumque et impense diligo. Sunt enim illustri loco nati, re lauta, et moribus ac virtute bene compositi. Proinde hortor et rogo vehementer nunc cum incumbas magis huius domesticae rei quam militaris, ut coniugium si fieri pot. cernat, eidatque tam auspicatum quod nec ulla infamia, nec infelicitas consequatur. Vale.

VIII.

Ant. Bell. Parthenio Francischino. S.

270 Respondeo breuiter literis tuis, quas proxime accepi datas pridie
non. April. copiose & luculente scriptas, quod alio me negocia
quaedam nunc deuocent. Consilium Robortelli, quod malit aucto
stipendio Pisis, quam Venetijs profiteri, tuamque de recusatione mu
neris Veneti identidem probo, postquam centum illos aureos non
transcendunt qui statuendi stipendij à Senatu potestatem habent.
nec propterea, ut liber, moleste fero ludum istum abs te repudiatum
fuisse. Honestior videtur recusatio, quam oblata conditio fuit;
nusquam tamen, ut ingenue fatear, voluissem libentius te profiteri
publice, quam istic in oculis omnium, unde totum terrarum or-
bem gloria tua peruagaretur. Sententia n. quorumque doctissimorum
locum illum ornare ac tueri, nec non ita nostram patriam uniuersam
illustrare potuisses. Utinam ego possem in ea re tibi studium meum
aliquod nauare, fecissem pedibus & manibus libentissime, cum ob
summam tuam doctrinam, tum ob singularem meam erga te beneuolen-
tiam, et in patriam pietatem. Leuissimi Sorton, quem ais Pa-
tauium concessisse, non est quod iniquo animo feras. Nam si tu pe-
dem à certamine retraxisti, ab eo ineundo et ille iure abstinuit
cum alijs causis, tum potissimum ut F. Cornelium adolescentem pri-
marium, quem tu quondam informaueras, expoliret. De ludo
Anconitano quo uocaris, nihil tibi mea quidem sententia cogitan-
dum esset, si de Veneto confici posset. Verum quando aliqua honesta
conditio non accedit, quae te reuocet in spem muneris Veneti, id velis
quod possis, quando ut vis non licet. sic cogites accurate, pruden-
terque agas quod rebus tuis noueris tandem conducibilius fore,
abs te inibitur vera ratio, si cum rerum, tum temporum & locorum
conditionem inspexeris, in tua sententia est à me facta dis-
cessio, quoquo te animus verteris. Si res Ancone de ludo tecum
pactionem aliquam certo sortita fuit, mihi pergratum erit ex literis

tuis cognoscere. quinimo si et nulla sortiat(ur) vel si nihil scriben
dum sit. ad me des literas velim: hoc n(am) gratius feceris, quo
frequentius ad me scripseris. Posthac vero ad te rarius ego
fortasse, nec nisi quod Saburro necesse, scribam, ne grauis
impensa pro redimendis nugamentis meis. Vereor n(am) ne q(uo)d
saepissime fieri venetijs animaduerti, l(ite)ras in manus mendicor(um)
vel baiulorum conijcient, qui tibi reddendas a me prouincia(m)
sumpserint. Grauamini tuo absit grauamen superaddam, cu(m)
tibi ducenda sit ratio, Matris, Coniugis Liberorumq(ue) tuor(um)
et perspiciam te cum ijs in ea vrbe degere, ubi pr(ae) rerum o(mn)i(um)
charitate tenuia Lucella, nisi seruis modum impensae victui
Cultuiq(ue) annuo parando ac sustinendo paria no(n) ae(quant),
Regulinus et Eusanius tibi reciproce dant Salutem, et o(mn)ia
Tecum cupiunt. Vale,

Ant. Bell. Doymo Castellio. S.

271 Dubitare videris, ut Ioannes Pontanus noster mihi renunciauit B(er)
trandus Patr(iarch)a Aquileiensis, Gallus ne fuerit, an Hispanus. Equi
dem hominis vitam scribens tradidi natione Gallum fuisse pa
tria Aquitanum, quam Anseris Linguam appellant fretus testi
monio priscorum quorundam Tabellionum. A te autem peto
ut, si quod habes Argumentum, quo probes Hispanum fuisse, cer
tiorem me facias. Ad fidem enim meam pertinet ut quod testi
monium posteris daturus sum veritate nitatur. Et te quoq(ue) ac
alium quemlibet oportet succurrere mihi ne quid errem in Pa
triarcha praesertim non doctrina minus, vitaeq(ue) sanctimonia,
quam dignitate suspiciendo. Vale,

Ant. Bell. Parthenio Francischino. S.

272 Constitueram ad te non amplius scribere nisi quod necesse haberem. quid enim opus est tibi meis nugacibus literis, quae quamvis amoris sint plenae, tibi tamen taedium afferant, ac dispendium? Nunc sane nihil urget, quod ad te scribam, nisi quod, ut te non fugit, ex animo tibi bene velim, et in Amicum inciderim, qui absque ulla impensa tibi has literas reddet. Expecto abs te certior fieri, an conditionem acceperis, quae tibi ab Anconitanis proposita fuit, aut si potius ad spem aliquam muneris Veneti animum tuum retuleris. Ego n. te Ruthenorum sperabam, quo te facile perventurum doctis omnibus persuasum fuerat. Absint quicumque velint de munere tecum certare, nulla Cathedra est tantae dignitatis, tantique tam ampli, quae tibi iure optimo deberi non possit. Utcumque forsan spe interdum fallamur, fit et facile, ut homines, quos bonae literae non delectant, vel per inscitiam, indoctum conducant, vel ob avaritiam se nolint aut ob aliam causam, ad aequam mercedem praestandam accommodare. Tu quaeso interim sis laeto animo et ad me, si licet, scribas aliquid ut cum aliis amicis communibus regustem tuarum literarum suavitatem, et vale.

Ant. Bell. Paulo & Pamphilo nepotibus. S.

273 Fortunet Mercurius vestrum iter nepotes carissimi ad Legalem Sapientiam. quod monstrante praestantissimo Iurisconsulto Aloysio Tursio pauloante aggressi fuistis. Legere n. & interpretari coepit vobis Institutionis Iustiniani. Quamobrem ut aliquando valeatis recte consulere de omnibus quae in ambiguitatem et controversiam cadere possunt, inchoatum iter hortor certatim ad exitum usque prosequamini. Quia vero munus oratoris ab officio Iurisconsulti non adeo seiunctum videtur, quin aliquid affinitatis inter se habeant. (facit n. Voltor sermonem consultum et iuris scienton, orator uberem & numerosum)

operepretiu fore censeo studijs legalis scientie vos ita deditos, et propterea non intermittatis, que pertinent ad oratoria facultate. Tantisper saltem dum vos ad Patauinum Gymnasiu conferatis. Neuter. n. vestrum preceptoribus magnopere molestus erit. Osculant indoles vras, et eximia humanitate suscipiunt et quoslibet adolescentes ingenuos, qui se ipsis instituendos tradidere. Non. n. vereor si vos in ijsdem studijs continuatis, quib no repugnante, et videt, Mercurio vos pauloante tradidistis, quin ante quam annus abhinc exeat, ludum vobis Patauinum Gymnasium postuletis, et ibi facile ac no parum commode ad facultatem oratoria, iuris vtriusq Scientia adiungatis. Valete.

Ant. Bell. Francisco Belgraden. not. S.

274 Quod Aduersarij nri in Contentionem adducant iterum rem de quadrimestri exercitatione, et de Archiuo Constituendo, male faciunt. Conant ob inuidiam, ut suspicor, vel auiditatem Collegiu nrm funditus euertere, quod saluu tn fore nos semp laborauimus. Nihil vero diffido cau nre, munitam habemus validis rationibus, que cum salute totius nre rei pub Tabellionisq coniuncte st. quin etia spero fore, ut no modo no impetrent, sed cum inepte postulatis exsibillent. Videbimus quid Maurocenus Eps tandem Statuerit. Eius. n. iudicio plane stare nos oportebit quem ut in hoc magratu nihil nisi preclare fecisse perspeximus ita preclarissime posthac facturum no dubitamus. Vale.

Ant. Bell. Paulo nepoti. S.

275 Codices indumentaq tua que a matre per literas efflagitas, mittere nondum potui. Expectans vehiculi occasion, quod ad vos redeat. Famulum fere quotidie mitto in Diuersoria, in que Spilimbergen

ses Aurige se recipere solent, ne opportunitatem vehiculi vel rhede si qua forte contingat, pretermitteres vel amitteres, optamus n. maio rem modum evenire occasionem, ut tam ad te tui Cotidie con vehantur. Verum vehiculum non audeo hinc Spilimbergum usque data opera conducere, nisi aurige non minus salarium sibi dari poscunt, quam quo vehiculum ipsum mercari possem. Quare Compulsus huc es, ut ab aliquo contubernalium libros, quibus eges, Commodato accipias ne tanto tuo incommodo literarum studia intermittas. nullus puto e Condiscipulis id genus officii tibi ne gabit, qui presertim recte institutus sit. Ad te vero pertinet Convenire aurigas, qui ad nos Commeant, et quemcumque nactus fueris ad me dirigere. Etiam de mercede inter nos Conveniet quam protinus accipiet, et antequam hinc ad vos abire parет vehiculo rebus tuis impositis. Disce interea non Commoveri si quod flagitas ad te Confestim non apportatur, tametsi vel aurige tuis ingerunt Studiis moram ac detrimentum. Vale.

Ant. Bell. Parthenio Fran^no^ s.

Tam verum argumentum est huius Epistole, ut si tabellarius eius deferende simulque tibi reddende provinciam gratuitam non suscepisset, ad te nunc sane minime scripsissem veritus ne pro ipsa redimenda vel minimo nummulo gravaretis. Sum memor quam per literas de ploraveris als. Charitatem annone impensarumque Gravitatem ad alen dam veteris familiam necessarie. Si nescis Partheni podagra a foren sibus negotiis tumultuosisque Controversiis me dimisit ac lecto deti nuit multis mensibus detinetque adhuc. Seva est admodum et per tinax facta, et ob id odiosior, quod ne quidem Regulinus noster arte medendi celebris et longo usu exercitatus audet manum admoliri, si morbus erat ut aiunt, magnorum Heroum fame peculiaris

mihi tenui minime debebat exhibere negociu(m) aut oper(a)e saltem addere quibus enutriri posset. unde acciderit nescio. morbum Morbum victus fortasse parum sobrius inmeruit meis pedibus. Si contrariis contraria curent(ur) spero me propediem liberum fore. Non desino me pr(a)estare sobrium et continentem. Dubium tamen est ne me velit destituere prius q(uam) tempus vernum advenerit. Remedij, si quod habes, quo genitor suus usus fuerit(?) (nam et ipse pedibus aeger quandoque erat) velis tu tuis(?) me participem facere necnon de valetudine statuque rerum tuarum, si vacabit, certiorem. Vale.

Ant. Bell. Paulo Nepoti. S.

277 Ut tempus, quo me podagra lecto detinet, ita transmitterem, quod non otio inane et infructiferum tibi esset, scripsi ad te dialogum de ratione sodaliu(m), quales scilicet fugiendi, qualesque deligendi tibi sint. Abstemius & Corytius tui ambo amantissimi interlocutores, ut te ipsis eruditissimis professorib(us) maior autoritas accederet. Nr. Annibal sumpsit provinciam eius ad te mittendi. Ut fuerit tibi redditus, gratum erit si me certiorem feceris. Tu fac pr(a)eceptis dialogi ne repugnes, statim obsequi. Sunt amplectenda, quia saluberrima. Nihil n(am) mihi posset molestius accidere q(uam) si alicuius socij improbitate, a virtute paranda, hoc est ab opibus a(nim)i tui augendis, qu(a)e nullo postea casu, nullo fortun(a)e impetu eripi poterunt, ~~retraheremus~~ retraheremus ad vitia, vel ad Arma, quibus cernimus quotidie nobilissimas opulentissimasque familias funditus aboleri. Vale.

Ant. Bell. Petro Mauroceno. S.

278 Superioribus mensibus, quom videremus animu(m) induxisse tuum ut scriptur(a)e tabellionu(m) quos contingeret in posteru(m) fato fungi

VIII

loco publico pro tamen Scribum commodo quantum tutissime serua-
rentur. Dedi tibi nomine Commodati Capita quaedam, quae
indicaueram penes me reperiri ante nostram aetatem formata,
nunquam tamen admissa. Haec autem ex aegritudine, qua diu
premor, mihi afferat oblivio pro repetendorum, obse-
cro si tibi amplius ipsis non opus sit, ea mihi restituere di-
gneris, à me Reponentur suo loco. Sunt ut ex forma faci-
lius intuemur literis maiusculis exarata. Quòd si nunc
alia negotia te avocant ab inquisitione. (Novi enim quot nego-
ciorum fluctibus quotidie agiteris) Iubebo puer ut meus
ab te redeat Cras vel perendie, et qua denique statueris illi
redeundum esse, ne ullo temporis dispendio mea ea gravari
queas, aut dolere tuae alicuius maximae Laudis materiam, abla-
tis ante tempus Capitibus illis, tibi praereptam fuisse. Ex
me vero intelligere quid de re sentiam non habes necesse,
an scilicet antiqua abrogata consuetudine in Custodiendis
scriptis Tabellionum quam omnes superiores aetates approbarunt,
noua haec introduci debeat. Mihi enim deficit et acumen in-
genii, et oculorum acies, quippe qui unius cubiti intervallo
formicam vix cernam: Nec sententiam meam dicere ausim
apud te expertum, cui tanta est in rebus agendis prudentia,
ut neque modestius quispiam aequare speret neque temerarius
possit. Si enim non urget morbus, nec minatur, Deus optime
num sint adhibenda ulla remedia, et qualia, cum urgere vel
minari coeperit. Illud unum et quidem citra mendacium affir-
mare ausim, utcunque videat aliquis ab officio discessisse, scripta
notiora quae in meam officinam venerunt, non diligenter minus
à me servari et Gubernari, quàm illa, quae me tres opificem
testantur, et autorem agnoscunt. Vale Splendor [illegible] gentis.

Ant. Bell. Paulo nepoti S.

279 Carmen Corytij in laudem nuptiarum Aloysij Fr. Spilimber-
gensis, et Iuliae Gauorgnanę, quod ad Germanum patrem
nuper misisti manu tua descriptum legi libenter, quia
lectio vel minima Poetę cuiusuis lepidissimi videatur stati
nescio quo tedio me afficere podagra adhuc laborantem.
Connubium sanctissimum, ut inter primores coiuit huius
patrię, ita profecto venustissimi elegantissimique poetę Epi-
thalamio celebratum est. Unde facere non potui quin omni
posita molestia illud perlegerim atque relegerim magna
quidem cum voluptate. Ne vero suspicare quęras tantę lę-
titię me affinem non esse, Foelicitatem Coniugio, ut in
fine Corytius epithalamij statim precatus fui, nec non cum
ipso terque quaterque cecini, tempus adest Hymenee, Hymen ter
dicite cuncti Pastores puerique simul, mixtęque puellę. Magis
profecto suum officium in extollendo Coniugio feliciter prestitit
et discipulis suis exercendę virtutis materiam simul suppedi-
tauit. Ut vero Bernardinus tantum generum debuit splen-
dide suscepisse, ita non vereor quin Octoardus magnifice tan-
tam nurum excepturus sit. Cunctique in nuptiarum solennitate
Conuiuijs non solum à pastoribus tulerint hędos et vitulos, à
pueris perdices, à puellis gallinas, capos et Columbos, verum
et à piscatoribus, à quibus Epythalamium incipit. Troctas,
Capitones, Lampredas et Tymalos ex Tiliauento lectos et
alijs amniculis sponsę patri subiectis in quibus id genus pisces
saluberrimi et suauissimi capi consueuerunt. Arbitror autem
preterquam in hoc Iulij foro vix Tymalum reperiri, quem-
admodum nec Carpionem preterquam in Lacu Benaco piscium

VIII

ocio rarus & nobilis e. Et quo instructioris apparatus et lautioris convivia fuerint, hoc censebuntur Magnificentiora. Sed de his satis ne me suspicaris Lurconis Gulae prostitutae, ut ea qui quasi ubique oi posthabito pudore ad mensa alienam fruitem. Non n. sum ex illis, qui unius Convivij cu ceniscimbere selim Tihauentu Tametsi Caponibus Troctas Lampredas Coturnicibus et Tymalos perdicibus antepona si diis et agretur nescentiorum, nedum ieiuniore .

Quod scribes de Historiographis Apiani Germanu rogatu Bertholinus Bibliopola Venetijs propediem afferet, Vitas plutarchi manuscriptas ad te Ascanius perferet, si sarcina sibi nimis gravis no videbitur. Tuas Deo opeream ut quicquid Legas probe intelligas, et ut hereat tenaciter, ut frices, ne renoves, quod tam tu studiose expetiveris, nos tibi tam Amanter suppeditaverimus, Nimiu alioqui labilis est, et paru efficax tibi memoria. Vale

Ant. Bell. Iulio Sbroyauachx. s.

280 Quom primu exieras e Limine Domus meae, accinxi me ad ea perquirendum in Schedis observationum mearum, quae de tuo Oppido feudisq Sbroyauadae mentionem facerent. Nam tacitis continua tu interpellationis me singularis erga te amor ad hoc impellebat, et observantia summa. Tuis n. progenitorib, quos virtute Bellica ad magnos Honores provectos fuisse Constat Tu pro tui Genitoris Instituto, Iuris utriusq scientia magna Claritatem attulisti, ut Iam vulgatum sit no immerito Sbroyauarenses cum in bello adversus hostes semper se strenuos pstitisse tum in toga Clientibus operam salutarem navasse. Quae vero

apud me reperi sunt, q̄ subijciam effusa rudi et tabellionio stylo. videbat enim magni referre si quid à meis obseruationibus aberrassem, q̄ semper debent cū antiquis monumentis concordare: unde fideliter excerptis s[unt]. Si vero in alia inciderō q̄ fore putem vel usui alicui vel voluptati, me nō magis diligenter descriptum tibi [illegible]manter gratiosq[ue] communicaturū recipio. vale.

Ant. Bell. Nicolao Ponti. S.

281 Nicolaus [illegible]ropius nominis Canonicor[um] Ciuitatensium, quorum ē Cancellarius, rogauit me diebus elapsis ut in documentis cum meis, tum priscorum quorundam Tabellionum q̄ apud me extant perquirerem, et colligerem, q̄ ad ipsor[um] Collegium pertinere inuenissem, et eis denūciarem. Affirmauit enim habere necē documentor[um] multor[um] exempla aliunde rogare, quia annis superiorib[us] multa [illegible] quodam incendio perijssent. In officinam itaq[ue] meam egressus ē lecto, in quo pedibus eger iacui mens. XII. & eo amplius, studiose diligenterq[ue] singula perscrutatus fui: inueni autē i[n]strumēta duo, in quibus mentio fit Antij de Ponte Patris Aquil. Quem verò non immemor ē[ss]em, anno superiore, quantum inuenissem, tantum fide integra me tibi communicasse, dum Inclyti Senatus Veneti oratorem agerem apud Romanum Pontificem, ea instrumenta, q̄ pauloantē reperi, ad te mittenda existimaui, ut quod ingenti desyderio expetere videbaris, plenius intelligeres Antoniū s. siue aui vel abaui tui fratrem fuerit à me Cathalogo Patriar[charum] Aquil[eiensium] pro veritate insertum fuisse. Caeterum, si & in alia me posthac incidisse contigerit, quibus idem probaret, à meis rationibus alienum fore nō ducam, ut ipsor[um] participem te q[uo]q[ue] facere debeam. Sum enim studio hoc praecipuo ut tibi gratum faciendi mihi occasio det[ur]. Gram & tu nō liben

VIII

ter minus soles summa virtute et autoritate tuis clientibus praesto esse, inter quos me numerari gaudeo, quam de amplitudine tuae virtutis, tum dignitatis maiorum tuorum, tibi summopere gratulari; unde non immerito quaeris ut vir praestes, perinde ac tu posteris tuis omnibus sit exemplo, ne in pari honore desinant esse cum progenitoribus, qui ob singularem virtutem, maximam inter homines dignitatem & autoritatem sibi conciliarunt, et ne denique animi degeneris aliqua ex parte significationem dent. Vale. Utini XI. Cal. Junii 1549.

Ant. Bellonus Franc.o Robortello S.

282 Audio a clarissimis Thusciae civitatibus, in quibus liberales artes magna cum tui nominis laude hactenus publice professus es, nunc te ad urbem Venetam appulisse, & quidem ab inclyto Senatu suffectum vocatumque in Egnatii locum, qui confectus iam senio, tanquam miles emeritus a profitendi munere ultro se abdicavit. Factum utrumque est optimo consilio. Senatus honesto stipendio te conduxit ceteris postpositis competitoribus tanquam optime meritum de studiis bonarum literarum. Tu vero et ipse quoque in eo genere laudis excellere conditionem oblatam haud gravate accepisti. Non enim video quaenam tua esse potuisset criminis excusatio, si in Ducis Florentiae aut cuiusvis alterius primum Rei pub. Venetae mandata autoritatemque contempsisses, ortus es Utini, quod insigne oppidum est in Julii foro, cui feliciter Veneti dominantur, et iniquissime egisses, si postquam Lucensem Pisanamque iuventutem politiores literas docuisti, non dignatus fuisses ut Veneta quoque aliquam tuae industriae partem sibi vendicaret. Congratulor igitur tibi & nobis omnibus, ac ipsi patriae gaudeo vehementer de isto munere. Spero enim fore dubio procul, ut absoluti professoris numeros implere posses

ce velis, Et profecto qualem te vulgo predicant doctissimus
Eloquentissimus et humanissimus, ut quoslibet poetas, oratores,
et historicos facile possis cum grecas, tum latinas ex impro-
uiso et interpretari, iuuenes autem veneti suapte ingenio
proni sunt ad eloquentiam, et ad omne studium facile se
Componunt, si eos volueris ex arte loqui, ut sue rei pub.
aliquando usui, ornamentoque esse possint. Auditores
aderunt frequentes, et quanto nunc vox author fuit
tanto Cathedram tuam honoratiorem reddideris. Ex tuis
quoque studiis, et actionibus honestissimis non poteris diutini temporis
apud omnes ordines gratiosus non esse, nec amici tui nec
patria ipsa non omnia sibi sperare, faciléque obtinere ab
istis sanctissimis senatoribus, que scilicet suspecta temporum ratione
non iniquis supplicanda, petendaque existimauerint. Tanto
enim quisque quo magis excellit, hoc uberiori cumulo virtutis
sue fructus non modo ad propriam utilitatem, verum etiam
ad Amicorum Commodum, et ad ipsius patrie dignitatem
refundere, quoniam nati sumus non nobis solum, sed amicis et
patrie. Quod si proxime ducturus es uxorem, ut intelligo
prudenter te statuisse, non videberis contempsisse posteris red-
dere, quod à progenitoribus accepisti. Ex orientur ergo te Ciues
fortasse, qui in huiusmodi, aut alio laudabili functionis genere
amicis et patrie pariformiter opitulabuntur. Verum
quia potest accidere ut te publice profitentem palam
quispiam interpellet, quod hic quoque visu venisse iam
diu compertum habeo. (Ea iuuenilis etas profite-
tis, addit perinde auditoribus precipue quibusdam Logodetalis,
atque senibus adimit interpellandi et argumentandi audaciam)
te decebit hilari atque iucundo vultu quodlibet audire, et ei
illico respondere, ne doctrina tamen minus, quam humanitate sin-
gulari preminitus semper videaris. Quod si sus ocio non sit, q

stimonia temere quodammo prouocet. Habet n. plurimu momenti
ad fama comparanda Candor ingenuus, Comitasq cum eruditio-
ne coniuncta. At si quid obiectum fuerit abstrusum nimis &
reconditum: Non n. potes omnes legisse utriusq Lingue au-
tores, qui vixdum annum excessisti Trigesimu etatis tue,
nec in promptu semper habere quicquid Legeris, aliquod tē-
poris spatium tibi ab Interpellantis benignitate exorandu erit
in quo illi satisfacias. Verum nō arbitror quempia fore
qui te Confidenter ita Iuuenem audeat Interpellare, uel
in aliquam derisionem aut Ignominiam tuam profitentis lau-
dem detorquere, quinimo futurum spero ut te omnes reue-
renter suspiciant, attente audiant, & absq ulla Interpellatio-
ne, ita obseruent, ut timere potius videant ne te perdant
Moderatorem, quam tu queas Lucam, uel Pisas amplius co-
gitare. Illud Tandem habeas Velim mi Francisce te ptor
optimi professoris omneis prestaturum, si nullum tempus
pretermiseris absq honestissimo Legendi, docendi et explanandi
officio, aut componendi studio. quoties labor nullas videbit
reliquus, qui pro publice vel priuatim Legendi ~~munere~~ Mu-
nere te distringat, & Mercedem hoc te maiorem accepturum,
et Ipsam patriam nram hoc uberiorem laudem consecuturam
quo te Doctrina et humanitas sublimius Extulerint. Caeteru
ne tibi nō constet de re tota, noscas velim, quod si a Sena
tu professor nō fuisses desumptus, Sue te tui Ciues ad pu
blice Legendum Inuitassent. Iam Schole Oriuitellus
sponte cessit, Nimirum animum Induxit ut Patauij cum
filio permaneat quousq philosophie, et medicine operam dabit
& apud nos Quantum Doctrina valeas, et Eloquentia, tu fe-
cisti periculum anno superiore. Utrum ne Senatus Indignis
ferret adduci cognita est voluntate nunqs potuissent ut ex uero
ii tijo

Cyminum tam licenter te decuscarent. Quem vero alumni nostre
iuventutis moderatorem optent, quique scholam Utinensem
ambiant, ignoro penitus. Hoc unum clam me non est, quod
diffidunt ab oppido Divi Danielis Abstemium Generum meum
avellere posse, ubi Poeticam et Oratoriam profitetur. Porro
quanto minus autoritatis habet, atque compendij affert scho-
la Utinensis, quam Veneta, tanto certe plus habet & affert, quam
schola illius oppidi. Hic tamen Utinensem pertinaciter ne-
gligit, ne extra frigidum vileque oppidulum doctrine sue co-
piam faciat. Illud sane Utino comparari apte non potest,
quemadmodum nec Utinum Urbi Venete, que ut Augustus scrip-
tum reliquit, Septemgemina nitet Corona. Fuit is Pater
mihi familiaritate coniunctus, sed bona cuius venia dictum
velo, in hoc uno peccavit, quod vivere voluit Coelebs & sibi tantum
ac musis suis. Vir alioqui bene doctus ac prudens. Optarim
certe Venetias proficisci ut Amicos inviserem, & in primis te
publice profitentem audirem. Dignior ego quolibet preceptore, qui
me non dedignetur habere discipulum, ut semper ad virtutem in-
stituas. Olim et Georgium, et Sabellicum istic profitentes au-
divi ante annos fere Lta, Inde tempore Ignatium nihilo illis mea
quidem sententia inferiorem, ne dicam superiorem, qui mihi ma-
gis satisfaciebat, si quando licebat negotia reponere que coe-
gerant me Venetias proficisci. Scio statim rideres Senem
fere capularem e longinquo ad te audiendum convenisse. Sed
quando perspiceres tum corpori, tum animo meo aliquid inde
utilitatis et voluptatis accessisse, cohiberes risum, & me itineris
non poeniteret cum saluberrimum esset ambulare & memet exer-
cere posse usque etiam ad sudorem. Dubito tamen tam firma

XIII

valetudine me nunquam futurum, ut istuc me conferre queam. Ego sum, & podagra iacens iam menses VIII. & ipsa Testudine reptili grauedinosior. De me statuant superi, quorum benignitati tam in aduersa, quam in prospera mea valetudine non diffido. Tu modo enitere, ut coquus ac professores illi eximij in ea Cathedra amari et probari etiam Concertatione virtutis doctissimorum virorum Iudicio pari Laude efferri merearis. Interim ego non desistam cogitare sentias, si abunde Conualuero, quis Dubium est ne cogar tu nitus semper deferre vadimonium ad forum Utinensi, nedum audiam semimortuus istuc ad te audiendum accedere. Vale,

Ant. Bell. Franc.° Robortello. S.

Quom Conscripta et obsignata epistola mihi nunciatum esset ante VII. Calen. Iulias te Venetias non venturum, utcumque percrebuisset rumor te venisse antequam eam Conscriberem, non duxi resignandam eo hoc Consilio, ne viderer ad tuum negocium amplius te instruere velle, qui cum pro singulari tua prudentia, tum ex ijs quae reuerenter ego meminissem optime nosses rationes muneris abs te suscepti, sed malui breuem hanc ad te seorsum dare, ut tu in quo statu valetudinis Interiecto tempore mansissem, de quo fortasse aliquid scire cuperes, certior fieres. Scito igitur è il podagra me non emersisse, meum .n. agit durè, nec ulla diligentia perficere possum ut fortior fiam, aut ut saltem ipsa Clementior in me sit. Turca quidam hic fuit in nundinis Diui Cantiani. Gereret se medicum an magicum potius, nescio, nisi quod profitebatur omnia se scire, ut apud Iuuenalem Graeculus ille, qui esuriens iuisset in Coelum si iussisses. Hunc cum Intellexissem audere supra naturam et Incantamentis agere, accersitum non misi, quod credendi artem eiusmodi neque utilem neque salutare mihi fore

perspicerem. Videor n. nec incommode, nec imprudenter facere si
vitam meam vnius fidei credendam no putem, qui ignotus sit,
veterator callidus, et religione ac fide careat. Nec admissurus sum
sane quempiam ad opem mihi praestandam, preterquam qui optime re
a summa fide praestare possit. Et si nullus occurrerit talis, in sp
salus no desinet esse Christo bene iuvante, quo duce nullus
abiecto animo esse pot, aut corpore tam afflicto, qui sibi non
bene speret. Interim tu puto mihi suasor no eris, qui tanti
eorum salutem, quanti propriam facis, ut me Turcae manibus com
mittam, qui quam pro suo commodo, tam contra mea vale
tudinem laboraret. De Scola hoc tantu tibi
animo, et reuerenter recordor, ut toto studio tibi curae sit iu
uentutem Venetam promouere, ne tu no predicari preceptor
optimus, et ne illi no optimi discipuli dici fidem mereantur.
Positum e. n. utrunque in aliquo tuo labore, ut, scilicet te toti
pariter et illi tui similes semper sint, suis morum integritate
spectemus, suis reconditam eruditionem. Vale.

Ant. Bell. Tyberio Deciano S.

284 Quom me inuiseres podagra laborantem, paucis dieb. antequam hic
Patauium proficiscereris, quod summae tuae humanitati, et ergo me
beneuolentiae semper tribuo, consilium meum tibi aperui, ut
is Paulus nepos meus ex filio iuri ciuili operam daret. In ea sent
me bona eius indoles, constansque studium confirmarunt. Nam
Gemmio Calendrini contubernio usus e. Coryti quadriennio sub
quibus evidetur tantum profecisse cum in graecis, tum in latinis lris
ut vehementer laudare praeceptores simul et discipulum nos oporteat
unde illum puto ad audiendas institutiones no incommode nunc
accipi posse. Haberem mi Deciane summi beneficij loco, si non

dedignareris Ictum habere Contubernalem, ac sodalem domesticum fi-
liorum tuorum. tuo rebus in omnibus ministrum voluntatis Iur=
consultum .n. Contubernium Iudico aptius, quam tuum illi, iungere posse
quandoquidem ad Gymnasium Patauinum migrasti publico stipen-
dio vocatus ab Inclyto Senatu professor Iuris in Criminalibus causis
non discessurus antequam filios saltem tuos videas Iurisconsultos consultis-
simos euasisse. Tua namque Moderatio, Grauitas, Eruditio, ac
Eloquentia cum non mediocri omnium admiratione Comprobata,
necnon erga me beneuolentia singularis efficiunt, ut Contubernium
tuum facile Ceteris omnibus anteponam. Ergo vereor quin
velis ex Grauioribus tuis studiis et negotiis horulam saltem quo-
tidie suffurari, et Instituendis Liberis Condonare, quibuscum
nepos meus studiis certatim incumbat. Quid n. potest
tibi Contingere gratius, aut iucundius, aut Reip. utilius et
fructuosius, quam si equales ipsi quotidie disputent, nouas subti-
litates ultro citroque adducant, et in oculis tuis de solida virtutis
Gloria inter se Contenderint? Aut quis non delectabitur illos cer-
nere, qui aliqua necessitudine se et non attingant. Ex Conuictu
studiorumque Coniunctione se amare inuicem tanquam fratres, et
fide amore suauitateque fraterna perpetuo frui? Etenim
alicunde non oritur maior animorum coniunctio et beneuolentia,
quam ex Conuictu, et si sint eorundem studiorum et hora-
omnium socii nec uberior fructus quaeritur, quod ex quotidiana inge-
niorum Confabulatione, et Collisione, quae nascitur etiam quandoque
super ipsam Coenam. Domi aderit magister, qui non modo rem
Controuersam decidere, verum etiam noua aliqua quaestionem ci-
uilem et Criminalem eis proponere poterit. Filii autem tui eius
preceptis et monitionibus obtemperabunt, non magis tamen quam nepos
meus, quem ipse spondeo praestaturum se egregie studiosum fi-
delem ac tibi obedientem. At si moribus deprauaret, quod tamen

non spero, acriter in eum animaduertere poteris pro tuo arbi
tratu, ac domo etiam si videbitur statim eijcere; opinor tamen
fore, quia recte institutus et morigeratus est, in tuis maxime re
bus, et non ad seruorum sed quodammodo ad filiorum tuorum
numerum adscribes, quod euidens fuerit cum eius probitatis, tum
tue comitatis argumentum. Porro contubernium quod
ego tui studiosissimus et amantissimus ita precibus summis ex
posco nihil oberit existimationi tue, cuius curam gero herclè
non minorem, quam tu, quoniam filios et carissimos amico
nepotes, quorum presertim spes aliquam bonam se nobis ostendit de
bemus cum omnibus in locis, tum potissimum in publicis
gymnasijs, que ob magnam licentiam iuuenum diuersarum nationum
depravari consueuerint regere diligenter. Quemadmodum
fecit parens tuus iurisconsultus insignis et prudens, qui non ali
ratione, quam tui ipsius recte instituendi cupiditate adductus fu
ne alli in doctrina eloquentia et humanitate cedere posses alijs
patriotis maiores honores quam tibi non haberent, tantisper
Patauij cum tota familia commoratus est dum fieres [illegible]
orator, eminentissimus iurisconsultus. Illud adde quod ob
Paulus cum meo auo et germano patruo tibi debebit omni
quod operam laboremque tuum suis perspexerit studijs plurim
profuisse ut et Bellonus eius pater, dum vixit, se palam
debere profitebatur. Pro impensis vero oris tantum sup
ditabo quantum ipsemet congruum fore existimaueris si du
quadragintos XL dabo, si plures, ad plures me obligabo
Et ne suspiceris pactioni me stare nolle, aut non posse, quia
fortassis laborem inopia rei pecuniarie, facile enim accidere p
ser, certo fallere opinionem tuam, ineunte quolibet anno fut
persoluam, quantam pecuniam me recepero tibi soluturum in ann
singulos. Si vero tibi visum fuerit in eum rationem contuberni

Preterea filios tuos alium admittere nullo pacto velle Contraham
humeros egre tamen, et repulsa plane quidem mihi sustinenda
erit. Non negabis tamen operam ponere, ut tua saltem interces-
sione & autoritate apud alium optime Collocet qui diligentem
curam gerat adolescentis; In eaque omni acquiescam, quam
statueris. Nec vereor quin arbitrium tuum equabilem formam
in se habeat. Adest autem Patavii Diis bene fortunantibus ante
festum divi Pauli, quo nepos ipse in lucem editus est: vix isola-
tus febri. Sed mallem ut verum fatear, Tyberi doctissime
& humanissime quod apud te viveret quam apud alterum Bartholum
vel Baldum. Omnes ii quibuscum de te loquor facile testi-
ficari possunt quanti te faciam, et virtutis tue gloriam et am-
plitudinem tibi ipsi quam mihi Cariorem non esse: Quoad
indumenta et Codices nepoti non decero. De mea vero vale-
tudine, si quid scire optas, Laboro adhuc podagra, que mecum agit
nunc intensius, nunc remissius, ad eam tamen propulsandam
animum paratissimum habeo, ut quibus rebus possim semper
te tuosque adiuvem. Itaque Cogor tristem illorum qui sunt hodie
opulentissimi, Gras rerum omnium egentissimi vita vivere ve-
tricularium. Expecto literas tuas quibus dii faxint aliquid
significes quod mihi meisque omnibus maximam voluptatem & le-
titiam afferat. Nam et ipse quamvis modicus sim precii Tabel-
lio, vinco te desyderio si animum spectes meum in re qualibet,
quam abs te valde desyderari cognoscam. Ita ni certe Rogo ut
maiori studio rogare non queam, sine aliud quicquam egrius &
indignius ferre, quod mihi posthac negandum putaveris.
Ceterum tibi Aritto exemplum dialogi, quo Paulus monet
ab improbis sodalibus ut abstineat quibus ad virtutem ten-
denti nihil accidere perniciosius potest. Facio Corytium eius
preceptorem, & Absonium generum meum interlocutores,
ut in tantis Professoribus maior sit cum [illegible] tum auto-
ritas.

Vale.

285 Ant. Bell. Tyberio Deciano s.

Resoluo difficultatem, quae ex proximis meis literis occurrere tibi
potuit, qualem ego intelligam vesticulariam vitam. Ego in literarum
fere exitu scripsi viuere me vitam vesticulariam, quod illorum instar
qui sunt hodie rerum omnium inopes, cum locupletes podagra nunc
meorum agat atrocius, nunc mitius. Vesticulariam interpretor ua-
riam instabilem, et parum suauem. Ut n. mihi valetudo firma,
constansque non manet, ita nec homini, qui furtis locupletatus est.
Videtur n. sanus repente, et aeger repente. Fur meo opulentus,
meo rerum omnium egens, proprie tamen vesticulariam viuere dicunt
fures qui perfractis domibus cum vestibus idest valis fer-
reisque res auferunt alienas, quae tam celeriter consumi solent, ut
nullam prorsus diuturnitatem temporis habere videantur. Quod
obscurius scripseram, volui apertius declarare, ne te ulla suspi-
tio inuaderet me mutasse mores, quos pro certo habeo a furtis
manus me semper abstinenter habuisse, te nullo umquam tempore
dubitasse. Reliquum est ut Paulum iterum atque iterum
vehementer tibi commendem. Ex domo tua, quae humanitatis
mansuetudinis et gratiae plena esse consueuit, nepos tuus mihi
carissimus excludatur, quod mihi profecto acerbissimum est
nec tuo officio minus, quam amicitiae nostrae contrarium et repu-
gnans. Etenim ab obsequiis tibi praestandis ita abhorreo, ut
negem quicquam gratius et iucundius, quam si tibi obsequar mihi ac-
cidere posse, aut acerbius et molestius, quam si nepotem optimae
indolis adolescentem, apud te negetur reponi et locari. Stu-
diosus est, modestus, probus, et ingeniosus, et quem si cognosce-
res filiis tuis tuopte iudicio ex omnibus et socium delegisses, et
non oppressus alicuius amici precibus altero sodalem adiunxisses,
ut virtuti una dies ac noctes certatim incumberent. In hoc
uno mihi non admodum placet. Fuit n. mihi pro natione Ger-

-manus, vino abstinet suapte natura, tantum tamen abest,
ut a me propterea detur vitio, ut virtuti potius magis existimem
vini potum, quam aquae. Suscipe igitur laeto animo, susce-
pisse te numquam poenitebit, ne asperius videaris mecum egisse,
quam tui mores patiantur. Tam habes quam ardentem desy-
derio tui contubernii. Laturus sum aequo animo si in aliis
quibusvis rebus, te mihi posthac durum et inexorabilem prae-
stiteris, modo in hac parte te facilem praebeas, ac benignum.
Contubernii mercedem, quam in annos singulos ipse decreveris, sicut
antea scripsi, cuiuslibet anni initio tibi totam numerabo. Literas
tuas expecto avide, quibus tuum de contubernio animum perspectum
habeam. Illud demineris tandem, quod innata humani-
tas, bonitas, et mansuetudo tua, ne quid dicam de singulari
observantia summisque precibus amici clientisque tui deditiss.
debent plus habere ponderis apud te, quam ulla ratio, quae ad
excusationem pertineret. Tametsi ut inquit Cicero multa
et facimus solum in gratiam amicorum, quae nostra causa mini-
me faceremus. Vale.

286 Ant. Bell. Tyberio Deciano. S.

Facit cum summum desyderium meum, ut nescire de contubernio
diutius non queam, tum singularis meus erga nepotem amor
impellit, ut de eo rogare non desistam. Quamobrem iterum te
rogo maiorem in modum confestim ut me facias certiorem, quod
nam tandem in ea re consilium ceperis, de qua duabus meis epistolis
egi tecum accuratissime. Et si cupis adolescentem forsan pro-
prius intueri, antequam ad partionem venias, et ut tecum sit aliquot
dies, ut ipse tibi qua doctrina, et quibus moribus praeditus sit fi-
dem faciat, fac amabo intelligam. Curabo ut Germanus secum
ad te ducat, ut eum cognoveris adolescentem periculum tibi fecisse

quod de Ipso scripsi plane verum est, tum eum libentius admittas.
Pot tibi tamen satis persuasum esse quod Ingenium non subiret
Contubernij, aut lenoris, si à Laude eum abesse suspicarer,
quam per literas illi tribuo, aut si mihi ulla ratione venire in
suspitionem posset, quod moribus depravari apud te professorem
legalis sapientiæ, sectatorem ipse deberet, aut aliud facere præterquam
quod tu de filijs, ego de Ipso nepote perpetua voluntate optaremus
vel quod ipso tempore ad ludendum abuteretur, quoad lectiones
audiendum, studendum & lucubrandum oportebit omnino astrictum
esse. Non negaverim ego rationem aliquam infirmæ ætatis ha
bendam esse, quæ non usque adeo indurvit, ut aliquo solatio con
diri non debeat, ne modo aliqua turpitudine coniunctum sit,
Sed à te, qui optime agis recte consultum erit cum existi
mationi tuæ, tum Ipsorum utilitati, si forsan à studijs illis
altioribus ad pilæ ludum, quo redduntur agiliores intra lares
domesticos aliquando revocabunt, ne modo indulgeas plus sa
tis. Sit hoc tamen tui consilij, qui quod est in re tuorum alum
norum, et ex tua dignitate sit, facere & concedere soles, & amplius
nihil. Non enim dubito si quanta diligentia in humanioribus
studijs nepos versatus est, tanta versatur in legalibus quin futurus sit
verum et ipse Iurisconsultus, qui domus nostræ laudem, si qua est
extollat perinde, ac celebritatem tui nominis augeat. Et si dis-
picies cuncta, animadvertes tandem magis esse quod tibi ego gra
tuler si eum admiseris, quam quod te rogem ut non excludas domo
tua. Ipse enim filijs tuis ad studendum quotidie calcar addet et si
sponte currunt. Non autem velim suspicionis contubernij alter
cationem tolleris me soluturum. Sunt enim ceu numismata commer
tialia et sese argentea, quæ ex Germania in hanc patriam deferuntur,
non tamen absque aliqua difficultate recipiuntur. Dabo nummos non alijs

Cineris flatos, q[uo]d quibus sensero te maxime delectari. Vale,

Ant. Bell. Paulo nepoti s.

287 Mirum quanto profusus gaudio Germanus patruelis tuus e
foro domum hodie reversus sit. Refert a Antonio scriba
nunciatum sibi fuisse, quod orationem luculentissimam i
clarissimi praesidis laudem istic magna cum gratia recitasti;
q[uo]d laudatio consecuta e[st] hyems, et omnium admirationis, quodq[ue]
praeses te complexus humanissime, et osculatus te valde lau-
datum tandem dimisit. quod profecto cum ad gloriam p-
receptoris tui, qui composuit, tum ad tuam ipsius laudem,
qui recitasti, magnam apud praesidem accessionem attulit,
et apud alios qui interfuerunt, apud quos omnes, haud
dubium quin utriusq[ue] vestrum iucundam sui memoriam
reliquerit. Mihi hercle in aegritudine, qua nunc iam
viii laboravi multum attulit consolationis. Sunt enim
haec pulcherrima initia celebritatis tui nominis, ac di-
gnitatis futurae. Sed hortor constanter pergas, ut
de te dici vulgo et praedicari possit quod et tu multas o-
rationes proprio marte optime aliquando composueris,
et non modo aptissime pronunciaveris. Et si non est proli-
xior oratio ista, quam ut trium horarum spatio tota
abs te describi queat. (Te a. in scribendo velocem, et
minime pigrum cognovi) gratissimum erit, si eius exemplum
absq[ue] tamen tuorum studiorum incommodo, feceris, et
mihi miseris. Vale. Attini vii Cal. Sextil. 1549.

Ant. Bell. Anastasio Monticulano S.

288 De Arborem Anastasi tuę propaginis, quā te rogante praesidis tamen iussu confeci ex instrumentis, quę tu authentica mihi exhibuisti, sine quibus equidem invenire planè nescivissem, ut per gradus descenderant seu ascenderant tui progenitores. Duntaxat n. patrem tuū Nicolaum cognoveram, et Joannem fratres, ac Andream ipsorum patruū. Alios nō memini me vidisse, quoniā vel me puero fato functi fuerant, vel antequā in Lucem ego edit) etm. [illegible] n. sum maior valdè Septuagenario. Reliquū ē ut precer Deum opt. Max. prolem ut dignetur tuā Masculinam extendere, quę nomen familię tuę nobilis, Monticulanę Verona oriundę, apud nos cū diutissimè servet, tum de more suorū progenitorū secundum Virtutem se semp exerceat. vale.

Ant. Bell. Nicolao Ponte S.

289 Letor valdè literas meas redditas tibi fuisse cum veteribus quibusdam documentis, quas ad te dederam. Tenebar enim te participem facere, q tibi fore gratissima iudicabam, sicut scribis fuisse, Siquid autem posthac ī manus venerit meas, quod ad probandum, vel sustentandum antiquitatem dignitatemque familię tuę faciat, Polliceor me nō defuturū, quin statim ad te mittā. Ex quo n. tempore patriam hanc foeliciter administrasti (te n. ptereā fama antea nō cognoveram) te familiamque tuam diligentissime colui, colamque dum vivam. Multo tn vehementius Letor, inclytum Senatū maximumque Pontificem prō honorifice tecum egisse. Scribis in X. Virorū Collium

genetijs te vix expedita roe tue Legationis adscitum & Rome ornamentis militie, reluctantem tamen paulopost insignitum fuisse. Itaq. Eques redijsti, qui accesseras Orator. Sed quid mirum? Quis queso alius e novi Legunus illud amplissimum decemvirale Committi Sapientius à Senatu, vel rectius à Pontifice tribui ornamentis illa Militaria potuissent? Te. enim i Legatione illa, maximisq. alijs negocijs rei publice sic adhibuisti, ut non Pontifex summus, non Sapientissimus Senatus, à te aliud quicq. desyderauerit. unde si aliqua ex pte Senatum vel pontificem nō offenderas, sed utriq. ex aio satisfeceras rebus in omnib., par fuit ut utriq. existimatioi tue certatim consuleret, utq. iucundissimus tibi in patria reditus eet ut scilz Decemuiralis honor tibi absenti hic decerneret, ille cum ageres, ne videreris insalutato hospite tandem discederes ut in Collum tibi ornamenta aurea poneret, cum in virtutis premium, tum in Legationis testimonium prudentissime abste geste. Uter vero te magis honorauerit, Senatus qui te sumpsit absentem ad amplissimum illud munus, an Pont. X qui militarib. ornamentis insigniuit, quodammodo recusantem et reluctantem Iudicium tibi relinquo. Ego n. arbitror, q. utriq. dedit quantum potuit, plus daturus si plus nunc potuisset. Ego aut fore ut Senatus erga te studia, necnō Pontificis augeri quotidie magis debeant, et ut res tuas videam ego si fata dederint multo adhuc maiori & honorificentiori loco qm sunt quoniam ex vera et solida virtutis Gloria

fructus semper ubertim provenunt. Es enim Constitutus dei beneficio in tua re pub. et in urbe ne[illegible], Inter illos qui doctrinae, Eloquentiae, humanitatis atque prudentiae principatum tenent. Nec diffido unquam, quin qualem te hucusque praestitisti, talem in quovis munere te perges praestare, nec quin velis pro tuo veteri Instituto rei tuae pub. semper prodesse. De valetudine mea sicut scribis, in Deo spem omnem Locavi. Nec aliquid movet quin eam aequo animo feram. Caeterum Paulum nepotem meo ex filio Adolescentem optimae spei, quem maxime cupio ut Tyberius Decianus Contubernalem recipiat ad vitandam improbitatem sodalium, qui versant Patavii, Est n. Constitutus in Bivio Pythagorico, daturus operam Iuri Civili, per literas valde Laboravi, ne Contubernio suo eum Excludat, sed nondum accepi responsum. Cum ipso autem Tyberio non adeo coniunctae vivo, ut videar facile impetrare posse. Quin in annuos oris sumptus obtuli ipsi aureos XL, et quotquot ipsemet statuerit pro Conscientia sua. Si accesserit diligens Commendatio tua, puto me facile consequi posse. Etenim tuae virtuti et autoritati summi et Principes nihil non tribuunt. Quare rogatum te volo iterum atque iterum vehementer dictum nepotem meum literis tuis Commendes et meliori nota, ne quid non facias, quod ipse putes minime ad dignitatem tuam pertinere ratione Decemviralis magistratus ad quem lectus es. Non enim quaero aliquid facias, officii gratia, quod aliqua forsan re-

clamante lege, te minime facere deceat, ipse tu optime debe-
scire. An Arimino, tuo servo tibi dedicatissimo officium hoc
salva dignitate, praestare queas. Hodie sum locutus cum
Anastasio Leonticulano de hac re, promisit valde asseveran-
ter se scripturum, fortasse nostre preces eius intercessione adiu-
ventur à Tyberio, cui arbitratur se charorem alterum con-
sanguineum non esse. Ego etsi minime suspicor eius verba rebus
contraria fore, Tu tamen si scripseris homo tanta dignitate
fultus et autoritate, Scribes autem scio, si quid impetrat,
tam gratum mihi feceris, quam quod gratissimum. Vale. Arimini
pridie Calen. Septemb. 1549.

Ant. Bell. Dionysio Contareno. S.

190 Paulus est mihi nepos ex filio probe indolis Adolescens, quem
summopere cupio apud Tyberium Decianum locare, ut det unà
cum illius filiis legali scientie operam in Patavino Gymnasio,
cui nunc decorum videtur quodammodo publice profitendo et le-
gendo in casibus Criminalibus memoriam sui nominis consecrasse,
Rogavi per literas vellet nepotem meum in Contubernium recipere,
quod tanti sane estimo ut nihil esse possit maius, quod hoc tempore
velim. Nondum ab ipso responsum mihi redditum est, neque cogi-
tatione assequor, que nam ratio apud eum mihi adversari queat.
Confido autem, quecunque sit, facile fore ut impetrem, si commen-
datio tua accedat. Cognitum enim habeo, quam nomen decusque
tuum ex amplissimis magistratibus, quos cum apud alios, tum apud
nos ipsos summa cum equitate, integritate prudentiaque gessisti,
ubique terrarum memorabile factum sit, quanta dignitate ful-
geas et autoritate, quantum Tyberius ipse tribuat reverentie
tibi, ac quantum debeat. Nam vixisset Venetiis, quo cum famili-

Migrauerat te autore, ni animum mutare ob incommodam
valetudinem coactus fuisset, quippe qui tanta cura studium
& diligentiam Collocaueras in laudanda, ornanda & am-
plificanda eius virtute, et breui inter primarios vrbis
venetae Causidicos merito adscriptus fuisset. Perspectum
item habeo, quàm amanter & studiose Ingenijs fauere
soleas, quae sunt praesertim in aliqua spe. Eam fiduciam
etiam quòd me in seruis tuis, volentem certè, auidéque quae-
rentem, ni fallar opinione, reposuisti. Propterea ual-
dè te rogandum duxi Senator Clarissime Digneris cum
tuo Tyberio per literas agere nepotem ut meum non ex-
cludat, sed adscribat libenter contubernio suo, cuius de-
syderio incredibili teneor, ut quam studendi discendique
viam in studijs Legalis Sapientiae filijs ostendit suis, simul
& meo nepoti Commonstret. Sed ita rogo Commendo,
ut habendam tibi semper rationem tuae dignitatis exis-
timem. De Mercede Contubernij nulla puto erit
difficultas: Diues hercle non sum, nec usque tamen
adeo pauper ut pati velim ab eo nepotem excludi ob dif-
ferentiam rei numariae. Atque in ipsa accommodabo me
voluntati cum ad pactionem veniemus, quod non potest
non honestissima esse. Caeterum me quoties uti volueris,
curabo seruum praestare talem, ut fateri possis, in cuius-
uis alterius fide ac diligentia magis acquiescere, quàm
in mea, tibi minime licere. Vale. Venetiis Cal. Julij 1549.

Conscriptis et obsignatis ijs literis, Anastasius Monticulanus
cum suis ad me venit nondum obsignatis ut quàm ac-

curate scripsisset ad Tyberium sororium suum de re mea cognoscerem. Legi et perspexi functum fuisse diligenter amici officio. Scripsit n. manu propria et verbosius ac diligentius etiam quam a me requisitum fuisset, ne apud me resideret illa forsan suspitio frigide commendationis, si obsignatas tradidisset. Unde Amici literas meis coniunctas ad te mittendas putavi, ne a me, nisi missam (quae amici alterius facta) viderentur. Velis igitur obsecro Anastasii literas una cum tuis ad Tyberium mittere, ut iam videatis nihil fecisse reliqui pro Bellono tuo, quod ad impetrandum pertineat. vale.

Ant. Bell. Tyberio Deciano. s.

29. Epla tua commotus nihil fui, quamvis ex ipsa cognovi me ea quae non postulasse. Nesciebam profecto quod in contubernium tuum aliquis alius cooptari quaesiuisset, mirus quale iis responsum dedisses, qui in petitione praevenissent. Nam si admonitus opportune fuissem, negocio habendi tui contubernii me non involuissem, nec ullius amici opera usus fuissem. Essem temere si quaesiuissem ut tantorum virorum voluntati, quibus pernegaveras, preces meas anteponeres. Cum reprobrare cum mihi possis insolentiae vicium praeter omnia vicia odiosissimum. Pisanus et Graugerius docte reponuntur inter magnos Amicos et a me identidem inter Optimates, hic Rei pub. Venetae, ille Collegii Cardinalium. Regulinus medicus inter eos qui veteri Amicitia, et affinitate tibi coniuncti sunt, et cui salutem ipsam, et quicquid habes, id omne fateris debere. Qui possum ego apud te esse meliore loco, quam illi quibus omnia sponte fateris debere! Grati sunt summo loco, re lautissima, maxima dignitate praediti & autoritate. Ego humilis, re tenui, et qui arte utor Tabellionica, quam tuae leges appellant

seruile ministeriu͠ ut et nos seruos publicos. Accipio Itaq;
Conditionum Excusationem tuam nō secus quam debeo, &
tēē petis, proba et Iuridica est. Obstruxisses tibi legem
parum æquam, si Nepotem meum admisisses Exclusis Tantis
proceribus tibi amicissimis, à quibus Conflasses Ingens odiū,
quinimo mihi Volendum non erat, si reiectis meis precibus
mandata tantorum virorum apud te Locum habuissent, quos
oīa virtutum et ornamentorum genere Cumulatos Intellexi.
Mihi si quid in hoc erraui, aut potius quia erraui, nolens
tamen & Insciens, Ignoscas rogo. Nam si Impetrassem,
exclusos oēs illos Summates maxima Iniuria affecisses, q
cum preuenerant, tum te multis beneficijs, gratiisq; orna
uerunt. Ecce parentes debent Charitatem primum fi-
lijs, deinde Consanguineis, et necessitudine deuinctis, mox
Amicis, qui sint alicuius ponderis, postea ijs qui minus va
lent autoritate, in quibus ni fallor me numeras honestis,
sua opinione, postremo reliquis. Satis perspexi Can
dorem, Comitatem, et Suauitatem Ingenij tui In eo, quod
Inter maxime distantes genere, opibus, virtute, amicitia,
dignitate, et autoritate, æqualitatem seruare voluisti, &
me nō feceris deterioris Conditionis quam illos feceras de
quibus benemerendi Studium numq; tibi Intermittendum
Censeo, quando autoritatem debet Comitari reuerentia,
Tametsi fieri nō pot ut illis in te amando et Colendo primas
Concedam, si etiam tibi se Amiciores ēē, q ego, forsan ve-
lint contendere. Potes nunc ad me suspitionem deuolu͠
qs de tanta mea in te beneuolentia verum nō dicam. Fac
si placet periculum, mihi suspectus Ipse nō possim esse cō-
scius me non mentiri. Quod scribis te paratum recipere

Paulum cum Nicolao filio tuo et Petro Regulino ad lectio-
nes familiariter audiri, istam humanitatem ascribo ma-
ximo meo beneficio, quod heret, herebitque mihi semper
inscribitur: etiam postquam mihi non licuit tecum de con-
tubernio perficere, meae consolationi opportune seruire vo-
luisti. Et ego quo candore offers officium, illo accipio li-
bentissime, et immensas gratias ago relaturus aliquando
gratiam, si non forte quantum debebo, saltem quantum
potuero, ne gratiae et officii cuiusmodi unquam oblitus videar.
Inisti ergo rationem optimam. Paulo potestas erit
ei quotidie adeundi quoties scilicet minime detentus occupa-
tione publicae lectionis fuerit: et Nicolaus tuus
studio et emulatione equalium ad gloriam excitabitur,
Iamiis te demonstraturum Tyronibus iter aliud multo pla-
nius et facilius ad scientiam legalem adipiscendam, quam
sit, quod per loca senticosa et prerupta ducunt plerique omnes.
Audivi Florium hic Institutiones quondam publice pro-
fitentem. Nihil ego hercle, aut parum sub ipso profeci, plus
satis mea quidem sententia diuagabatur, et inculcabat. Ar-
bitror quod Anagnostes quando Tyrunculi sunt Auditores
ut ipse eram rudis, debet totam interpretationem textuum
reuocare duntaxat ad simplicem mentem Textus Iustini-
ani. Tu tamen facies, quod tibi videbitur pro illius eta-
tis captu utilius et conducibilius fore. Existimabo si mo-
riar me totum mortuum non esse si modo nepos mihi superstes
fuerit, et absolute recte et foeliciter eruditus. Etenim etas
mihi par non est uitae diu sustinendae. obrepsit non intel-
lecta senectus, neque ualetudo satis firma est. Spero tamen
nisi qua morbi vis vehementior inciderit adhuc me victurum

aliquot annos, si fata dederint, vitam vecticulariam, saltem cuius derivationem recte ducis à vectando, cuius enim usum cogor paulatim colligere Scipione, quo vector intra penetralia domus meæ: Sed heus tyberi, nonne ventriculariam rectius dixisses si Luxui Gulæ videbar deditus? Agnosco Stodostam te suppeditavisse, ni fallor, amicum aspergere asteriusculo et parum faceto. Verus Herculi venter non est, ut Montanus apud Iuvenalem abdomine tardus, sed nimia siccitate confectus. Quod in tua epistola me facis aliquid esse, Tribuo singulari tuæ humanitati, et erga me amori; Sum nihil inter Tabelliones, et si unquam fui alicuius precii, quod minime fateor, non queo ætate iam ingravescente amplius esse. Ut libere in conversu notiorum de me nunc possis dicere - Hoc volo tu volui; sicut Epigrammatarius de vetula et puella, De Contubernio tibi obsecro curæ sit ut nepos optimis collocetur, et ne quodcumque ille contigerit, procul absit à domicilio tuo. Cum Primitellio non colloquar antequam mihi respondeas. Intentio mea est ut nepos posthabitis humaniorum studiis se totum ad Legalia conferat. Habet sane Primitellius educandi modum, et in politioribus literis quid eximium, et admirabile, sed nihil penitus in Legalibus, Manebit in suo cantu, et cum translationibus Musis suis senex est. Atqui fieri poterit ut paulus si statuatur Primitellii contubernio à Studiis Legalibus, quæ dura sunt et Laboriosa, ad pristina sæpe non redeat, quæ sunt placidissima et humanissima? Magni enim refert ne ætas illa fabulis detineatur, quo tempore excolenda est altioribus et seriis disciplinis. Vide et Considera diligenter, accipies ut melius tibi videbitur. Summe, quid denique pro-

miseris nomine meo pro Contubernio tibi detrahant, seu per literas conferens cum Priuitellio, seu verbotenus cum quouis alio. Ac tuę voluntati et mandatis semper obsequentem habebis ac tibi deditissimum, et dubitare ne queas quin statim approbem, quod inter vos conuenerit, cum n. equitas tua faciat, neque fieri patiatur quod iniquum sit, et mihi antiquissima cura fuit conuentis stare, A me igitur premium conuentum accipiet absque vlla tergiuersatione, quisquis puerum meum alendum, et erigendum susceperit. Nescio an ep͞lę tuę pars aliqua supersit, cui nõ responderim. Dederant forte Francisca filia mea, et Anibal gener, quem fuit à Ioannemaria Schala mihi reddita ep͞la cum tua oratione, necdum ep͞lam cum Anibale legeram, quando Francisca ep͞lam et orationem sibi commodari postulauit, ut Faleidio viro suo legenda preberet. Commodaui, nondum tñ restituta est mi ep͞la nec Oratio, nec mirum, impeditur quotidie negotijs forensibus, et tam prolixa scripta tua sunt, et qui velit legere, oporteat eum valde ociosum esse. Et ipse videbo statim ubi restituta fuerint, et quid Faleidius iudicet, et alij quibus interim ipse legendi forsan copiam facerent, opinor n. fecisse Cornelio, è cuius labijs aiunt afflari nescio quid rarę eloquentię, deinde quid ipse ego existimem ad te scribam, et si quid aliud inuenia in tua ep͞la cui nunc nõ responderim simul abunde respondebo. Vale,

Ant. Bell. Cornelio Frangipani et Iosepho abbatio S.

272 Me nuper adijstis, et simul cohortati valde fuistis, ut si quid esset mali à Tabellionibus, quo hec nostra Fulcensis patria laboraret, vos admonerem. Laturos nos esse rogationem dixistis maioribus Comitijs, et universam patriam proxime desuper consulturam. Irruisse ad scribendum novos Tabelliones et Coadiutores, quos à manibus vocant amanuenses, non parum avidos. Ego vero qui in exercitatione Tabellionica iam consenui, onus huiusmodi preter expectationem impositum haud gravate suscipio, ne senem me impie pium erga Patriam appelletis. Malum autem, si quod est à notarijs, provenit ex numero, nunc enim maior est, quam unquam fuit, et questus tenuior, ut recte miserrimi omnium artificium scribe dici possint. Ars apud ~~omnes~~ mortalibus commendatur, cum communis utilitatis, tum necessitatis causa, nec tolli ea potest, nisi pronomina illa meum et tuum simul tollantur. Puto tantum numerum restringendum esse, si potest absque tumultu; sin minus, tolerandos omnes esse, qui conscripti sunt. An etiam Amanuenses, vos videritis, nolo ego irritare crabrones. Adhibebo igitur libenter curam recensendi Constitutiones patrie, que de Creditibus notariorum loquuntur, et in quibus partibus sive Capitibus nunquam in usu fuerint, aut esse desierint, et quibus malis Patria laborare videatur que à scribis potissimum proficiscantur, ut inde si operepretium vobis videbit, qui estis cum legali sapientia, tum exacto iudicio, tum vero ingenti autoritate preditj, sanctius roga-

tionem, quam uniuersæ patriæ saluberrimam consueritis fore, recognoscendum et expungendum curabitis, cui comitijs maioribus patria moderi queat. Atque utinam et vos ex totius communitatis sententia ita consultum sit, ut nouis consultationibus non amplius opus sit. In cæteris autem rebus, in quibus possim ego aliquid, polliceor vobis operam, fidem, et diligentiam meam nunquam defuturam. Bonus enim bonum [illegible] patriæ se reddit, qui in ipsa se non ingratam exhibuerit. Valete.

Ant. Bell. Tyberio Deciano S.

223 Tuas literas, quæ datæ sunt vii Calend. Augusti, nonis ideo mihi redditæ fuere hodie. Respondeo: scribis quotidianis lectionibus valde te occupatum esse; incipio ab extrema earum parte, qua doles quod e manibus meis orationem tuam in alienas imprudenter dimiserim, et qua simul mecum expostulas ego ita munus tuum humeris parui fecerim, submonens excusem saltem occupationes tuas, seu in rebus familiaribus, tum in legum patrum lationis, a quibus interspirare tibi nunquam licuerit. Doleo vehementer exacerbatum animum tuo fuisse tantum molestiæ ex ostensione tuæ lucubrationis, quod non sedulo aliunde prouenit [illegible] intimo amore erga te meo. Quinimo ad dignitatem gloriamque tuam arbitror adhuc magnopere pertinere, ut doctissimorum hominum manus exeant. Oratio namque in laudem illius iustitiæ pretio, qua crimina puniuntur, [illegible] cunctaque luculentissima est, seu spectemus verborum elegantiam, seu quæramus grauitatem sententiarum, aptaque ac sempiterna, mea quidem sententia, frui deberet [illegible]

merito fuit in patavino Gymnasio ab oratore vita qui
etate nr̄a / citra Assentationem loquor inter Iurecon-
sultos artem Eloquentie tenet. Sepulta in tenebris ia-
cere non pot. Huiusq3 Profecto alius iudit nemo p̄-
ter Faladium & Cornelium / à quorum utroq3 in tato
habetur precio ut adscribant ad numerū Lucubrationū
hominis qui sit Eloquentium Iurisperitissimus / simulq3
Iurisperitorum eloquentissimus ; Horum iudiciū ego q
ultimo loco legi facile confirmo / ut tibi nō sit vel tan-
tillum extimescenda rep̄hensio ab Amicis / neq3 ab alienis.
Ecquid queso suspicaris in medio et frequenti foro tuā
orationem cum risu excipi et exsibilari / si nō nisi duo
legi tantummodo legerunt ? Adversus eos nō est opus
defendam ; Laudant et in Coelum efferunt. [illegible]
adversus illos qui nō legerunt. Adversus vero alios
Legendi cupidos habebis tu necesse te ipsam [illegible]
nō sane ut Orationem sustineri tersissimam & [illegible] quod
dum illis qui legendi desyderio tenentur pertinaciter ne-
gas Ostendi tui nominis existimationem parvifacere vi-
deberis ? Sed finge quod aliquis legeret solo duc-
tus affectu ridendi / vel obtrectandi ut sunt ingenia ho-
minū ; quid queso tibi obesset / num Orationis splendor
aut virtus tue propterea collaberetur ? proderet se ille
malignum iudicium et ridiculum hominem ; Non fame
tue quicq̄ decederet et haud quaq̄ Orator tu optimus
male Audires / sed estimator pessimus / qui sibi probris
suū decorem verius sparsisset quam decus tuū contami-
nasset, Cum veritas multorum gladijs peti possit nō tu-

gulari, nec virtutem preclaram suum decus ubique non
comitari. Nec tu homo perspicax et ingeniosus es, si
a me negligi minus tuum, minuique tui nominis celebritatem
dum ad eam augendam doctis et communibus amicis illud quod
nullius risu, nullus opprobrio labefactari potest, inspiciendum e-
cedo. Ergo permitte tam et aliis omnibus legendi copiam
fieri, qui volunt legere, pereque et medium forum volitare,
nihil officies, sed consules existimationi tue qui ad summam
laudes oratoris iam pervenisti. Verum ne accidat, ut dolo-
rem ego refricem tuum, aut ut ex meo honore in te quasi in-
iuria (quam vocas tu vehementius) inflammeris, oratio-
nem ipsam, quia ex tuis literis ita te omnino velle intel-
ligo, supprimam, quousque ad me scripseris, omnem suspicio-
nem te abiecisse. Nam volo, tua qualiscunque sit voluntas,
apud me vincat, cum nihil minus expectarim unquam neque co-
gitarim, quam ut tuum animum aliqua ex parte offenderem,
ne poenitere me unquam posset tibi tanto patrono ab errore
ad prudentiam modestissime revocanti me non obtemperasse. Con-
sidero nunc teneri quoddam quod voto et sermone occludatur per
perversa quorundam nasutorum ingenia ad obtrectandum et la-
befaciendum semper parata; Cornelius non sane legisset, minus
Fabricius si tui consilii certior prius factus fuissem, unde ha-
beo necesse de ostensione me tueri Nasonis carmine, qui ait:
Non ego peccavi prudens, ignosce fatenti. Iussit Amor.
Sum enim tui amantissimus et addictior tuis iussis quam ut ea
protinus capessere mihi non liceat. Venio nunc ad primam
partem tuarum literarum, qua expostulas apud te me diffi-
dentie reum esse, cum amicitie sancte nomen summorum
virorum autoritati prevaleat: nunquam equidem diffisus sum

tuę erga me beneuolentię, probitati, ac benignitati. Verum
cum nihil uiderem abs te meis tribus Celio responderi, et
aliquid certi necumdet afferri de contubernio, quod tantope-
re optabam, parum ego fortasse prudens ad Cogitandum, pro-
curri ad Pontem et ad alios, qui apud te mox intercesso-
res se prestiterunt. Sed non alia ratione ut videtur impe-
trare nequiuerunt, nisi quod in eo, quod viris amplissimis
pernegaueras, te Grauitatem tuę constare volueris. Ego si
nō ignorassem Magnates illos à te tulisse repulsam, tantorum
hominum autoritatem in discrimen sanè nō Coniecissem, neque
illi ut puto apud te Intercedendi prouinciam suscepissent.
Meum enim Iudicassent facile quod contra nunquam tu de Contu-
bernio dixisses, atque illis summatibus antea respondisses. Satis
verò visus es mihi denique prestare velle quando dignaris ne-
potem meum una cum Regulino, et Priuitellio suis equalibus
intra tuos parietes liberaliter ad te quotidie audiendum
admittere, Unde magnam ad condiscendam Iurisprudentiam
facultatem adipiscantur. Asinine verò Committam ego ut offi-
tium huiusmodi gratia officioque non pensem ne ingratitudinis Vitio
obnoxius uideatur. De Priuitellio quod scribis Constitui de
tua Sententia Paulum meum apud eundem Locare. Supputo annos
haud pauciores XL^{ta}, ex quo coepi hic uti eius Consuetudine;
Noui virum cum absoluta eruditione, Compositissimis moribus, et
rara dexteritate preditum, et qui docuit priuatim et publice,
docetque Castissimas literas cum grecas, tum latinas, sed ut
nihil nos fallat prestabit officium Alumni tantum nō preceptoris,
Usum cum in re literaria, tum in educandis pueris maximum habe-
at. Non enim aliud in causa fuit, cur à te dissentirem, nisi quod dubi-
tabam ne à studijs humanioribus illa Iurisprudentię, quę totum
postulant hominem, conturbarentur, Confido autem quali animo

ni filium erit suũ, tali ipsum in meũ nepotem futurũ, quem quid et si nutricula puerorum per se diligens ẽ, mihi persuadeo procul dubio fore diligentissimum. Si presertim ad confirmationem eius diligentiȩ aliquis cumulus tuȩ Commendationis accesserit. Vale.

Ant. Bell. Tyberio Deciano S.

294 Acceptis literis tuis fui statim in tua ~~Sententia~~ de Contubernio Priuitellij, Quod ita fui: enim à tua sententia nunquam discessi ~~unquam~~, neque mihi discedere putaui. Quamobrem ad me vocaui Priuitellium, qui statuit hinc solum vertere ad XIIII. Calen. ~~[illegible]~~ Nobris, venit, et in Contuberniũ paulũ nepotem Cooptauit ducatis Lta in annos singulos, quot affirmabat à se Regulinũ admissum fuisse, tametsi meus Abstemius aliquanto minori recipiendus fuisset, Sed me facti nõ poenitet, modo quam est pollicitus curã & diligentiã adhibeat ~~Superest~~ ut nepos cũ sodalibus incipiat cũ primũ ad mensem octobris egressi fuerimus, ~~[illegible]~~ acriter et certatim in legalia studia incumbere ductu tuo et Priuitellij curã, ~~ut~~ tam excellentiũ Professorum discipuli et contubernales Iureconsulti & oratores, nõ leguli et rabulae tandem redeant; Vale,

Ant. Bell. Tyberio Deciano S.

295 Ad te scripsi ex tua Sententiã me consensisse de Contubernio cum Priuitellio nro in ducatis Quinquaginta, et in ducatos singulos Priuitellijs statutos esse soldos vigintiquatuor supra Centum. In tanta n. summa affirmauit et Regulinum secum iam consensisse, veniet igitur nepos ad Constitutum tps, quo studia Disciplinarum in Gymnasijs publicis Initium Anniuersarium de more sibi vendicant. Dabo nullum aliud ei negociũ, nisi, ut postpositis voluptatibus, et deliramentis puerilibus diu noctuque incumbat studijs Iuris prudentiȩ cum sodalibus. & discat presidio Legu quicquid

ꝯ fortunaru͂ nostrarum ex fratris hereditate olim et furtim ta͂
surreptum, recuperare, quam litib͛ implicatu͂, quam quodq͛ impli-
catur quotidie explicare, et iuridice tueri atq͛ defendere, ut ego
tibi ac Primicerio rebus in omnib͛ morem gerat. in quorum
utriusq͛ virtute sanctimonia, et erga nos amore meo͂ omnem
fiduciam collocandam duxi. Noui nihil est hinc quod ad
te scribam. Audio quod exploratius habere debes Hieronymum
virdum maioribus Comitijs patrię nrę presidem proximis dieb.
lectum fuisse qui Veronę preturam perq͛ honorifice gessit,
unde consecutus fuerit magnam sui nominis laudem. Sena-
torem ego de facie non noui. Unum par est querat extinguendis
inimicitijs, quas nosti inter Sauornianos et Turrianos acerrimas
repullulasse. ut qui apud nobiles & plebeios aliqua͂ potentiam
adepti st͛. concordiam sarciant, alantq͛ mutua͂, et bono seruo ac
oportuerit universam patriam administret. In primis optimu͂
aliquem assessorem sibi asciscat. Illi n. quem deligerit, nō munus
tantum Assessoris videbitur tribuisse, sed bona͂ q͛ partem sue
existimationis credidisse. Consistit et ꝯ ut nosti unum idemq͛ tri-
bunal, et presidi quicq͛ nō licet in Assessoris iudiciu͂ ut nec
Assessori in iudiciu͂ presidis. Optimu͂ illum fore iudico, quem
idemet Veronę expertus sit iuris scientia, rerum usu, morumq͛
integritate precellere. Non qui ex abrupto decidat iuribus
nō auditis actoris et rei. Non qui pauperes si ius foueant,
cogat efflare anima͂, aut ob id de sistendo, uel contendo deli-
berare, quod diutius litigandi facultas nō suppetat. Non q
socpius interloquendo pronunciat, priusq͛ causarum merita
definiat, non qui sententiam ferre nesciat nisi perplexam
seu cui caudas perniciosissimas ex destinata malitia nō infigat,
ut miseri litigatores, dum putant à lite p sententia͂ demu͂ se
subductos, ex ipsa nouis et immortalib͛ inuoluant. Non qui dia

agere, et Iudicare huiusce causae peromnes consueuit, Armina n. Malitia, et Cupiditas assessorum, efficit ut saepe uidimus Spadio Alioqui Laudatissimorum obliuionem Conterraneis Iucundiorem fuisse quam Memoriam. Quod si forte expertus & fortius sit Verone minus Idoneum quod me plane latet, Iuribus deligat, qui in hoc Magistratu sibi Iuxtim assideat (ut solet vir Sapiens) operi ducturus. Sed de iis nimis multa. Cottam nepotem meum ita tibi Commendo, ut neque Spectatam morum Sanctimoniam ab eo absit neque Iuris prudentiam et eruditionem in ipso desyderemus. Vale.

Ant. Bell. Tyberio Deciano S.

29c Ego uero tuam Orationem diligenter suppressi, ut tibi morem Gererem, Imo diligentius quam oportuit. reposita est non quidem Inter Schedas meas, sed in Scriniolo, in quo seruatur quicquid est reculae meae nummariae, ne quid sis solicitus, quod Inuito te eam cum alijs ostenderem, Verum si commode, an secus tibi tandem. Ceciderit Ista Supprimendi, & occultandi ratio ipse uideris. Voluissem profecto, si pace id tua licuisset, et & alij in medio eam foro Ipsam uidissent. Quoniam uero suspicaris, ne quis malicious rapiat in Contumeliam honorem tuum, ab ostensione abstineo, ne dum animi pendeo, quid poteram. Nam et si scio ipsa Oratione eruditius, copiosius, & elegantius, aut doctis hominibus Iucundius nihil esse posse, volo tamen esse & haberi tibi obsequentissimus, si quis alius. Et si autem tuam antea perfectam habuissem, non Fabricius legisset, non ipse Cornelius magni nominis Inter Oratores, frontis tamen admodum uerecundae, sicut nec alius postea uidit. Fabricius sane te uehementer obseruat, et Orationem ipsam coram mirifice mihi laudauit, Identidem Cornelius per Epistolam, quam mitto // Ad id Iudicium confirmandum omnes reliqui mea quidem sententia accessissent. Vale

// cum altera quam a me acceperat.

Ant. Bell. Cornelio Frangipani s.

297 Oratio Tyberii si iam ipsam legisti, sat diu esse puto quod apud
te manserit. Sin minus, Legere et mihi restituere velis rogo,
et quid sentias dicere. An aliter atque ego, qui optime sentio.
Voti aut Compos fieri non potui, antequam ex tuo Terentio re-
misset, unde ex filio Sebastiani Cedesse Cognovi proxime te rediisse.
Tuam vero orationem quam apud Germanos habuisti aut habi-
turus es pro Matthia Duyno Illustri Juvene, Legendi Studium
statim ut ad me miseris, et libenter Impendam, non tamen apud
te quid ego de tua Sentiam, sed apud alios, ne tibi assentari videar,
testificaturus, neque utrum Judicem elegantiorem esse. Palam enim
in Confesso est, utrumque vestrum Jam tenere Arcem Eloquentiae,
Ego Animum Inducere nunquam possem, ut alteram laudarem, alte-
ram Contemnerem, Cum maxime dispar fuerit orandi ratio, si
male non assequor coniecturae, Tyberium scilicet de Sonte puniendo
te de liberando si Matthias dici sons queat, utrumque vero maxi-
mis telis Eloquentiae contendisse. Vale.

Cornelius Frangipani Ant. Bello s.

Restituo Orationem Deciani, quae mihi Admodum placet, Habet
enim Sententias crebras, Genus dicendi Floridum et copiosum,
et ob variam Doctrinam plurimum delectat. Ego Decianum semper
Amavi, eique semper plurimum tribui. Meam pro Hofero
Intra paucos dies tibi mittam, cum magis Emuncta fuerit, et
tanquam verecunda puella ad te veniet virum eruditiss. qui te-
reteis aures, et Intelligens valde Judicium habet. Vale.

Ant. Bell. Nic. Ponti. S

298 Quom Tyberius Decianus tribus meis Epistolis responsum plane nullum
dedisset de Contubernio, quod tantopere exoptabam et illud Consequi
posse absque tua Commendatione minus Confiderem, Excitavi te
per literas ad Scribendum, ne quid modo videret Dignitati tuae
Impedimento esse. Tandem rescripsit ille ad meas Epistolas se

R.mi Cardinalis Pisani, et Lauregij, qui Patauij praeturam
perfunctus est, et aliorum Clarissimorum Virorum Commendationes,
qui in petitione Contubernij praeuenerant adduci non potuisse,
ut in illud quempiam cooptaret. Respondi me aequo animo eius
excusationem accipere. Interea literas tuas ad ipsum perlatas
fuisse cognoui, quibus Paulum nepotem meum diligenter com-
mendabas, et Tyberium apud te ipsum rationibus se purgasse,
quas ipse in suis ad me literis, antea copiosius adduxisset,
Sane neque ego te rogassem de Contubernio, neque frustra labo-
rare voluissem, si antequam ad te scriberem, preces tantae auto-
ritatis Amicorum, a se reiectas fuisse mihi significasset. In
ipso autem Tyberio videor singularem humanitatem, comitatem,
probitatem, et voluntatem erga nos perspexisse, nec inhumanius
egisse quicquam aut durius, quam humanissimi, prudentissimi et
scientissimi hominis mores postularent. Nam nisi sponte
volumus a petitione desistere, videtur adhuc nescio quomodo
nepoti meo quasi aditum patefacere. Visum vero mihi fuit
vel hoc argumento a petitione desistere, ne honor et autoritas
Magnatum, qui tulerunt repulsam, me autore, sugilletur aut
aliqua ex parte labefactetur. Nam et ego compertum explo-
ratumque habeo ipsum, quoquo responderit, ea animi moderatione
atque prudentia praeditum esse, ut nihil malit, quam cum summi
erga me amoris, tum vero suae obseruantiae erga te summae
rationem semper habere. Scripsit enim nihil se tibi negare posse,
vel si summi viri autoritatem spectet, vel si tuum erga ipsum
officiosum animum recolat, et si non admittam ego eius excusatio-
nem, quam tamen antea admisissem, se paratum ad omnia,
quae ego ipse iussissem. Quocirca ipso suadente consensi tandem
de Contubernio in duos L. cum priuilegio in singulos Annos,

qui Patavii statuit facere stipendia, nō docendi quidem, sed alendi et educandi treis ingenuos adolescentes aut quinque ad summum, quousque à patria ipse abesse causa studiorum filii sui necesse habuerit. Non igitur à Tyberio videmur repulsam tulisse, sed nos potius ultrò tandem abstinuisse, ne viri illi amplissimae dignitatis, ipsi, qui plenus est sp officii et humanitatis offensiores essent. quem illis contubernium pernegasset, absit revocem ad ullas inimicitias tantos amicos. Sed vide miram hominis benignitatem: vult quotidie patere nepoti domicilium suum, reliquisque Pri-uitellii contubernalibus studiorum causa, ut ipso duce & auspice certatim in rudimentis disciplinarum legalium operam impendant cum filio suo, omnesque ad ingentem eruditionem & doctrinam paucis annis perveniant. Haec ad te scribere volui ut pro certo haberes mihi cognitum esse in primis te cum Tyberio diligenter et accurate egisse, deinde literas tuas apud ipsum plurimum ponderis habuisse. Postremò id muneris me acceptum abs te referre, quod summo studio deposcebam. Unde gratias tibi ago, quam possum maximas, tametsi studium et officium tuum huiusmodi maius fuisse existimo, quam ut agendo tantummodo gratias, tibi satisfacere queam. Vale.

Ant. Bell. Federico Baduario 3.

299 Ad me venit Falcidius gener, et de nova legatione, ad quam lectus es mihi significavit ingentem se laetitiam concepisse. Hortatusque est valde, ut ipsam ad te per epistolam quoque deferendam curarem. Amat .n. te mirifice observatque, nec ullius rei cupiditate magis teneri videtur, quam ut servum tibi se approbet semper fidelem ac

Diligenter cum multis rationibus, tum precipue quod superiori anno innocens ipse absis parentesque tuo Clarissimo Senatore ad versus manum quandam seditiosorum hominum non modo adiutus atque defensus, verum etiam iterum a pretore delegato iudice tandem absolutus fuisset. Ego igitur qui animum generi tibi deditum, tuumque in ipsum studium permagnum esse plane cognovi, quam ipsius nomine, tam meo tibi gratulor vehementer de accessione huiusmodi Legationis. Non enim vereor, quin delatam susceperis, obeasque libenter. Munus est perquam honorificum & utile, quod Senioribus vel spectate et premature virtutis atque prudentie viris impertiri consueuit. Et quamvis ab urbe venета te abesse ad aliquod tempus longe gentium oportebit, interim tu ex peregrinatione multum prudentie colliges, perinde ac ex literarum studijs tibi doctrinam magnam, sapientiamque parasti. In Hispanias proficisceris ad summos Reges & Principes, apud quos ob eximiam tuam eruditionem, humanitatem, dexteritatem, candorem atque modestiam infinitos amicos maxime autoritatis homines tibi conciliabis, cognosces ignotos antea, et cuique tu non eris ignotus, Regiones & oppida multa invises, quod vel animi gratia fecisses, ritus & mores hominum diversos intelliges, Et si non aliud emolumentum adferret peregrinatio, certe reddimur quotidie prudentiores. Simulatque vero Legatione perfunctus in patriam redieris gratissima tua res pub. tibi nec ambitus quidem amplissima munera deferet, que non sine summo labore parantur, nec sine preclara virtute integritateque sustinentur. Memineris autem fortunamque ipsam omnibus illis benigne respondere consueuisse, qui demum sint de sua re pub. benemeriti. Illos vero duntaxat benemeritos dici, qui nullis itineribus, nullis molestijs, nullis periculis deterrentur, si etiam necesse sit, ut vitam ipsam patrie sue impendant, que vita

charior esse debet. Unde cohortamur te ambo velis pro tuo maiorumque tuorum instituto in legatione tibi commissa obeunda et secunda laudis amore generosum ac singularem erga tuam rem pub. animum pronamque voluntatem testatissimam facere, quemadmodum te facturum nõ dubitamus. Quicquid vero quod à nobis vel alterutro nostrum praestari pot, quod tibi sit vel usui, vel ornamento futurum, tam tuũ esse existimes quàm quod maximè tuum est. Vale.

Antonius Bellonus Franc.o Robortello s.

300 Ut tibi morem gererem in eo quod mihi mandaras pridie q̃ hinc Venetias proficiscereris, Epistolam ad te scripsi superiore hebdomada, qua rogabam ut mihi de tuae scholae rationibus nonnihil significares, an frequentes essent auditores, qui te adirent, et quos autores interpretari eis instituisses. Secundo te monui, cum Tyberium ad literas respondisse, quarum ei reddendarum à me tu provinciam suscepisses, tibi non iam opus esse ut me authorem faceres, cui Patavium ex Venetiis ad ipsum deferendas tradidisses. Rado autem usus sum tabellario, qui hic moratur in mea vicinia. Fasciculum n. in quem meae cum ad te literae, tum ad alios coniectae fuerunt, ascripsi Ioannibaptae Alegrando Vincentino viro admodum diligenti, cui suspicor nõ fuisse redditũ. Fortassis Rado excidit in itinere, ex ipso sciam statim ubi reversus fuerit. Nam necdum à te nec ab aliis ullum accepi responsum. Ardeo desiderio tuarum literarum ut exploratas habeam scholae tuae rationes. Te n. amo vehementer. 3[illegible]
Ego Andreas parens tuus et ego mutuo nos diligimus ab adolescentia, operamque simul literarum studiis unanimes sub Francisco Diana praeceptore nunquam poenitendo. Fac amabo me cum patriae cõis, tum parentis viri optimi ca, quem habebam

Inter amicos precipuos de istis rationibus certiorem / Et si
Auditores attonitis erectisq3 aur[ibus] te omnes auscultent Confisi ut
te debent tua singulari doctrina et eruditione / uel si quis te
interpellauerit procaciter causa ingenij sui ostentandi / uerb[is]
modestie potius, et cum honoris q[ua]d[am] fatione / tui no[min]is illustrandi
gratia, uel si quis perfricte frontis i[n] uocem prorumpere aus[us]
sit et dictis tuis ac interpretationibus acquiescere nullo pacto uelit,
accepi t[ame]n iuuentutem uenetam ingenio ac modestia florere plu
rimum / et eloquentie studijs delectari. Hortor et si pateris et
moneo si quid eiusmodi acciderit tibi doctissimo & humanissimo iu
ueni, aut si qua alia iniuria facta sit ne prorumpas in bilem;
nec iucunditatem animi uel aspectus tui demutes / ne iniquiore,
aut turbatiore animo e cathedra descendisse, quam in eam ascen
disse uidearis. Sepe .n. hic accidit ut qui professorem inter le
gendum lacessiuerit. obsecro mihi ne ascribas arrogantie, quod q[uas]i
sus Mineruam [docere] uideor .n. facere quod officio meo no[n] sit alienu[m] /
si quid te paterne admoneam. Et nihil e[st] quod debeas mea lenis
sima eiusmodi monitione commoueri, q[uae] a magna senioris beneuo
lentia proficiscit[ur]. Soleo .n. passim predicare patriam nostram
tue uirtutis g[rati]a miru[m] i[n] modum illustrari / Et quia no[n] minore
tue quietis ac laudis / quam mee rationem habeo, in hoc laboro
anxius ne quis suis ambagibus arrogantia et temeritate tui existi
mationem nominis labefactet. Vale.

Ant. Bell. Nicolao Ponti S.

Iannes Antonius Fielodius, qui has tibi reddidit Colloretanis con
uersam h[abe]t de quodam exiguo fundo / et mou[it] egit ut eu[m] tibi ac
curatius commendarem. Est .n. omnis eiusmodi generis iuris pru
dentie callentissimus, et sponte sua meosq[ue] sermone tibi debitis
nocens probe conscius scit me ac debere omnia tua ca[usa]. Iudices

habiturus est istic novos auditores, Et indubitanter putat, cum perspicuum est se causam tueri non iure minus optima, quam equitate, de qua hic eius adversarius ceciderit, tum rei sue bene consultum fore, modo expeditionem celeriter consequatur. Quare cum in primis laboret ne expeditio longe refugiat, et te generum habeas rogo ut eum studium tuum sibi non defuisse, tum absque multo temporis dispendio in portum huiusce mee commendationis aura se perductum intelligat. Nos n. ambo quos ita sibi in perpetuum, dabimus operam, ut fratres nos aliquando memores cognoscas. Volo aut mea ut hec commendatio sit eiusmodi fratres, que in singulari tua benignitate prudentiaque conquiescat, ne, si tu ista virtute, dignitate, amplitudineque senatoria suspicari queas contra existimationem tuam ne pilum quidem venire voluisse, vel unquam cogitasse, vale, ... Divinxoris.

Ant. Bell. Tyberio Deciano s.

302 Quidam Triacha Franciscanus ex Patavio nuper profectus mihi nunciavit in suo hinc discessu tecum se locutum fuisse, si quid accideret, quod sibi ad tuos in patriam revertenti velles imponere, nihil magnopere habere. te respondisse quod pridie quam tecum loqueretur de scripturis nonnullis ad me scripsisses. Quibus aut de scripturis sermo tuus fuisset memoriam sibi plane excidisse. Rogavi numquid fortasse de tua oratione quam ad me misisses, habere inquit pro certo quod non. quo factum est cum ut in eo plus memorie, ac diligentie desyderarim, tum ut eius oblivione rei tue nunc gerende facultas mihi negata sit. Tu velim quod Franciscano mandaveras scribas ad me. Non differam quin, modo sciam et possim, statim diligenterque prestem. Ego nullas exemplar absit

Accepi postq̃ commigrasti praeter duas, quarum altera data ē
IIII. Non. Julij. altera. VII Calen. Augusti. Tot aūt ad te misi
ut, ne crebritate animum tuū offenderim. Vehementer dubito.
Rescribendi aūt molestia te libero, nisi q̃tr t̃pe existimes ad me
rescribere tibi otio opus esse, et absq̃ tuo incommodo ac molestia
possis. Sentio n. te studijs & lectionib̃ tuis valde occupatū ēe,
Quod vō scripsi non repeto, meas ūcr credo ad vnā usq̃ redditas tibi fuisse. Quod ad nepotem attinet – venit cū Priuitellio ad statutam diem et affert secum Corpus quod domi habeo Juris Ciuilis ex officina d'Tortis, – Aiunt pulchrius istuc deuectum ex officina quadam Lugdunensi. & vili ēē pretio ducendi a transalpinis istic quando creditum in patriam adornant cursu confecto studiorum suor̃. An magis referat Corpus habere ex una, quam ex altera Calchographia, ignoro penitus. Crediderim quod aūs virtus sit potius inferenda propositas eruditio et memoria, q̃ˢ oculis Caracterū & ū, dicam et Antiqui Jureconsulti quamuis carerent Codicibus Lugdunensib̃, et manu tantum scriptis uterent, fuerunt tamen callentissimi legalis scie̅, et virtutis memoriā retinent sempiternā. Exploraberis ac scribes si satis otij tibi esse per spexeris quid mihi agendum sit de codicib̃, cum egeo tui consilij. Vale.

303 Ant. Bell. Francisco Robortello s.

Conuenit me hodie domi Paulus frater tuus uterinus vobisq̃ tuis egit mecum accurate, ut Camillam filiā meā cū aliqua tū condecenti dote tibi despondere. Illico respondi paratum me despondere, et in dotem conferre ducatos sexcentū, quā dotem p̃ mea facultatula, condecentem esse censeo, tametsi dotib̃ ijs ac ipa, ne quid de forma dicam, p̃dita sit, q̃ vel indotatam commendare possint. Etenim nulla ē ex sex alijs meis filiabus, q̃

à me dotata fuerit, preterquam cum duos Trecentis. Adiungo
pecunie quicquid Camilla habet ad suum cultum et ornatum,
ut Interulas, vestes, aurum, gemmas, & alia id genus muli-
ebria, que valore possunt circiter alios duos Centum. Ita dos vi-
detur sibi quam condecet quia summam conduplico. Tu vero
si de amplissima dote solicitus es, alteram uxorem oportet
invenias, prebere certe poterit qui sit locupletior. Ego am-
pliorem prestare, vel promittere non queo, nisi velim meæ domui
capitium afferre, que maritis sustentatur, & deinde quod nepos
neptisque ex Bellono filio reclamant acriter. Hec ut haud
ita multo post dotetur et ipsa, ne marito careat, Ille ut
Legali Scientie operam det Patavij, quo proxime cum
Privitellio profecturus est, que res et ad te maxime pertine-
ne scilicet Dotem, si ampla fuerit, uxor tibi obijciat, & cum
ea tu vel diculam vivere non possis sine querela. Ego me-
lo mediocrem ut suaviter & absque ulla offensa cum Coniuge vivas
ad supremum usque diem. Rem habes in tua prudentia positam.
Quamobrem si conditio tibi non displicet, ad nos incunctan-
ter venias, videbis filiam, que stata forma est, nec mali mori-
-ta et Sponsalia notabunt manu publica ut firmiter Constat
Matrimonium. Inde cum volueris eam ducere dependam
tibi ac numerabo presentem pecuniam et quidem totam. Sin
vero in ea es sententia, ut plus pecunie velis, ne labores am-
plius de filia, nec tibi putes eam de ea hinc veniendum esse,
sed à te ut statim me certiorem facias et atque oro peto,
Conferam cum uno ex alijs, qui deposcunt ipsam uxorem
sibi dari, quibus omnibus te virtutis et eruditionis ergo pla-
ne anteponendum duxeram. Siquidem quem virtutibus habet
quod preferunt auro. Quamcumque aliam duxeris, mihi gra-
tissimum feceris, necdum iacturam amicitie nostre vel tantillam.

nam tibi cupio omnia, et inprimis bene auspicatum coniugiu, verum Assentiores habere sp oculos & aures spicas, hoc e in oculis aures, et in auribus oculos, ~~ut videaris qua amor~~ ut videaris quam amor perpetuam sociam fortunaru omniu, & a qua vicissim ameris, cu iudicio delegisse. Ita n. te invitatu volo ad coeundam cum aliqua Virgine societatem perpetuam signandae prolis ca, ut nihilo secius liberam facultatem habeas, quam malis ducendi. Quod aut in agello pdiu nuper emeris voluptatem non mediocrem cepi, mo nulli controversiae sit obnoxium, et emptio undecunq tuta. Est vicus profecto ditionis regiae qui cum salubritate, tum ubertate, tum vero et amoenitate vehementer te delectare possit. At hec tpa ii mores st, ut hodie qui bona fide iustoq pcio emeret, & a venditore quoq ius iurandum exegerit, nemo de sponsore sibi caverit, ad litigandum no raro trahat. Quod si te trahi non acciderit arbitror rationib tuis abste probe co-sultum fuisse, quas intelligas velim tibi no maiori curae ee, quam mihi. Vale.

304 Ant Bell. Federico Baduario S.

Ne te non cognoscerem hominem humanissimu meiq amantissimu, Falcidij nuncius no mo literas heri sub noctem mihi reddidit sed et ipe mat hodie tuis verbis me officiosissime salutaturus erat, nisi febricula quedam ei impedimento fuisset. Ex tui n. in me amoris abundantia id officij, ut me salvere iuberet ex literas imposuisti, quarum suavitate summopere delectatus fueram. A te aut responsum e mihi, lingua Etrusca, non quod inopia laboret latini sermonis. Eruditio n. facundiaq tua singularis palam doctissimorum

omnium Calculis comprobatur, sed quod hodie ornatissimi
quique viri fortuna doctrina et dignitate, non Latinas sed
Hetruscas quasdam literas, nequaquam tamen populariter scriptas,
dare soleant et accipere, Quod ita mihi probatur, ut eo nomine
tibi plurimum et gratuler. Nimirum Hetruscis non deest
Eruditio, facundia, ornatus et autoritas, quando Paulus
Manutius vir apprime doctus praeclaram navasse
operam, quod quasdam literas a nonnullis peritissimis viris
Hetrusce compositas seligendas duxerit, et formis excudendas
nominique tuo consecrandas curarit. Nunc ad tuas
breviter sed Latine respondeo, ne ab instituto meo digredi
videar, simulatque superioris meae epistolae lectione te non parum
delectatum intelligo. In tuis plane nihil est, quod desyderem,
sunt castissimae, emunctissimae et more Hetrusco, ac tersae ple-
nae dulcedinis humanitatisque, ut in eis humanitas ipsa expressa
passim appareat. Unum tamen ut ingenue fatear, id
mihi magnopere improbatur, quod ad me laudandum te totum
dare quodammodo operam contulisse videaris. In eam rem
non ego scripsi, ut me laudibus ullis ornares doctrinae atque pru-
dentiae, immo nec ut a studiis et [illegible] negotiis tuis te ad
mihi rescribendum abducerem. Novi me postremae notae
Tabellionem, qui in Urbe illustrissima assidue versatus sum
numquam in agendis rebus praesertim magni alicuius momenti.
De genero audio te occupatissimum hominem [illegible] ex
Italia adornare discessum, ut inclyti Senatus mandatis ad Christianissimum
Regem Legatus deferas, nec tui otii vel negotii rationem
pati, ut ad mihi respondendum satis commode animum
inducere possis. Quare si tibi fortasse placet, rescribendi
molestia te libero, quamvis sit tibi pergit facile utriusque lingue

Iras dare, tum mihi legere perque iocundum. Quod si scribere
velis, laudem quaeso immerenti ne tribuas, cuius me magno-
pere pudeat, quam sustinere non queam. De me vero velim
ut de servo liberè statuas pro tuo arbitratu rebus in omnibus, ad
quas obsequium et officium meum accommodatum intelligas. Et
postquam singularem fidem ac diligentiam in multis me praestitisse co-
gnoveris, non minus in me amando, tu confirmeris, quam
ego te colendo perseveravero. Quod me hortaris ut vale-
tudo mea mihi curae sit, et tua tibi ut sit velim hortor et
rogo, tua namque salute nihil mihi charius esse potest. Et ex
animo comprecor Dii tibi dent felicem istam legationem,
et felicem in patriam reditum, ut te postea dedas gerendae
ac procurandae rei pub. cum domi, tum foris, vel in otium
quandoque venire tibi placitum fuerit. Virtus .n. in
actione consistit. Inde cum ingeniis tuis meritis indies
magis atque magis crescentibus, tum sanctissimi Senatus
benignitate in hac urbe, in qua domicilium et patriam
habes, tibi patebunt (sicuti perspicere videor), honores
amplissimi ad supremum usque senatum (quod faxint superi).
Vale. Romae 23 septe. 1549.

Ant. Bell. Io. Ant.o Falcidio S.

305
Epistolae meae postremae ad Federicum illum tuum Baduarium
qui progenitores suos virtutis splendore, ne quid am-
plius dicam, tam exaequavit, exemplum, quod postulas, negare
tibi non possum, Latine .n. scripseram perinde te autore,
atque ille rescripsit Hetrusce, qui tamen proculdubio la-
tinissime quidem et elegantissime potest scribere, quoties
velit. Mihi vero a via declinare, in qua me dederam

turpe esse duxi, quom presertim ille rescripserit magnam se voluptatem cepisse, tametsi tantis vitas ego facio, ut magis esse Tabellionicas quam Latinas existimem, agno-sco, ut video, crassam et inscitiam meam, ergo si quid et tu in meis offenderis, quod tibi non satisfaciat, me contumelio-sius habeas quam par sit. Etiam si nescio, facilius pa-tior ineruditus dici, quam notarius. Vale.

Ant. Bell. Tyberio Deciano. S.

306 Primitellius noster hodie se mihi ostendit non defuturum quin etiam diligenter curaturum eius, vel perendie istuc se recepturum ut Domum sibi Locandam curet. Appetere tempus seu forsan iam appetisse in quo domos sibi invenire possint Conductitias, qui incumbere in studia velint. Ego vero qui minime hominem gravare velim Primitelli, quem sine aetatis, atque virtutis et doctrinae causa aliqua veneratione mihi prose-quendum semper existimavi, vix adduci poteram ut mandatum aliquod ei darem. Victus tamen tanta eius humanitate non potui tandem non ipsi imponere, in quo diligenter se labo-raturum spopondit ut scilicet apud istius Civitatis Ebreos, qui multifarium negotiationis et mercaturae genus exercent Corpus quaereret Iuris Caesarei ex officina Lugdunensi, quo necessitati mei studii consultum esset, postquam quod apud me est ex Calcographia et Torris pridie sustutinem abiit, nec se quaesiturum tantum pollicitus est, sed si invenerit, etiam nomine meo aliquid pecuniae numeraturum. Istam amici benignitatem accepi et gratias egi. Mox cuidam Ebreo ante fores domus meae transeunti, meam eiusmodi Cogitationem Aperui.

Affirmavit haud dubitanter Codices quos peto Lugduno platos me inventurum cum apud alios, tum signanter apud amicum suum, ad quem data opera scribit, ut multo minoris ab ipso quam ab alijs emam. Agit Primitellus bona plane fide, cui res meas cordi fore non ambigo. Te enim importunus ausus non sum interpellare de levi re et parvi momenti, quem gravioribus negocijs et studijs occupari scio. Rogatum tantum volo ut nepos meus, ubi Patavium appulerit, non minus tibi Curae sit, quam Primitellij Contubernales reliqui, quibus aeque, ac tuo Accolas te domesticè audiendi potestatem facere benignè ac liberaliter fuisti pollicitus. Etenim magnum quid esse censeo ac rarum, quod à te illis praestari possit, quos ex animo Complexus fueris, Modo desudare ipsi te docente certatim, et in palestram muniti laudis amore quotidie descendere non detrectaverint. Utini 17. Cal. Octo. 1549.

Ant. Bell. Francisco Robortello S.

807 Legi literas tuas doctas quidem & eximium styli nitorem praeseferentes. Et ex Paulo fratre cognovi velle te impendi tibi scutatos Septingentos, hoc est quinquies mille nummum, tantum enim valent iuxta supputationem Budaei, scilicet uxorem cum dote fidemque & Amicos et genus & formam regina pecunia donat, ait Horatius praeposterum accusans iudicium imperitae multitudinis. Verum quae dos Matronis pulcherrima? Vita pudica. Sapiens enim mavult uxorem bene moratam, quam bene Dotatam. Dissentimus ergo valde, Tu filiam meam pecunia estimas, ego animi dotibus. Frater praefatus tuus, sicuti videris in mandatis ei dedisse, nihil reliqui fecit ad eliciendum quantum potuit, quamvis velle nihil tibi deberes ab amico, quod dantem tantopere gravaret. Experior enim ob aetatis impotentiam exercitium Tabellionatus desijsse mihi ex Loco fundi fertili et quondam fuit. Et novi me cum ortum, et serum ita factum in minoribus fortunis etc.

tunis esse, tum maioribus impensis premi; quam ut ampliorem
dotem Conferre queam. Pollicitus autem fui Sexcentos du
catos, tum ut filia fieret Coniux doctissimi & celeberrimi profes
soris, tum mater filiorum alicuius nominis; quia quelibet ex aliis
à me elocatis cum Trecentis duntaxat dotata sit, et ipsarum aliqua
si transiliam, mussitant quod in dote à Camilla tanto absint interuallo,
contra me ad supplendum agere velle. Itaque respondeo libere me plus
non posse, quam in literis meis tibi pollicitus sum. Contentum tamen esse ad
dere alios ducatos Quinquaginta tue virtutis et traditionis ergo. Si
recusas Conditionem, non moleste feram, nec minus amicus tibi ero
quam antea, quinimo Igitabor maiorem in modum absit quapiam altera dua
quae cum ampliorem dotem conferat, tum vero auribus tuis occinat Can
tiones amabilissimas. Valeto.

Ant. Bell. Franc.° Robortello. S.

308 Quod nunc ad te scriberem nihil erat. literas n. quas tuo cuidam fa
miliari quintum abhinc diem, ad te dedi, puto redditas tibi iam fuisse.
Quoniam vero .B. ob quandam suam litem Iter istuc sit, in eandem
cum meis superiorib. rationem breviter scribendum duxi. Matrimonij
cum Camilla filia mea, de quo per Paulum fratrem tuum, Inde tu per literas
meum egisti, et quod ego negaui nunquam, spem video mihi afferri prorsus
nullam, discrimen videtur magnum inter nos esse. Postulas scutatos
VII.c obtuli ego ducatos VI.c quibus mihi videbatur inspecta tenuitate fa
cultatis meę nihil penitus addi posse. Pretergressus tamen rationes meas
virium adieci in eam dotis eam ad extremum ducatos alios L.ta Cum
quod de te optime iudicarem, tum ut antiquę necessitudini nrę nonnihil
tribuerem. Si non acquiescis expetere mihi videris matrimonium pa...
equo et amico animo quasi me velis in aliquam Calamitatem detrudere
vnde per me quidem licebit, ut quam velis alteram vxorem ducas, &
vicissim per te liceat filię iungam quem velim maritum. Res omnino Inte
gra adhuc est. Sin vero Conditionem amplexus fueris, fac ne tuę reso
lutionis expectatione diutius me suspensum teneas. Fratrem tuum

procuratorem nominatim ad Contrahendum cum Camilla Matrimonium, Do-
temque Stipulandam, & mitte mandatum cum necessarijs clausulis manu publica,
aut quod melius mea quidem sententia esset, ab omni occupatione te ex-
pedias, si fieri potest, teque ipsum ad nos celeriter Conferas ob rem tam se-
riam, Ita tu vel illico meum consilium, et nuptiarum tuarum famam in
apertum proferetur, vel certo scias ne spem quidem tibi amplius relictam
esse ut mecum confici queat. Doctrinae vero Integritatisque tuae ita confido,
ut facile mihi persuasum sit, Te Venetijs quoque non modo in Etruria,
a multis quidem praeclarissimis viris dotem multo ampliorem consequi
posse. Ex meo enim te animo metior, qui mendacium dicere nescio, &
agnosco quoque ex tuis ad me literis Parentis tui optimi viri amicique
mei Sincerissimi testimonium me scilicet probum hominem esse, & in-
dustrium Tabellionem quem finxerit et aliqua virtute praestare
ut alacriter in studia literarum puer Ingredereris, & in me imitando
operam Impenderes in quibus tantum posuisti operam, ut non me
solum consecutus verum et ceteros omnes Conterraneos longissimo
Intervallo post te relictos fuisse. Igitur Eruditione tua humanitate
& Amicitia frangere istam aviditatem, & dotis equitatem am-
plectere, quam tibi obtuli. Hoc ego tibi sane plus debebo quo tua
humanitas erga me celsior fuerit et liberalior, quam erga te mea
esse possit. Sin vero acciderit, ut mihi gener non accedas, Scito me
nihil profecto fecerit, quod a summa tua in me benevolentia alienum
mihi videri possit, quinimo habebo te semper filij Loco ne ullo tempore
metuere queas aliquam animi mei defectionem. Equidem transcen-
dere non queo, quam tibi recepto dotis summam. Tu si ego maiori numero
velis ditescere quaeras Budeum. Rides? numerum dabit Infinitum
cuius videris tam curiosus esse, Ex cuius Asse sumes non modo scutatos
Septingentos quot te velle Intelligo, verum etiam Innumeros Cechinos
Myriades. Numerum franciscus Iudicavi semel quem ex Bellono tuo su-
mere posses. Si videro exiguus, ad me ne frustra venias, nec man-
datum mittas, rem plane Desperato, Te tamen amare observare &
Colere nunquam propterea Desinam. Vale

Ant. Bell. Nicolao Ponti. S.

309 Qui nuper uxorem duxit filiam meam Franciscus Robortellus
Utinensis ciuis est, et quidem doctissimus humanissimusque iuue-
nis, cui virtus per pulchrum & laborem ante diem certe preclare e-
rexit. Sedem eius fecit compluris annos, cum in alijs aliquot ci-
uitatibus, tum maxime in Pisano Gymnasio; ubi edidit, inter alia,
Luculentissimas explicationes in Poeticen Aristotelis non sine multorum
admiratione, magnaque sui nominis celebritate; Caesarique Illustriss.
Florentiae Duci Cosmo, cui gratissimus erat, dedicauit. Euocatus
tandem est, susceptusque ab Inclyto Senatu ad insigne istic publice
Legendi munus in utraque Literatura. De te autem cum, ut fit, inter
Loquendum mentio orta fuisset, visus est mihi suum animum, fidem
et obseruantiam erga te singularem mihi patefecisse. Nam Comme-
morauit, quod optime noueram, non ocio tantum & literis, sed rerum-
que publicarum Administratione te ad summam gloriam euectum fuisse.
Vnde ipsum te patrono, de quo meum tam preclare sentiret et
Loqueretur, non indignum clientem existimaui. Quare te generum
tibi sponte Commendo, qui tuo amori sponte etiam totum se tra-
didit; tanta enim doctrina, ingenio, Comitateque preditus est, ut speram
mihi minus pro illo apud te, quam illi pro me propitium labo-
randum esse. Quod si occasio dabitur, efficere digneris obsecro, ut
sentiat cum ob eius raram virtutem, tum ob meam huiusmodi Com-
mendationem studium tibi tuum, rebusque suis plurimum profuisse.
Neque enim dubito, quin tibi vicissim sua scribendi industria tibi satis-
facere possit, et nullis non officijs libentissime velit, cum maxime
scripta cuiusque doctissimi viri ad Confirmandam augendamque
Memoriam Summorum, qualis et tu in Veneta tua Re p. apud
Posteros Immortalitatem quandam afferre soleant. Vale.

Ant. Bell. Tyberio Deciano. S.

310 Franciscus Robortellus dies aliquot apud me fuit, quem duxisse uxorem

filiam meam facile Conijcio ex tuis literis nondum rumorem illum ad
te venisse. Ipse enim dubio procul de nuptijs Congratulatus fuis
ses, quoniam nosti vtrumque nostrum tibi amicissimum esse, Celebratis
autem nuptijs sponsus ille Venetijs hinc Emigrauit v. Id. Octob.
cum matre, fratre et Coniuge, vt Legendi munus, ad quod fuit à
senatu Lectus, aggrederetur. Voluit ut ibi Caia eet, ubi et Caius.
Duxit secum et Paulum nepotem meum, ut ipsum et Corondy
doctissimorum virorum orantem audiret, Indeque Patauium se
Conferret. Hodie vero iii. Id. me Adijt Orinitellus nuncians
ad XVI. Calen. Nobris hinc Iter se arrepturum ad Gymnasium
Patauinum. In Impendia Contubernij Semestris, ei numeraui Du
catos XXV. Item alios X. quos Robortello ex
notijs reddendos curaret, qui sicuti pollicitus mihi fuerat,
non ni libris conficeret. Circiter sesquihoram quàm à me
Orinitellus abijsset, Cepi literas quas à te mihi nescio quis
attulit Datas pridie Cal. Octob. ijs me Certiorem facis non mi
nori precio te Conuenire potuisse de Codicibus pulchri Compa
ginatis, quàm Coronatorum Nouem et semis, et quid velim
absque fieri, petis ut ad te scribam. Ita videris de Codicibus
tam conficisse, sed alienam pecuniam profundere te non ausum
fuisse. Si uero labore exonerat est gener, quem ut à me Grams
aliquem fuerit, Libentissime suscepérit. Orinitelo numeraui
Orinitello alios duos ducatos tum ut prestem pollicita, tum ut tu
fidem et nominis tui autoritatem sustineas, vel apud ebreos. Illud
aut mihi respondeas est, ut nepotem meum erudias plane rudem,
nondum n. fundamenta aliqua iecit in Legalibus disciplinis, et
cum Orinitello serues à perditorum Iuuenum Consuetudine,
et Cures cum alijs discat, seque perditum non eat. Iussi enim am
bobus ut obtemperet viris in re literaria prestantissimis, et Dominis
optime meritis. Vale.

38. **Ant. Bell. Franc° Robortello S.**

Scribam tibi Robortelle familiariter, et quicquid in mentem venerit nunc et posthac quomodocumque tempore, sicut postulat arcta nostra necessitudo, teque velle mihi persuadeo. Nam quo familiarius frequentiusque scribendo munus, hoc erimus ad scribendum promptiores. Ita n. facilius [illegible] stabimus officium & apertius, tu professoris, ego Tabellionis, verum si in eo genere familiari tibi ipse nõ satisfecero, elegantius quotidie [illegible], & copiosius ad me scribes, operam ego nõ summo anxiam, quia praeter documenta Tabellionica posteris nihil trado. Iacobum ancillam quod voluerit tecum Venetias proficisci quamquam invitam et reluctantem nequaquam moleste fero, nec tamen conqueri potest quoniam Venetiis apud te, meliore loco, quam unquam apud nos erit. Vereor tamen, ne se rusticam et plane ineptam ad obsequia demonstret. Si tibi matri, ac coniugi nõ displicet, non repugno, quin vobis serviat, Sin minus, vel benigne remittas, vel apud alium ita collocet, ut eius pudicitiae probe consultum sit. Ut Camilla valeat genitrixque tua, quamquam prospera vobis navigatio contigerit, scire sane velim, nam modo cum familia salvus appulerit, nil [illegible] tuum istuc adventum, quaqua hora fuerit ad tempus affuisse. Suspicor Paulum nepotem, non tam secundo navigationis cursu usum fuisse, ut omnino fuerit sine nausea. Praeterquam n. ex lectione autorum minime noverat quid malus, quid navigium, quid remi, quid carbasa essent. Hortor ut [illegible] & ex animi tui benignitate in rectam virtutis viam ipsum dirigas et si bene animatus est, oratione tua confirmes, consilio iuves, nostro Tyberio et Pruntellio diligenter commendes. Porro si alicuius commendatione mihi utendum est pro nepote, tu opus est ut stes apud illos, qui te amice diligunt & plurimi faciunt. Spero n. fore, ut hortatione, commendationeque tua cum studiis literarum acriter navet operam. Tum id sponte & semper versetur cum voluptate, Tum vero se honestius ac diligentius habeat, quam ut venire mihi possit in

suspitionem alicuius perniciosę Consuetudinis. De pande-
ctis accepi meas litteras a Tyberio datas pridie Cal. octob. quibus
monet rem confecisse. Ea igitur molestia te libero. Curam
ut Paulus habeat huius Codices Lugduni formis excussos, ad
quos dedi Primitellio ducatos duodecim. Arbitror Angelum
et Petrum sub illo precio venire, et Conciliari. Nepotem si iu-
dicabis nostra e re fore, Sines ut Contubernium auspicetur, nunc
Patavium cum Primitellio proficisci. Hic gratulamur omnes
Tyberio Patavium, ubi Venetias, cum honestis stipendiis [illegible]isse,
ut gentes illo externas disciplinis Legalibus Instituat, Tu vero
nostram Iuventutem bonis artibus, literisque politioribus ornes. Et
Comestiram ducimus honestis moribus et virtute vestra premiis et
laudibus Indices authores nec patriam tantum, sed etatem nostram
et longe illustriorem fore. Misito Carmen quo Iunius quoque
tuas nuptias adornavit. Cum Fantussio nihil actum est de domo.
Ipse enim et Florianus distant longo intervallo, ut admodum du-
bitem nihil Confici posse. Laboravi ego non mediocriter sed
frustra. Petit ille ducatos bis mille et ducentos. Offert Flori-
anus Mille et quingentos. Camillam iubeas salvere meis
verbis, et meorum domesticorum, qui te etiam omnes adeo diligunt
ut singularis tuę humanitatis, modestię, probitatis, et facili-
tatis Ingenii mentionem non intermittant. Orationem vero
tuam ubi ad Senatum habueris, et impressam emiseris, si me par-
ticipem feceris (nunc enim non aliud abs te peto) Et quanto studio ab
auditoribus excepta fuerit, me monueris, gratissimum mihi feceris,
sum enim in magna spe eam fore eternam, tuque laudem ex ea maximam
Consequaris. Scire opto si antiquum numisma exprimens Virgi-
lii Imaginem, quod tibi dono dedi, aliquibus Antiquariis istic spec-
tandum pottatum feceris, et quale ab eis Iudicium factum sit. Nam si
non discrepent a Recuperatore insigni Architecto, oportet a Senten-
tia Politiani plane discedas, qui nullo autore, nullo testimonio ausus fuit
tanti poetę nomen suis nugis Contemerare. Eius tamen manibus viri-

. Aliqui doctissimi veniam dandam puto. Etiam si Servius illud vidisset, non Vergilium, sed ut Ceteri omnes Virgilium absque dubio nominasset. Vale.

Ant. Bell. Franc° Robortello S.

312 Duas Epistolas dedi Privitello ad te alteram perferendam, ad Decianu[m] alteram. Non reperio quod scripsi, etiam quin tibi reddatur, quam ad te scripsi; seu forsan iam reddita sit, certo scio arridere non posse. Tabellarius est diligens, ut si quis alius, nec minus ad reddendas colen[illegible] qui Celeriter reddi velit desyderat. Aderit & ipse opinor si dum iam advenisse senserit sibi dictum ad orandum, et orantem te Audiet. Caeterum rogo te vehementer Paulum Hortensium [illegible] Iustinae solvat cum Privitello, aut si iam solverit, literis tuis diligenter moneas ne quid Patavij, quo meus animus, et tuus est ab eo fiat alienior. In hoc n. maiorem in modum opto patrocinium eloquentiae tuae diligenter praestari à politioribus studijs. Annos iam natus quindecim per me disiungendus est, et legalibus coniungendus exemplo Deciani et Ebrosmarchi, qui Iureconsultorum nostrorum eminentissimi evaserunt. Tu praeceptis (ut videbitur) Instrues quotidie s. ut referri mente recolat, quicquid interdiu legerit, audiverit, viderit, ut studeat de sensu tuo, excerpat, adnotet, et omnia parata habeat quavis occasione ac divisim in quacumque materia. Novisti n. iacturam temporis in Adolescente, qui praesertim Ingenio & Memoria valeat, non Tolerandam esse, ne temere se proijciat in voluptates, inertiam, Levitatem, aut stultitias, ut omnes procul fugiat, à quibus senserit ad inhonesta se provocari. Nam eum qui Iuri dare operam velit oportet aequabilem cursum in vivendo, tum in studendo Iuris rationem tenere, ut non modo viris respondeat laudibus, sed mereatur quoque cum ab alijs omnibus, tum à nobis ipsis ob amplitudinem sapientiae legalis denique magnopere coli & praedicari. Si n. [illegible] palaestrae [illegible] peracto studiorum suorum cursu, aut ut quidam plane imperiti Vulgi sibilis et Contemne-

retur

retur, quod omen dij prohibeant, necesse est ut fortunarum mearum
quantulacumque sint spes omnis cum destituerit. Quod verò
valde profecerit, et eius studia, labores & vigiliae, non
falsuram nobis lachrymas, sed voluptatem & letitiam immensam
tandem nobis attulerint, quia se praestiterit sanctissimis tuis mo
nitis obedientem, humanitati tuae, gratiae ac meritis tribuendum.

Vale.

313 Ant. Bell. Galleacio. S.

Petrus Bellonus frater tam bonus et integer fuit homo, ut probitate nulli
concesserit quoiusquis vivit. Post illius obitum questus est Nardus rustic
de contractu quodam in spem, ut opinor, erectus, quod ipse vir Clarissimus
Maurocenus longius fermè omnium severus et austerus praedicaretur, verum
spes Nardum tandem fefellit. Absolutus sum à querimonia; appellavit
ille, et me nunc urget coram appellationis iudicibus syndicatus mu
nere fungentibus. Delegi te patronum, qui apud eos versaris, cumque
maximus laude cum doctrinae, tum eloquentiae. Sed desyderans ut
Germanus filius meus hodie mihi significavit, quicquid in processu
continetur, ut summatim colligam, geram tibi morem libentissime.
Breviter imprimis testium Nardi depones colligam, meosque contra
ipsos oppositiones, deinde testium meorum attestationes de fama &
integritate fratris. Ex reliquis testibus & scripturis cognosces cri-
mina, quae cum in Nardum, tum in ipsius testes intenduntur. Haec
aut omnia ubi legeris, non vereor quin planè tibi constet ratio iu
stitiae à Cl.mo Maurocenno administratae, nostrique latissimi suffragij.
Poteris itaque, si videbitur, in processu qui penes te est partes omnis
signare ex quibus afferri nostrae causae opem perspexeris, ut minus labo-
ret cancellarius in inveniendo quoties iusseris coram Cl. syndicis re
citari. Ego verò tecum parem quibuscumque tuis laboribus rationem
faciam, ne ingratus habear, et occasionem nullam praetermittam, qua
tibi possim undecumque famam et benevolentiam conciliare. Afferam sanè
meam totam tabellionicam supellectilem, si videbitur, facturum esse
fidem in frumenti sextaria singula duo X. dumtaxat de more huius
patriae imponendi se consuevisse. Vale.

Ant. Bell. Francisco Robortello. S.

314 Florianus tuus Cras, ut ait, hinc discessurus est, & num quid ad te velim postulat, Equidem non habeo, quod nunc scribam. postquam enim cum Coniuge migrasti, duabus Epistolis scripsi, quae occurrebant. quarum alteram Priuitello dedi, Alteram Hieronymi uxori Ioannis Antonij Bottarij: Nihil autem refert si nō respondes, nō enim accuso negligentiam, sed excuso occupationem tuā ac necessitatem officij obeundi. Paulum nepotem Patauium tuū alumnum iam consedisse arbitror absque instructum Consilijs ad capescendas disciplinas legales perquam idoneis. Ne desistas hortor monere se totum Tyberio tradat, et Induat, nō abijciat perpetuā acriter studendi voluntatem. Autoritas tua apud illū plurimum habebit momenti. Camillam filiam nō Commendo tibi nō enim indiget nisi fallor, mariti erga se amore et beneuolentia. nec si tibi Charior est, quam mihi, quemadmodū iure optimo esse debet, me nō fefelleris, quin antequam annus proximus exeat, et te ipsā filium dulcissimum, ego nepotem suauissimū videamus. Germanus sororius tuus, Margaritaque Socrus, necnō Planci nurus mea tibi et Camillae Salutem plurimam ascribunt. Tu velim ad me scribas quando per occupationes Licebit; tametsi tantum meū est erga te studium, ut exhauriri, vel minui illud nullo meo aut tuo silentio possit. Vale

Hac Conscripta Epla Recē quod tua ancilla nunciat prosperā nauigatione vos usos fuisse. Gaudeo valdē, & Deū optimū Maximum Comprecor, ut Sospites amore mutuo diutissime perfruamini. nos hic Litium fluctibus iactari propediem incipiemus. Iterum vale.

Ant. Bell. Franc° Robortello. S.

315 Accepi literas tuas hodie mane datas XV. Calend. Nobris ab homine redditas mihi planē ignoto, Valde tamen gratas. Ex his enim Cognoui vobis iter prosperē successisse, et benē vos omnes Valere

quod ex tua quoque Ancilla pauloante sciveram. Quoniam vero
Arsenius ad Crastinam se ad vos reversurum, ne te offendam si
absque meis Literis discedat, ad tuas paucis respondebo, tametsi
antequam redditæ erant ego per literas pene respondisse videor, quas
heri Floriano Domino dedi ad te perferendas. Habeo certum ab ipso
nondum tibi redditas fuisse, sed has vel ad summum perendie red-
dendas etc. Aremitem vestrum expertissimo plagiario, non ego
sum dominus, verum servus est Jacobi. nec effugit me sciente
vel invito, nec per nos latitat. Ipsam magis puto plagis dam-
nandam esse quæ nondum habet Cognitam tui ingenij et operis
dexteritatem. Si vagitu et lachrymis ut audio instar trimis
pusillæ levitatem et stultitiam suam prodidit. Suspicabar
ne forsan se transueheret in alterum orbem, ut se non amplius pos-
set patris et sui animi Arbitrio restituere? factum indignè
profecto in puella nubili. Non meret omnino ancilla rustica
refractaria inter tuas domesticas censeri, nec inter servas numerari,
si apud te esse, et abs te et opere mitiorem cultum ingenij accipere
Contumaciter adhuc negligit. Habere prius nihil deberet quam
tales patronos sortiri posse, quæ domum agnoscunt esse
Laudis et honoris plenam etc. Favendum et ipse sexus imbecilli-
tati, ut teneris puellis nihil plane velim quod cum honestate et
honore coniunctum non sit. Verum si lachrymis et singultu pergit
patientiam vestram offendere, per me vel ad nos redeat, vel,
quo malit se conferat, si se tandem fuerit perditum ipsa for-
tuna viderit. Arundus est Constitutus est, de quo scribis,
Principalius importavit. Ponti quem ais nunc rusticari, li-
teras meas ubi ego rure advenerit, reddes. Si duxeris Ipsar apud
tantum presbyterum et reformatorem tuæ rei non nihil conducibiles fore,
sed hoc fuerit Consilij tui. De nuptijs tibi ni fallor congra-
tulabitur, et Consuetudine tua. Hoc est doctissimi professoris
Senator ipse doctissimus delectabitur. Nepotem Paulum pistadi

Voluptate abduci a studijs, liter[is] minime laudo. Mone adolescen-
tem ne se abijciat, et instruat senatoris arbitris tecum illa secreta
studendi rationem. Et ita animo imprimas ut erga voluptatem
ingentem capere incipiat, et no sit elatiore a[n]i[m]o, q[uam] par sit, nec et
timidiore. Nam ut ait Virgilius Degeneres a[n]i[m]os Timor arguit.
Orationem tua[m] expecto, ubi habueris i[n] Senatu, qua[m] a[n]i[m]o volui
impressam, no descripta[m]. Camilla saluta meis verbis, con-
tig[em] ac nurus, et Genitricem tua[m] matrona[m] ornatissima[m] &
scias a nobis omnib[us] te diligi effusissim[e]. tua[m]q[ue] virtutem &
probitate[m] [illegible] coli [illegible] Vale.

Ant.° Bell.[s] Iacobo et Bernardo Valuasonijs. S.

316 Accipite Arborem Masculam, quam iussu Clarissimi patris p[rae]sidis
Petri Mauroceni vestra agnatione [illegible] indagata, forma[m]
& illis instrumentis, que vos mihi authentica prebuistis. Su-
perest at, si vestri generis propagationi vultis bene consultum et
[illegible], vel [illegible] vestrum saltem [illegible] vestrorum votis etia[m] pro
[illegible] ne antiqua nobilisq[ue] arbor vestra deficiat, aut
consenescat. frater enim vester [illegible] est amplius prim[a]
pube. Et parens vester Hipolytus [illegible] prudentissimus [illegible]
Laudum sum. ego sane preco cum [illegible], tum [illegible]
[illegible] posteris reddere quod a progenitorib[us] acceperat quam
celebs vivere. Quod & vos, qui in alacri promptoq[ue] animo
faciatis cum illius exemplo, tum ipsa suadente natura, nec de-
betis negare, nec potestis. Valete.

Ant. Bell. Franc.° Robortello.

317 Si quis est adolescens qui tecum legendi istic venia[m] quemadmodum
audio impetravit, priusq[uam] tu munus illud aggredereris, suspicor
apud nonnullos invidia[m] te multa flagrare. non enim facere po-
tuerunt quin manifestam darent significationem odij et iniquit[atis]

Voluntates

et prosperi, quos oēs iubeas rogo saluere meis verbis (nota bene est) valemus oēs. Vale.

Ant. Bell. Franc.° Robortello S.

319 Si nihil respondes efferuescentibus fluctibus tuorum negociorum excuso te, refrigescentibus vero temporis minime, literis presertim meis sepius lacessitum. Nimirum nihil me vellem preterire eorum quae de Paulo nepote me tantopere tangunt. Nescio n. si adhuc est apud te Venetiis, aut Patauii apud Primitellium. Vereor ne quem ego in summam gloriam aliquando venturum existimabam, se perditum eat. Ne autem ista cura diutius torquear, quae mihi sane dies et noctes cor urit, cum primum poteris me velis certiorem facere ubi sit, quid agat, in quo studiorum genere acquiescit, et in quam tu spem adducaris, euasurus ne sit demum iureconsultus an piscator potius. Nunquam desinat oro hortari totum ut se conferat ad legalem scientiam. In his exquiro diligentiam tuam, et expecto literas tuas auidissime, occurrendum n. est opportune ad spem de nepote, qui est in biuio Pythagorico, sustinere quaerous. Nam et tua non nihil interest, tibi professori doctissimo et sapientissimo cum magna sit coniunctus necessitudine, tua unius cura et cohortatione non minus debet proficere quam potest, ut aliquando iureconsultus sit (et in postremis nequaquam habeatur. Vale.

Ant. Bell. Franc.° Robortello S.

320 Quom literas heri ad te dedissem iii. Calen. Octob. ministro cuidam Maurocenii, qui apud nos magistratu honorificentissime functus Venetias reuertebatur, venit ad me Paulus Regulinus physicus nuncians nuper se accepisse literas a Primitello, quibus conqueri ille videtur Paulum nepotem nondum Patauium appulisse. Decianum propterea institutiones legere nondum inchoasse. Ludos adduxi statim et spectacula, quae filio Regis

Romanorum et alijs principibus istic parant Magnificentissima,
puero forsan prebuisse eam dilate minimeque maturate profectio-
nis. Aiunt .n. in ipsa ex Senatus consulto impendi debere Tri-
gintaquinque Millia nummum aureorum, ut eam Principibus ma-
gnis (cum quibus facta videntur firme pacis et Concordie)
fundamenta plaudi ita consuevit. Vereor tamen ne Decianus
stomachetur tuam de nepote retentionem tam longam et ne
quoque in eius aures Pruvitellus reliquique Tesiur stipendales
inclamare quotidie et efflagitare non desinant, ut iam operam
Legendarum et Explicandarum Institutionum eis navare incipi-
at. Perpende tu ne causa simus inferiores, aiunt advenisse
se tempus in quo strenue studijs incumbendum sit. Dicit non dici
amplius otiosos, nec debere unius socij moram ceteris obesse, qui
omnes virtutem sectari, non ludos et spectacula querunt, et
alia taceam argumenta, quibus causam suam tueri posse
videntur. Nos tamen dicere contra possimus Ludorum huiusmodi visio-
nem puero non esse negandam, facturam modici temporis mi-
nimum afferre preiudicium, Ludos et id genus spectacula
rarissime celebrari, et e longinquo solere ut spectent debita
opera multos convolare. Verum si tuum consilium est, ut iure
vel equitate nepotem retardare possint, qualia forsan alio
tempore conspicari non quibit, tuam retentionem rogo per litteras
Tyberio excuses. Non .n. vereor quin qui affectu erga te est
non vulgari, velit vel paululum adhuc supersedendo vel
potius iterum nepoti Legendo, quicquid absens non audiverit,
se officiosum prestare. Ego quin morem tibi nepos gerat,
studiumque suum omne navet, non recuso. Non .n. committes ut
apud te vel dies unus illi transeat sine Linea. Iudis vero
expeditis cure tibi erit Confestim ut Patavium properet,
nec Pruvitellus et Decianus ardentius Commoveantur, Profes-
sores alioqui Lenissimi, et mitissimi Ingenij, neque Conquerantur

VIIII

Alij Contubernales. Nulli solo audiendi facultatem ademptã et
culpa nrã, sicut nec Tyberio Legendi, quem ille puto cũ aliquã
necessitudine, tum beneficio illorum parentum multo est magis
q[uam] mihi deuinctum et obligatum esse. Mihi Laboramentũ est
magis q[uam] alteri ut paulus euadat Egregius Iurisc[onsul]tus. Tot enim
primos litigijs et occupationib[us], ut mihi plane necium sit domi
unum habere, qui foro det operam, et quod nostrum est, fortiter
Iure tueri possit et velit. Non n[am] Licet mihi Iam septuage-
nario in forum ad Depugnandum Descendere, Minus Sermo
quẽ Exploratum habeo Lingua, virtute, et Ingenio defendendis
causis nris parem non esse. Quod cum ita sit velim nepos Be
te, si me Amas, nec semel Intelligat omne hoc de nrã mente ad
se nescio redire, et quod adeo ppria curat atq[ue] Contendat, ut
sorij admirentur fateanturq[ue] denique oẽs ab ipo non equari mo-
dorum et Longe superari. Quod enim sentio spero facile fore
modo se damnari alicuius negligentie minime patiat[ur]. Pa-
rentes curant suos Legalibus disciplinis Instituendos ut eas
agant alienas, ego ut meus ne inique spoliemur, nras de-
fendat, optime autem defendet alienas etiã patrocinio suo, si
voluerit, mõ sibi nõ defuerit Legum peritiã, Acumen Ingenij,
Memorie tenacitas, facultasq[ue] dicendi. Sed hoc fuerit sui Consilij.
et hoc maioris Glorie, quo Improbior fuerit Labor ille, qui omnia
vincit Improbus. vale

Ant. Bell. Franc[isc]o Robortello. s.

311 Iosephus Spilimbergensis, qui Literas has tibi reddidit filios docuit
quosdam Baptiste Colloretani, Eo extincto cupit Istic apud ali-
quem Collocari ut ocium suũ tueri possit. Meeũ aũt egit accurate
ut à me et Itẽ Commendatum haberes. Mihi vero cum persuasum
sit satis Ipsum ut et liberali facie, Doctrina moribusq[ue] prestare
et cuius rei p[er] aliquam suã Epl[ist]am fidem se tibi facturum esse appellat
at[que] velis rogo te Comitate humana beneficiisq[ue] Complecti cum pa-
trie tue, tum honoris mei causa. Sin. tue Commendationis autem,

otio suo bn. Consultum fuerit, cum m[ih]i gratum feceris, tum ips[um] i[n] perpetuam tibi devinxeris. De Nepote paulo aliquid mihi scribas, velim, ne diutius animi pendeam. Vale,

Ant. Bell. Tyberio Deciano. s.

322 Ut tractetur nepos meus à Primitello, apud quem te suadente fuit à me Collocatus, Cognosces ex litterarum Lectione, quas ad te Mitto. Suspicor velit ut sublata studendi commoditate quotidie nepos discruciet[ur] aut ut adventante rigore hyemis pereat, Obsecro Invisas cu[m] Domi, et vos se ne habeat ut scribit, Intuearis, et ita rem agas tecte, ne puer illi videri possit mecum, aut ego tecum expostulasse. sed q[uod] ipse Cognoscere per te cupias quid rerum agat[ur] ab illius Contubernalib[us]. Novit iam adolescens ut tractent[ur] discipuli ab aliis preceptorib[us]. Usus .n. fuit Contubernio Calendrini & Coryty. de quorum neutro mecum unq[uam] Conquestus fuit. Laudo equidem Institutionem frugalitate comprobatam, no[n] aut[em], q[uae] vitia adolescentum, aut studiis perniciem afferat, neq[ue] Cubiculu[m] placet, quod cu[m] tanto periculo Coniunctum sit. Proinde Rogo manu[m] porrigas, Iam .n. à me accepit mercedem sex mensiu[m] hoc e[st] nummos XXV. ne si no[n] porrexeris opportune, Cogatur adolescens decedere in/genti adhuc etate, vel nunq[uam] proficere., Quod volo i[n] suma e[st] Consulas Primitello aliud Designet nepoti Cubiculu[m], quod sit Commodius et no[n] tumultuosum, et cuiq[ue] periculu[m], aut si no[n] h[abe]t, ip[s]e permittat saltem in aliorum cubiculo seorsum in Lecto meo decumbere, ac studere. Nil puto Excipiet contra tuu[m] Consilium. At si Noluerit hoc dare Consilio et Comendationi tanti tui Consulti, Inibit à me aliqua alia ratio, q[uae] à voluntate tua Robortelliq[ue] tui non minus q[uam] mei no[n] dissentiat qua pueri studiis ita consultum sit, ut neq[ue] nos suasisse, neq[ue] te[m] nobis Errorem dedisse unquam poeniteat. Vale,

[illegible]

323 Ant. Bell. Franc[isc]o Robortello. s.

Varie sum affect[us] Literis tuis gavisus .n. sum valde, simul & valde tristat[us]

Letitia cum alijs multis nominibus contigit, tum ijs precipue, quod
bene valet Camilla tuaque in cuius amore, bonitateque conquiescis,
Quod feceris faustis auspitijs initium legendi rhetoricos Aris-
totelis, et Ciceronis libros orationesque prius habita in Senatu fre-
quentissimo, quod institutam iam habeas domi Academiam et
Morales libros Aristotelis Grecos interpreteris nobilissime iu-
ventuti undecumque confluenti, quod de te demum omnes ho-
norifice sentiant et loquantur. Quodque non passa sit febris vin-
ci, cum qua tibi nonnihil conflictandum fuit, legendi et in-
terpretandi quotidie progressum facias. Ego vero gener
mi suavissime, quod absit Terciana illa victa non fuerit, sed
quod ipsa tecum agens benigne, ferre noluerit aliquam tuam ces-
sationem, ut posses pro instituto tuo ad communem studiosorum
omnium utilitatem advigilare. Pergas hortor bene iuvante mer-
curio tuam prestare constantiam in tantis autoribus legendis
et explicandis, institutum optimum cum tue rei tum digni-
tatis mirumimodum amplificande. Nam apud optimates et
Academicos, qui nunc te tantopere extollunt, eris propediem
in Coelo, quod et ipsum (ni meus me fallat animus) tibi plus
fuerit. Dolor vero accidit heu ingens quod in odium et
perniciem Pauli nepotis Primitellus contubernij munus aviditate
et asperitate sua labefactare non erubescat. Absit gravius co-
querar antequam querela nepotis deprehendatur vera. Mihi ta-
cendum, si et non absit a vero, ne Tyberio inuram aliquam notam,
cuius consilium secutus puerum apud Primitellum collocavi; et
benevolentia ac observantia erga Tyberium mea maxima est, qui cum
Primitellus quadam et affinitate coniunctus est. Uxor enim quam
habuit in primis votis, ex qua Tarquinium suscepit, erat ipsius
Tyberij consobrina. Adde quod si nunc puerum e contubernio nepo-
tem abstraherem, periculum esset, ne perderem totum illud dimidium
annue mercedis quod initio prestiti. Hec igitur iacturam
faciam pecunie, sed in primis ne tantum amicum mihi inimicum

reddum, operæpretiū duxi ad eum dare līras, quas et videris
si placuerint obsignabis, et mittes, sin minus, Confinges, et per
līras cum eo ages, et consultabis, quid mihi agendū sit ut puer
ad perfectam institutionem perducat^o. nulla n. res tanti
momenti ē, de qua ego magis solicitus esse possim. Crudele ni-
mis ē, et uni Paulo ex omnibus necia nō suppeditent^o, et
destinatus sit tē cubiculo omnib; pervio ac patenti. Puto q
Primiceriū (Loquor ni aurem) nō estimat^o plures pecunia ali-
enam, q̄ meam, sed quod nos magis contemnit, & forsan grat ex
destinata malitia ut miser nepos erepta sibi omni studendi
Commoditate dediscat, cum equalibus versari nō queat, &
ante diem moriatur. Et ista nos equo aio feremus? non reli-
quemus hominem cū suis Cosmographicis & astronomicis?
nō Paulo inveniemus alterum alumnū, a q^o alat^o Commodius &
diligentius, rebus necessariis ei prospiciat^o? nō sinemus tēs sibi, ut
alterum Contubernalem inveniat, qui pueri abeuntis locum im-
pleat & viteę institutorem? O tempora, o dij immortales. sed
quid ago? Succurrite tu & Tyberius, mea numina estis ambo.,
Verum si Tyberius huius Cognationis ea negaverit nobis suū
Consilium impertire, te ne decebat pari Cognationis ea Consulendi
provinciam sumere. cro ingenium adolescentuli, si tam acerba susti-
neat, periclitet^o. Ut aut nō degustare solum rudimenta legū,
sed sacra quoq; Colere queat, et ad frugem aliquando pervenire, eris
in hac parte unus tē mihi pro theatro. Gratias agā abstemio
sicut scribis Liberalissimis quod desudarit, passurusq; sit Pamphilū
nepotem ex filia laborare in te tuisq; nuptijs ornandis, Sed aliquam
agam, fac quęso, legam eius Carmen: scendum. n. est. Tunc
agam maximas, cū ni o ingentes aptius, et utriusq; nomine et lu-
culentius multo. Valemus oēs, et rogamus a nobis iubeas
Camillam, necnō genitricem tuā sanctissimā foeminā Salvere.
De quodam Adolescente, quod impetrasset ter legendi locum
primusq; eā tritium fuerit, ignoro fuisse alicuius Commentum.

fuit aut̃ sic in domum meam delatum ab ancilla tua seniore
et rerum, solent vetulę exacta cura colligere et spargere
quaslibet fabellas. Dolor verò (quem contrarie ex periculo q
nepoti imminent ab Alumno) si me alicubi transversum egit
dos quæso veniam, et statim consulas siquid frugalius
agendum videatur, nihil nobis fructuosius, gloriosius et optatius
esse pot. quod ut facias te etiā atque etiam rogo.

Ant. Bell. Io. baptistæ Trivitellio. S.

324 Ex tuis literis date ad pridie Id. Nobris Desponsi Robortel.
lum magna ordinum omniū erga se studia consecutū fuisse, qd
vicerit omnium expectationem (de qua re fueram, ut & tu
ipsa fama prius certior factus) non solum lætabar vehementer
sed in aliqua spe quoque esse cœperam, ut gener tuus opera
& autoritate sua apud inclytum senatum cum sibi, tum ami-
cis & patriæ, aliquando nonnihil prodesse possit. Nec dubito
quin singulari virtute & comitate tua spem nram facile susti-
nere possit & velit. Quod scribis Paulum nepotē ingenio
galero, & ut speras in officio permansurū cum reliquis sodalib.
Arbitror et ipse quod non fallet expectationem nram. Ea
scripsisti n. libenter, quem ego tibi in contuberniū tradidi,
cum quod consilio Tyberij mei Amantissimi, tibique affinitate
coniuncti usus fuerim, tum quod in te fidem, curā & dili-
gentiam nunquā desyderarim. Non igitur tuendo in aliquā
suspitionem, ut quod in nepotem acerbius facere velis, quā
in reliquos eius sodales, aut quàm Tyberij erga nos amor,
Tuaque bonitas patiatur. Scripsi iā pridem ad Pauliū
à te curaret sibi designari thalamū aliquem, et locū benè con-
cameratum, qui commodus & aptus esset ad studen. et dormiendu;
quid egeris planè nescio, nihil n. respondit. Te igitur oro

Amorem in modum digneris Cubiculum ei Concedere, non pervium et apertum omnibus, aut frigidum, sed quod ad studendum et cubandum aptissimum sit, et eorum omnium, quae a te ratione Contubernii prospici debent, nihil praetermittere, iis enim qui velint operam dare Legali Scientiae, super profice, enti nulla iniici pot. si locum intrauerint Commemoratu no ... ante saltem quam ver appetat, acrisque hyems solvatur, et per quod nullus iter faciat, ne studentium ingenia, aloquin et ad discendum paratissima turbentur sursum deorsum. Illud aut persuadeas tibi velim filium ipsum tuum tibi Chariorem esse non posse, quem plane scio Charissimum esse, quam nepos meus est mihi. et spondeo tibi praestaturum bona fide, quantum pollicitus sum, usque dum puer utet Contubernio tuo, nempe te, Codices, Amictum, Calceos, oleum, quantum scilicet ad officium meum pertinet opportune et libenter suppeditaturum. Neque suspicor et velis plus, tu, aut minus facere, quam Contubernii rationes postulent, aut nepotem Contemptius, contumeliosius, aut durius tractare, quo alios, ne mihi aliud Consilium necessario capiendum sit, non n. ut minus impediari volo (de re numaria loquor) impendendi onus tibi imponere, quod mihi incumbat, ne fabior auctus numerus impendiorum nobis afferat tectum Cum detrimentum, sed quod ei tradas, quicquid superfuit ex emptione Librorum, ut ipse met sibi impendat, frugalitatem discat, et numos tenere non abiicere. Non n. se mihi fortuna respondet, ut paruo contenti esse non debeant ego aliosque ditem, ipse operam et oleum amittat. vale.

325 Ant. Bell. Francisco Robortello. S.

Significavit Germanus Leonardum Puteolanum Ventionensem heri a se accepisse Literarum fasciculum ad te deferendum. Inter caeteras in eo Continebantur binae, quas ad te dedi. Rursus et aliae binae, quarum alteras Tyberio inscripsi, Priuitellio alteras, utrasque

tamen apertas, ut rem nepotis tu gereres, cuius Consilio & vo-
luntati totum tradebam. fuerant & Germani litere ad nepotem
cum pecunijs quibusdam, & pauli fratris tui, quas ad te dedi
de fundo, qui est Aquileie vero in vico S. Mariae la longa,
ut si emere velles ducatis Ducentis sexaginta in spacio dierum
octo curares nos certiores facere. Sed superiores autem meas
fidelem Tabellarium nactus volui et has accessisse, ne longius
Contingat protrahi responsum abste dari. Tu Cogites, et apud te
rationes tuas accurate, statimque rescribas, quid agendum vi-
deatur. Ego vero neque Venditorem cognosco, neque fundum
non discedo a Sententia fratris tui, qui vidit, exploravit, inquisi-
vit, & examinavit singula, et quem habeo Certum nihil velle
quod futurum tibi non sit utile & fructuosum, Inter Consangui-
neos quos habet te omnium maxime diligere videtur. A me vero
quia tibi non credo, tantum te puter amari, quantum tu me scis.
opella sane nostra pro facultate Ingenij utriusque nostrum non deerit
ne defraudemini in emptione, si faciendam iusseris. Tibi tamen
Cure sit responsum ut tuum ad nos vel alterutrum in tempore per-
feratur. Do Schedam his insertam, qua tibi Iterum singula decla-
rantur. Affirmat venditor se magis non gravari alieno ere, quam
indicavit in ea, et ita simplex est, ut nescire quodammodo videatur
in pectus suum recipere artem ullam fallendi & defraudandi. Hac-
tenus non ita cum illo contraximus, ut a facienda huius emptionis
discedere tua voluntate nobis non liceat. De re nepotis fac
pro tuo Arbitratu. Si Decianus ceasset admoliri manum in te
Conquiescerem, quem consilio et sapientia praestare, nemo est, qui
nesciat. Non potest profecto fortuna mihi reflare odiosius,
quam si Carissimus nepos ita aspere et acerbe tractetur quod
omni ex omnibus alijs sodalibus adempta sit cum commode stu-
dendi, tum tuto quiescendi facultas. Tametsi Primicellius ab
alijs plus non ferat mercedis et pretij, quam a nobis accipiat,

Valeat Priuitellius, Clamarem voce, q̄ late exaudiretur, ni dubitarem animum tibi nō satis presentem esse, in tot mo-lestijs, quib; nos ille afficit. In nostrum n. exitium imminet multis modis. Primum nos grauat nouis & inusitatis impendijs, q̄ ex lege Contubernij in ipsum requiruntur, nec aliud videtur animo voluere nisi unde sibi pecunia crescat, & quod nepos miser apud ipsum manet incommodissime. Deinde Cubiculum nepoti concedit cum duobus alijs, nullis domesticis nō aptum ac semper patens, noctu tumultibus & strepitibus obnoxium, & à malorum furacitate nunquam tutum, Ex quo vitę periculum Adolescenti imminet à frigoris immanitate. Tum nullum condonat tempus instruendo puero, Tum vero petit puer meliores annos, quod loco careat ad studendum apto. Postremo ego pecuniæ iacturam fecero, ut nepos operę & olei qui adequare nunquam poterit cursum sociorum suorum, quib; de Cubiculis longe ad studendum idoneis optime consultum est. Inde nos in desperationem quodammodo perpellemur, nisi Iuppiter adsit,

Vereor tamen ne Decianum grauiter offendam. Fuit n. mihi suasor et autor Contubernij Priuitelliani, Negabit forsan Paulo Aditum amplius ad ipsum domestice audiendum patere, si Priuitellium deseruerimus. Sane Consilium meum semper fuit, ut nepos esset in Contubernio, disciplina & potestate Deciani, cui tantum tribuo, quantum alteri nulli Iurisconsulto, verum ob id ipsum nepotem non admisit, quod alios adolescentes illustri et genere natos ante repudiasset. Deinde Contubernio semel receptus fuit nepos à Priuitellio, et probasti, & semestris temporis mercedem initio numerasti. Vinax est, aiunt Exstet fortem, tantisper saltem dum sex menses exeant. Hec nō indignum puto, quod admoneam, verum tu qui sapis, & animo es quieto cogites mecum & dispicias singula, q̄ in utramq; partem afferri possunt, et apud te deliberes, In eam curam ego incumbam ut statim exequar, quod intellexero abs te deliberatum fuisse.

In fasciculo aut quicquid erat literarum Patauium deferendum, si nondum fuit delatum iubeas rogo deferri. Et illis reddi, quas reddendum est, nisi tu aliter sentias in illis aliquid addendum aut adimendum esse, quas ad Tyberium, & Priuitellium dedi. Et ut mentem habeas meam, quod postulo est, non ut meas literas quas ad illos scripsi, verbis elegantioribus ornes, sed ut nepotis negocium sed prudenter et opportune peragas pro tuo Arbitratu. Si Bocianus tibi negauerit, quod non suspicor, de eo scelleri Consilium adhibere est. Vale.

Ant. Bell Cornelio Frangipani S

326 Arbor Valuasonica nullum amplius impedimentum affert quominus possim nunc legere orationem pro Osfero si remittas, quae tua fuerit humanitas, Cum enim eam cepissem legere olfeci quantis eloquentiae neruis contenderes, Ac sane mirum, tuae defensionis ratio difficilior videbatur quam Ciceronis fuerit pro Milone, Nam Milo Clodium interfecerat ut Caput suum tueretur, Osferus Iadrensem, ut periculum quod Amici Capiti imminebat, depelleret. Puto si occisus reuixisset in sua culpa ignosceret occisori, quod ad occidendum in aedes alienas effracta ianua armatus irrupisset. Velis igitur ordine remittere, cuius enim perlegendae tam Cupidus sum, ut me uno haustu totam deuoraturum existimem. Legi breuem illam Eclogam quam Alciatus ad te dedit. Cognoui quam de te bene sentiat, et valde Laetor nec non in bona tuae foelicitatis partem tali viri de Te iudicium Collocandum duco. Est enim eruditorum hominum nostrae aetatis princeps, & priscis illis iureconsultis aequi peramdus et qui tuas allationes et lucubrationes Consilio, autoritate manuque sua e vestigio Comprobauit. Vale,

Ant. Bell. Paulo nepoti S.

327 Libellum Ioannis Belloni, quem petis, mitto tibi libenter,
ut ad spem legalis sapientiae comparandae magis confirme-
ris. noster est Gentilis, ab ingenuis ortus Tolosae, quae
nobilissima Civitas e Hispaniae, in ora ad quam Gallia ad-
iungitur. verum an tibi Tyrunculo, dum das operam
Institutionibus Iustiniani, libellus huius conveniat, intelliges ex
Veciano Iurisconsultissimo. non enim oportet ab ordine studendi
dilabaris, ne summa videaris prius inscere, parumque venisse
profecisse. De Cubiculo cura ut tibi bene consultum sit,
quod nec studium, nec valetudinem tuam offendat, vel ut
inter omnes Contubernales Cubicula commutentur, vicissim per
singulos menses, ut ad unumquodque recurrat ordo, fruendi aequa-
liter bonis et malis, nec hybernis minus quam aestivis tem-
poribus. Secus Contubernium Priuitellianum decerne iniquum
esse, erepta tibi uni ex omnibus studendi facultate. Tu velim
studere fortiter pergas, et vitaris talis esse, qualis haberi velis.
Vale.

Ant. Bellonus Franc.° Robortello S.

328 Nisi graviori aliqua occupatione vel aegritudine averterer a scribendo
et Tabellarius non deesset, diem nullam intermitterem, quin aliquid
Literarum ad te darem. videor enim scribendo si etiam nihil occurrit
quodammodo tecum suaviter confabulari. verum libero te a
a rescribendi molestia, quemadmodum olim significavi, Constuis et
seriis Lectionibus detineris. Ad literas tuas respondeo, quae
datae sunt ad iii non. Iun. Hortaris consulam meae valetudini et
avi Genitricem tuam angi Ceph. hora, te non possem cum timere ob
vergentem aetatem. nihil est quod timeas, illam enim solad... me
tio quaedam per Maxillas interdum arripere, non tamen multos
dies tenere consuevit, nec efficit unquam ut Cephal. hora, ut ea la-
borantibus accidere intelligit, nisi alius quispiam Morbus sup-
venerit. Fac sis bono animo, periculum mortis plane nullum

et immineat unde erumpant lachrymae tibi ac tuis. Ipsa profecto
ut et ego, senex est: et senectus e multis morbis obnoxia. Ego
autem vix puto aegritudine levari posse, sequente hyeme. melius
habiturum spero tempore verno et aestivo. Frigus n. inimi-
cum sibi est Aradientis. Superest ut ego materque tua Deum
comprecemur, salutem utrique nostrum largiatur, quodque sit opti-
mum tam erasso contingat, quam Asanlento. Paulus fra-
ter aliud ad me non detulit de fundi emptione, quam tibi q-
rebat facere. Admonuit tantum Bettam meam filiam ductam illius
precibus ac rogavit numeratum ducentos aureos, quibus a Fur-
nio genero se eximeret, et quod quantam illi pensionem solvit,
tantam tibi posthac singulis annis praestaret. respondi quod
Paulus tecum ageret, me statim executurum adunguem quic-
quid in ea re abs te mihi impositum fuerit. Iube igitur
et si velis totam tuam pecuniam hoc est quingentos decem &c
apud montem pietatis Senis, e vestigio deponam, quod mihi
quoque gratissimum erit, si fiat ex animi tui sententia. Conie-
cto in causa non aliud esse posse, nisi quod inter fratrem tuum
et generum non satis conveniat, et quod cupit aliquid com-
modi tu percipias forte, dum nulla se praebet occasio fundi
venalis, in quo multum non sit periculi. Quod censueris ad
Decianum et Privitellium meas literas mittendas non esse,
non Privitellii quidem causa, sed Deciani facile assen-
tior, ne animus eius irritetur ad Paulum nepotem minus
amandum quam facit. opto n. regatur semper tuo consilio,
quomodo prosperiatur rei suae cognosces quotidie ex eius literis.
cui confido plane plurimum tibi curae esse. Mitto ad eum
opusculum Ioannis Belloni Tholosatis, quod a me per literas
postulavit ut excitetur magis ad spem valde proficiendi
in huiusmodi bonae suae mentis inductione, cumulus ei reddendum.
e Prochotrophio reliquas nondum misisti, si reduxeris studiosi

omnes iudicabunt operam te bene posuisse: sin minus, ab ipsis aliquam gratiam omnino inieris, quod ad educendos uiros tuas praestiteris. Pergratum erit et periocundum, si quod audio de Planco et Margarita ad nos uenerit cum tua familia in saxationibus Carnispriuij: unde afferetur cum testimonium uestrae necessitudinis, tum argumentum mutuae beneuolentiae inter nos constare. Videre uos cupimus & osculari ex quo [illegible] hinc migrastis nulla dies intercessit, quin mentionem de uobis non fecerimus. An Caius scilicet Caiam diligit, ut ambo animis consociati sunt. Et Valet utrumque. [illegible] expectamus cum spe magna. Etiam ubi nullus unquam usus intercedit, et non potest intima familiaritas, nec maxima illa beneuolentia retineri. Vale.

An. Bell. Franc.° Robortello S.

349 Liberauerim te molestia respondendi ad meas litteras, ut ipse inte[illegible] publicis interpretationibus et scriptionibus melius [illegible] sceres: non enim me fugit quantum laboris & operis adire cogatur ille, qui professoris publici munere lectorisque [illegible] fungitur. Oportet enim singula perpendere, examinare, secumque reputare diligenter, quae publice explicanda susceperit. Saepe enim difficultates occurrunt et nodi fermè inextricabiles qui doctissimum quemque professorem torquere, & uel [illegible] dubium & suspensum detinere queant. Non tamen quantum ualeas uirtute usu & gratia, [illegible] partem ullam honoris, qui ex institutis tuis lectionibus tibi indies magis crescit: minime non dubitem [illegible] tamen summum meum erga te studium ut illa molestia te soluerem, beneficio te liberarem. Nihil autem [illegible] explorati habeas quam epistolas tuas mihi semper iucundissimas & gratissimas esse.

Expectamus vos auide ut possimus vicissim dare ac reddere voces, Tuasque cum Pompeio Sororio de emendo aliquo fundo, et cum aliquo agere, et cum Paulo fratre de pecunijs, quas absens mutuo petit te expedire. Quod scribis Paulo nepoti Primitellum de ea re diligentissime accommodasse, falsum est. Nam ut loquar, ut colligo ex eius literis, detrusit se ipsum sponte, aut à Primitello coniectus fuit in imas partes aedium, et in cubiculo semper humenti, et marmorum humectatione propemodum illi moriendum sit, nisi opportune prospiciamus. Quod eius epistolae sentiant literas et soloecis verbis, et ipse conqueror, verumque per literas accusaui grauiter negligentiae nescio an inscitiae potius, nemo n. solet ad me dare literas, quae stomachum mihi non faciant. In quem culpam ego conferam nescio. Cogito Octauium, ut consuleat maiorem rationem cum valetudinis, tum studiorum suorum. Leuius vero me pretio non sinunt, puer fortasse mutabit contubernium et à me apud alterum quempiam locabitur virum excellentis doctrinae et probitatis ut proficiat et bene valeat. Interim eum commendatum habeas rogo. Vale.

Ant. Bell. Iulio Manino. 3.

330 Adijt me Seri Senex quidam dicens cum Robortello genero meo nondum octo sunt dies Venetijs se locutum fuisse. Coepimus de literis (ut fit) nonnihil simul confabulari. Is sane est mihi cum graece, tum latine apprime doctus, quippe qui dictiones quasdam graecas ex ipsius Aeneae epistola mihi statim interpretatus fuit, unde iudicaui hominem non indignum, à quo nostra iuuentus institueretur, remittere volebam ad Septemuiros, qui nunc iuuentuti professori dant operam. Verum ille respondit malle negocium se suscipere liberorum instituendorum cuiuspiam viri nobilis, quam profitendi munus salario publico, donec acquisitis honorificentioribus vestimentis, quibus

si nunc
doctissimus quisque apud praesertim multitudinem parum valet
gratia et autoritate, factoque prius aliquo suae eruditionis periculo
posset ad publicum ipsum audacter conscendere. Nam et
viris doctissimis nonnunquam, ut probe nosti, fortuna ita mi-
nime respondet, ut vestes necesse sit a laribus suis ad victum
virtute sua vel in ipsa senectute sibi parandum longissime
proficisci. Cum aut(em) tu mihi venisses in mentem, Anto-
niusque patruelis tuus, ad vos hominem mittendum putavi,
quem, si videretur, ad utriusque liberos graecis latinisque lr(ae)s
ac moribus instituendos susciperetis. Contentum n(am) se ait
quotidianis sumptibus, et aureis decem tantu(m) in annos singulos,
usque dum virtus moresque sui sese in apertum protulerint. Et
fimirum ipse antea de facie no(n) cognovi, necdum et q(uam) noie.
Libenter tamen accepissem institutorem Pauli mei nepotis,
quamvis noscam me sortisque meae tabelliones tantae doctrinae
praeceptoribus honorifice uti decere, sustentandis, parem non
esse, verum dat nepos Patavii nunc operam iuri civili
Prinitelliano contubernio utens [illegible] Tude Sene isto, cuiusque
eruditione ac moribus poterit cum patruele instruere. Tu dili-
gentius institutoremque liberorum accipere, si videbitur, et
ita agere, ne poenitere vos unquam possit doctissimum virum
cognoscere opportunique complecti noluisse. Utrumque vero
de gratia vobis faciundum diversique dixerit. Ascu(m) Immo
officium velim utrique boni consulat sibique omnia semper
polliceatur, quae ab amicissimo homine expectari solent ra-
tione veteris sanctaeque necessitudinis debent. Vale.

Ant. Bell. Vincentio Diedo Praef. S.

33 Accepi binam proxime Cl. Tabellas quasdam a Franc.o Robortello genero

que ad rationes Rhetoricandi Artemque dicendi pertinent, quas enim
fecisse videor ut venata iuventus priscam illam et admirabilem
eloquendi facultatem facilius consequi possit. Videre poteris, quem
in his feriis non impeditus fueris gravioribus aliis negotiis. Te n. volui
in primis participem facere, qui cum omnibus virtutibus ornatissimus
es, Tum loco excelso apud nos positus, et equum videtur ut tibi,
qui tuum erga me studium humanissime patefacere cepisti, dem ali-
quod testimonium singularis mee erga te observantie. Dispensabo
reliquas in amicos Crisc. & perchaos, quos noverim in nos aliquid con-
tulisse studij et officij: aut saltem bonis literis et eloquentie stu-
diis delectari. vale,

LIBER X

Ant. Bellonius Tyb.o Deciano S.

332 Si rarius ad te scribo, quam consuevi, oblivione vel negligentia
commissum non est. Te n. gessi (Deus ita me amet) geroque semper
in visceribus intimis, sed frequentem ad te literarum scriptionem ob
id tantummodo intermisi, quod noram te occupatissimum esse, postquam
obijsti publicum illud munus profitendi de capitalibus et arduis casibus,
Equidem volui lectionibus et studijs tuis potiusque nostris rationibus vi-
deri consultum esse, sic existimato. Cognovi etenim cum ex alijs, tum
potissimum ex Robortello nostro, cuius contubernio Florianus tuus
Pisis usus est, te multis oneribus premi et, & vulgo prelectionis et doctrina
et eloquentia tua doctissimi quique viri magnopere delectantur. Unde
absit me male accipiendum suspicabar, si meis literulis te a severi-
oribus tuis studijs abduxissem. De quare mihi gaudeo plurimum
quod silendo bonam operam navasse videor, & tibi ac patrie gratu-
lor vehementer, quod cum legendo publice ac privatim, tum con-
sulendo ac scribendo tu non patriam solum verum et etatem nostram
supra maiorem in modum illustrare. Egi tamen per literas interdum
cum Principello de rationibus nostris, est n. minus occupatus, hortaminique
rogavi amantissimis quibusdam verbis, nepoti meo aliud curaret cubi-
culum, aut quod per singulos saltem menses vicissitudinarium fieret

Commutatio Cubiculorum inter omnes Contubernales ad equalitatem seruandam. Sed frustra, videtur namque legem de preoccupatione locum et robur obtinere velle, usque dum nepos studiorum suorum cursum peregerit. Quamobrem ut aliquando de nepotis cubiculo desinam solicitus esse mihi decretum est illuc proficisci ante Calendas Maij, nisi ab itinere et officio egritudo me forsan retardarit. Thalamos itaque eius commoditates, et incommoditates conspicabor. Et videbo an talis sit designatus ille ex cuius seruitute non abre fuerat studenti subsultare omnis profectus desperatio, et an iure gallicia nullam studiorum communionem habens cum reliquis Contubernalibus, nobis anteponendus sit quia semel preuenerit. Intelligam quoque ut si nepos habeat in Institutionibus, repetitionibus, progymnasmatis et argumentationibus, sit ne indocilis ad leges, aut amore legalis doctrinę non magnopere capiatur, aut talis de quo nobis optime sperandum non sit, et an se prestet integrum te doctore ... tum inde rationibus adolescentis statuemus, quod nobis utilius videbitur fore. Mihi autem videtur puer laborare de Thalamo, quia discere cupiat, et ex studijs maturos aliquando fructus percipere. Animum habere propterea non paruum exulceratum, erepta sibi plane studendi commoditate, ego non aliud profecto quero, nisi ... dicant me tandem pecuniam temere non abiecisse et puerum inanibus studijs huius florentis etatis suę, incuria et negligentia mea tempus amisisse. Vale.

Ant. Bell. Francisco Robortello S.

333 Tuum hinc discessum tulimus omnes animo admodum egro veriti pericula maris, cum in illa ventorum tempestatumque

sequitur nimis propere te commisisses: comprecati fuimus tibi prosperam navigationem. Arbitramur tamen Neptunum Palladem caeterosque deos, quorum sunt tutela, quicunque suum omne studium operamque ad communem utilitatem contulerunt tecum benigne tandem egisse. Bene habet si Camilla a quo non periit, utrumque ~~...~~ plaustro involume et infractum crepitantibus rotis mansit. Redemimus ab Antonio Campana ... et fornis inclinationem plantarum ... tuo Colonis assentiente, cui tu frater ~~...~~ pactum reservavit, quod cum Campana pro redemptione pactum ... fuerat, sed quando pecuniam suam adferet ... ex conventu exclusus est, si eum aliena velit redimere. Frater ascripsit tuo nomine et iure simplicis locationis meliorationes illas pro frumenti pensionalibus ... et vini dimidia in annos singulos, ex quibus pensionalibus ... impeditur nostro cui Garello. notavit omnia Iacobus Girardus scriba. Planea ... introclusum ad te mittit quicquid pecuniae superfuit ex scutato, quem abs te acceperat solidos. s. lviii. ... rationem ex computo, quem accipies pariter cum pecuniis. Exemplum literarum quas ad ... paulum Danieli Antonio dedi, mitto iis annexum, ut cum per occupationes tibi licuit videas et meum hac in re consilium ~~noscas~~, quod puto non aspernaberis. Saluta Camillam. Vale.

Ant. Bell. Franc.° Robortello. S.

234 Ut legi tuam Relationem, quae data est nonis Martiis, ingemui valde. Nam tuis infortuniis non minus angor quam meis dolere soleo. Accidisse alterum tibi video ex multa tuorum servorum lascivia, alterum ex nimia Bernardini fratris arrogantia. Videris autem, si quis aeque pateris, ut apud te libere loquar, culpa non omnino vacuus esse, Nam si ipse

docuisset dum erat tenerior, virtutem bonosq; mores, didicisset recte vivere, et ad quas res sibi pecuniis utendum fuisset, nec consumpsisset male, quas à Facino, Gratiano, & Ebrojanasta acceperat, non ita patrimoniū decoxisset, ut nunc ei propè nihil reliquū est hereditatis paternę, Non clam nocturno tempore in aedes Viani transiisset ut aquas, odores auferret, non denique malam ullam operā navasset. Sed adolescens ē magnę profecto molis corporis ac staturę, sed nō multorum annoꝝ, tametsi supradictum ingressus ex aedibus manu sit promptus, et natura ferox, qui poterat credere totum patrimoniū dum tu Pisis ageres à patria procul, ad se unum dumtaxat pertinere. Est igitur ignoscendum etati, nec diu post tuoꝝ erga se officiorum oblitus, aut immemor, si absit ad animo uel institutus nō fuit. Velis itaq; quę tua ē virtus admirabilis et singularis prudentia, cum fratre humane & liberaliter agere, tibi temperanda ē, ac deponenda ea ira quantacumq; adversus te hum conflata sit, et utendum semper humanitate ac dexteritate, cuius opinione ubiq; terrarum celebratissimus es, resipisset statim, & ea delinitus & ... dimittet protinus omnem amaritiem, ultro sibi ... detrahet insolentiā. Conabitur fratre te nō indignus videri, et illud Erasmi vultu placidissimo, animoq; sincerissimo tibi dicet quod nō providit prudens. Sin vero erga ipsū tu minus benignus ... ac liberalis esse volueris, periculum ē, ante ne se habeat contumeliosius & truculentius. quis posset scire quonam ista eruptura erit? frater ē animosus, armis assuetus, & qui ad vulnus non

lent acceperit, capiendus & blandiloquio & liberalitate, non
nimia exstimulandus. Feram senatu ferum semper volo,
ne ferias, futurus alioqui irritatior multo, improbior, ac
violentior adversus te occasionem quaelibet modicam nactus fuerit.
Adde quod ita cum rebus humanis assuevisse videtur, ut inimici-
tiarum quas fratres praecipue inter se exercerant semper pe-
riculosius ac raro mortifer sequatur eventus. Tibi igitur
modis omnibus quaerendum est, ne ille adigatur in furorem,
nec tibi sit necesse ad arma procurrere ut te defendas, aut
Herculis amictu munias, sed ut cures tibi ac parenti com-
morum probitate respondeat. Res, ni fallor, non erit magni
negotii. Efficies pot facile ad scribatum montis pietatis mea qui-
dem sententia (ut aliquando per literas tecum egi), si comiti
urbis apud Senatum inclytum, assumus cer utile sibi hono-
rificum et accommodum, et quod parenti optimo quaerit
usque dum vixit. Te parentes defuncti meritis fare debet filio,
te non urgeret amplexus et tantisper viveret commode dum
studio tuo et opera ei eveniret aliunde fructuosior aliqua et
honestior conditio. Interea hortor feras ei suppetias quan-
tum potes. De Pompeio sororio tuo cuius filium in-
stituis, desine male suspicari, te enim diligit et magnifacit,
numquam mihi persuadebis quod Bernardinum protruserit sermo-
ne nefario ut in te convicia petulanter faceret, armare
moveret, quietus est suopte ingenio, propensusque semper inter alios,
non ad contentiones sedandum, nedum inter suos. Credo po-
tius quicquid egerit aut dixerit, fecisse eum, ne tu Bernardino
iniquior esses, nec tibi ille infensior. Neutrum vidi postquam
hinc decessisti. Si usu venerit ut cum utroque loquar, conabor

rationib. ut omnis Conuicij et sceleris siquod tibi factum est eos poeniteat, utq. sublato omni dissidio mutuus & fraternus amor, inter uos sartiatur & perseueret. De altero infortunio tibi minus dolendum e. Serui & ancillae crimen e. tibi gerens certe, ut statim debeant domo ambo extrahi. Esset n. tibi metuendum à furtis, si habitare pergerent in domo tua, Non tu est talis, quod obsequiorum omnium q. magna fide, cura et diligentia tibi hucusq. impenderunt memoria penitus extinguenda sit. fruantur suis uoluptatib., sed extra tuos lares. Ita n. fiet ut arx ad lucrandu instructior euadat, Coniux paratior ad seruandum, diligentiorq. ad custodiendum. Non commiserunt in leges, diuinis & humanis comprobata sunt connubia. Si intrudes et cognatum Sebastianum in tabernam aliquam salsamentariam, instructum ijs artib. & fallacijs, quibus uti solent salsamentarij in emendis & uendendis, quod sibi & suis utile fuerit peroptatum. Dubium alioqui est ne Florentia destituta coniuge reuerteret. Verum dum ille fiet salsamentarius quid interim d'Jacoba: ut ne sit apud te, ni tibi acerbum uideatur, ac ne eius absentia Camillam tuam excruciet. Ubicumque sint, no obiurgandos puto quod à Christophoro matrimonio domum tuam tumultuatam maerore noluerint, & postq. serui tibi se praestiterunt fideles in coeteris rebus, et ad commodum dignitatemq. domus tuae ... praestabant. Sed blandis uerbis admoneri, ne alter alterum deserat unquam, & ambo in amore & concordia simul degant, sibiq. fidem seruent ad extremum usq. diem. Constituti utrumq. in fortuna tenui ad pinguiorem peruenire poterint, si strenue laborare ad inopiam propulsandam ...

sibi vicissim opitulari nō desinent. . Quod scribis ad eos
Adivolem, meum adventum expectatissimum esse. Cogito
aliquando me ad vos Cogitare venire ante Calendas Augusti, quod
in memoria iampridem reposui, modo adsit Deus, si etiam
dies Senilis imbecillitas plane nō absit, et mō tantum in
me virium esse perspexero, ut dubitare nō possim efferri
iter longius antequam reversus sim. Indicabo tibi opportune
si fors tulerit et venire queam, quo die iter ingrediar
et qua via. Interim tu velim omnem animi molestiam &
perturbationem depones. , De Germano audivi nuper ne-
potem quendam Lazari Bonamici (nō n. propter invaletudinem
Ipse (Arctiar domo) praeterquam in templum propinquum sa-
crificii causa, et difficulter, neque quotidie quidem) ascitum
fuisse moderatorem suae iuventutis, tamen cum stipendio au-
reorum Centumquinquaginta. Hominem non novi, & faciem,
nec de nomine, neque scio an conditionem receperit ,
An reddite tibi fuerint sol. Lvm nos fac certiores, qui pla-
ne superfuerant ex tuo Coronato emptis brassicis saltem
minutatim Confectis, & nescio qua aqua, ut Camillo gratum
faceres. Rursus an acceperis a Sepbo publico Tabellario
ducatos decem a me missos, ut Paulus quisferret a Frelp
et qualia cum tuo instrumenta ei conferres, quem tua Cogi-
tatione et Consilio adiuves obsecro ac tuearis. Hic valent
omnes domestici, quorum, & Faliodi verbis tubeo te, uxorem
et matrem salutare. In Sententia ad vos proficiscendi maneo
et me polliceor mansurum ut dixi. , Vale.
Ignosce si epistolam emitto multis lituris infertam. Atramentum
n. quod aruerat imposito statim vino fluxile redditum est, neque

rescribendi ocium datum mihi fuit, neq; maculas abradendi. Vale iterum.

Ant. Bell. Franc.° Robortello s.

335 Bernardinus Fabricius [illegible] doctrina & fide scriba hic probatissimus e, quicum mihi no modica familiaritas intercedit tum ratione communium studiorum, tum quod e valde amicus et necessarius, viri [illegible] Ponte clarissimi Senatoris. Hic habere se ait Hieronymum fratrem, qui has tibi reddidit, doctum adolescentem et probum, necnon instituendis pueris perq idoneum, quiq te publice legentem adire consueuit. Hec n. faciunt ut adolescenti apud te merito patrocinari debeam. Peto igitur istum a me valde commendatum habeas, curesq de aliquo patricio si hoc exoptat, cuius liberos erudiat ut ei bene consultum sit, aut si te publice legentem audire perget, ut in te studium aut officium aliquod no desyderet, quod studiosus discipulus ab opt.° preceptore expetere queat, omnem n. operam quam Hieronymo navaveris, mihi ipsi intelligam nominatim navatam fuisse. Vale.

Ant. Bell. Franc.° Robortello s.

336 Ex literis tuis datis Idibus Martijs mihi heri redditis Paulo Cognomi animum gerere ad ludum Sarpasticum & [illegible] cum accusare multis rationibus, potissimum vero sicut conijcio quod Sarpasto ludendi veniam ab ipso extorquere nequiuerit, videtur puer male animatus ad studia legalis scientie, [illegible] Patavij, qui querant miseros adolescentes Sarpastico [illegible]

Lusibus, inuoluere & implicare. Puer opinor credum nouit
quam anceps quamque periculosus sit lusus ille, quo aliquis fran-
gant sibi crura uel brachia, uel conculcati & obtriti pereant in
medio Circo robustissimorum Iuuenum Cateruatim obnixis-
sime concurrentium. Eadem sentio et ego Priuitellio in hac
parte, et me ipso inseparabilem officij causa & amoris erga nepo-
tem. Spiritum autem in puero ingentem hunc censeo, si
ad te uenerit tollas blanditijs & rationibus, ne se det in ludum,
qui cum sibi exitium afferat, tum nobis omnibus luctum. Et
quod si natura corpus eius robur aliquod insertum dili-
genter custodiat, ne illud ante tempus temere perdat simul
& uitam, non de strenuitate uel fortitudinis nunc certet, sed
de doctrina et eloquentia sibi paranda et expectet etatem,
qua robustior factus in Arenam descendere possit, tutiusque pe-
dem conferre. Interim abstineat harpasto & quouis alio lusu
periculoso aut nephario, ne corpus robore quaerat, aut animus
uirtute sua fraudari? Non tamen refragor quin aliquando lingat
si uelit studijs & actionibus suis honestis aliquem non in-
honestum ludum cum equalibus suis semel aut bis in mense,
puta pile palmarie. Unde si non alia sit diuitiis Priuitelli que
male habeat animum nepotis, ipsum non audiendum, sed acerrime
obiurgandum censeo, non autem contubernium deserendum. At est aliud,
quod nos torqueat. Tollere non curat discrimen & inequalitatem
inter sodales, et ex equo partiri cubicule commoda, & incom-
moda. Nam ab ipso propterea Paulus miser habentur omnes
filij Sabini albe, quibus et aliquid fortasse Leget, Paulo nihil.
De sordibus et auaritia hominem non tango. Tu fac de nepote
ut placet, ego in tuo regimine plane conquiesco, antequam tamen
conficias ad me scribas velim quid faciendum putes de gubernio.
Nam si duxeris puero mutandum esse, Inuernas oportet ante Cal. maij.

Alterum: quod honestum sit et equabile, gratumque Tyberio
et ab eius domicilio procul non absit si haberi poterit.
Puer non male tradetur contubernio alicuius Patavini
docti et probi Iurisconsulti (qui alere domi iuvenes docere
solent contubernales, et ipsos in primis virtutis et honesti
studiosos reddere) aut si Patavinum non invenias alterum
nanciscatur Iurisconsultum, qui Patavii saltem perpetuo se-
xennio moraturus sit, usque dum puer cursum peregerit
studiorum suorum. quia planta (teste Aristotele) non con-
valescit, quae saepius transfertur. Ipse veniam ante men-
sem Maii ut saepe indicavi si tempus futurum aliquid
attulerit ad spem perfectionis meae diis bene fortunan-
tibus. Quod si proficisci nequivero meae voluntati non
ascribes, sed necessitati, cui nosti serviendum esse velimus
nolimus. Opportune vero tibi scribam, ut si itineri
faciendo valetudinem perspexero sufficere minime posse
tu pro tuo arbitratu conficias. Quod iubes quam di-
ligenter potero ut fias consiliarius, curabo. sed praesens
nullam habet virtutis laudem, et si functio aliqui optabilis
est, nunc absenti tibi esse non debet, quasi nunc ad nos co-
giteris. Vale.

Ant. Bell. Robortello. S.

337 Venit Collussius, et a te literas attulit datas nono Calend.
April. quibus respondeo breviter. scribebas enim ocio abun-
danti, et tu opera quoque occupatissima. perspectum habui
te nullam sustinere culpam improbitatis fraternae. unde
culpam ipsius in Bernardinum transfero. quod tibi toties bene-
merenti obtemperare neglexerit. Quid vero agendum? Si

iudicio ordinario vellet aduersus te agere / et ius aliquod suum recuperare, non arbitris maiori periculo experiri, minus tibi timendum esset. puto, si meum exquiris consilium, vobis de omni differentia in arbitros eundum esse, qualiscumque sit. non frater habere te inimicum videbitur / nec tu fratrem putabis abs te abalienatum, si audiat et decidat / seu componat amicus quispiam, postquam aliter sensibus non potestis esse ambo tam consentientibus ut fraterna coniunctione velitis quiete perfrui. veritas et iustitia neutri debebit acerba videri; et arbitror quod confestim cessarent omnia et inter vos amaritie perpetuo. Si studio tuo posset nunc ei prospici de procuratione seu munere, quod ad victum necessaria sibi preberet. Ita scribo ut utrumque probaturum existimem. Non habeo tamen exploratum an Bernardinus in arbitros velit. rusticatur adhuc ut audio. Cum primum huc se receperit, mittam eum accersitum, Conabor eius intentionem elicere. Et ad te scribam / nec dubites quin rationem tue salutis ac dignitatis habeam semper in meis sermonibus. Rem nepotis vel stabilias cum Prinitello / vel cum altero Conficias ex animi tui sententia. Ego statim quam iusseris conditionem Complectar, mittamque si pepigeris in annuis quinquaginta ducatos viginti quinque, quos a Lumno quisquis erit numerabis meo nomine. Ascendam solus contubernii semestris futuri temporis a Calendis Maij. Valetudo enim mihi facta non est, nec fit ut video firmior. Scribis quod amat virtutem / ut qui Maxime. Absque nihil ad me afferri potuit quod esset iucundius. Quamobrem Hieredem si pergat, ipse instituam, et ubi senectutis mee baculum in loco meliori quam alterum quempiam collocabo. Perspexi quantopere cupias tibi liceat, cum Romi fueris, in nostram curiam ventitare tum ut veterem amicorum gratiam retineas, tum ut nouam tibi concilies / opinor paucissimi erunt / qui tibi obstarent. si hic morareris / et orbis nunc

rei publicae Utinen. Aduersus nos esse. Nemo est qui nesciat tibi
[illegible] degendam, et omnem potestatem Collatam esse, non
in Sauorgnanos amplius, sed in Sauorgnanorum Inimicissimos,
Supremamque Ciuitatis gubernationem redactam uideri ad
quosdam Ciues Immoderatos, et illos in Curia creari Consiliarios
quos domi Conuenticulis clancularijs Constituerint. Scelerisque
Iuxta patriae proditorem, quos ipsi ad septemviratus dignitatem
extulerint. Uidebimus si tibi Ciuitas habebit honorem
quam magnum abste accepit. Ego ut tibi satisfaciam in [illegible]
accedam die Comitiis statuta nouis consiliarijs, et in te cuius
nomen uirtus eximia Immortalitati Commendat, omne meum
officium conferam, et ab amicis studia Conferenda Curabo.
Non autem mirum si quos in tuis literis notasse uisus es, mali
sunt effecti ex doctis, doctiores sunt, sed non docti. Imo hoc
deteriores, quo doctiores. Nihil ii habent pensi, quod non
patriam uniuersam modo, sed statum nostrum etiam scriptis
tuis illustras. Significaui Lancilotto cum dabitur oppor-
tunitas eius uoluntati libenter te satisfacturum. Multos dies
ii sunt a Decendo [illegible] suscipiuus, nomine [illegible], nomine hyacintho
Grecas lit[illegible], non sinunt eum carere conuictu cum eis. Aliud
est [illegible]mentum non ei deferunt, quod equidem sciam. Mirum
quam de grauitate et statu suo decesserit senex qui omnibus fere
ut uidetur, numeris absolutus. Camillam saluta et ama, fa-
ciet te auctum filiolo suo tempore benignantibus Dijs. Tuum
erit liberos, quibus te auxerit, recte instituere, et morum
uirtutumque studio complectere, ut aliquando tibi parenti
optimo ad Comparandam Immortalem gloriam tuam nostram ex-
pectationem respondeant. [illegible] Sauorgnane nullas

Accepit literas, quae scriptae sunt ad patris Episcopi sicuti audio de filia sponsa faloicij qui tuas ad me legit. posthac videbis tu cui committas. Obliterari de industria dictiunculas quasdam ut videris, ad declinandam invidiam, sed quia tutius ab ea satis non sumus, ab alijs leguntur, quod illorum, qui nos summates habent in rem et pub. autoritatem nonnihil labefactare videar, obsecro statim ubi legeris totas trad. incendio vel confessione, si videbitur, aboleas. Mea n. maxime interest, ut praeter te nemo plane sciat quae scribo, quamquam n. recor non scribere quod verum non sit, veritas tamen odium parit ut optime nosti. Margarita et Leonora summa cura et studio dant operam inveniendae ancillae, quae non minus sit idonea gerendae rei tuae familiari quam fidelis, et quod ego maxime omnium velim tuo Camilloque tuo desyderio satisfaciant. Ubi invenerint sentias tempus istuc mittendi tempus non praetermisisse, nec distulisse. Norunt enim quam Camilli mandata tuaeque rationes urgeant. Tu interim tu bene speres de Ancilla, et quasi plane confidas. Do n. verissimum testimonium tantae Coniugis ac nurus diligentiae in rebus tuis quanta meo quidem iudicio nunquam reperientur in meis. Vale,

338 Ant. Bell. Francisco Robortello. s.

Lancellotum ut iubes commendatum habeo, is te laudat et politioris literaturae antesignanum appellat, et fidei amorique tuo se valde commendat. Receptus est à Bartholo Iouaria iureconsulto, ut nunc audio institutor eius filii, et aureo uno contentus est in singulos menses. De Ancilla sunt omnia ut bene speres. Uxor et nurus quantam conantur, quae praeteritis ei placeat. Ipsa est ipsa animum ostendisse libenter ad te veniendi, cum primum sibi à domino abeundi licentia sit, cuius obsequijs haec addidi,

fuit. Arce tenere, nollet n. unq. cum destitutus auxilio perderet mercedem, postq. ipsa plane sentias abisse. Dabunt operam ut consequatur has lras, ne quin ad te venat diutius animi pendeas. Ut te spero habebimus propediem nrm Consiliarium. Quesitum est tibi multorum auxi apud tuos Cives. Et Paulus frater ambire non cessat. Verum dignitas habetur eiusd generis, ut Civitas potius gloriari debeat quod patrocinium quesiverit optimi & eloquentissimi viri apud Inclytum Senatum, quam tu quod absens fueris allectus in numerum consiliariorum vrorum. Tuum n. Patrocinium plurimum habebit momenti ad Civitatis et patrie nre felicitatem servandam & augendam quarumq. rerum. De Paulo nepote id exequar consilium quod mihi dederis, ut ad aliquam gloriam aliquando veniat, qui tuo ductu ac monitu valde profecerit. Cum Bernardino fratre, ineunda tibi aliqua ratio est, ut neq. putet se creditorem neq. debitorem, et ut uterq. in amore vivat, quis alter seorsum ab altero. Rusticat adhuc. Si quid acciderit aliud, quod intersit te nosse, scribam statim. Uxor & mater mea salutem dicunt plurimum tibi & Camille, & quam postulo meo iure, ut tu quoq. meis verbis dicas, Beatrice tue honestissime femine.

Vale.

Ant. Bell. Franc.o Robortello s.

339 Maggium qui istuc agit professorem Germanus hodie Convivam habuit in cubiculo suo, sed valde familiariter ut potest homo, qui quondam mercede sibi servivit in stermendis, frenandis & gubernandis equis. A Germano monuit se quid ad te vellem se cognoscere te tuumq. domicilium probe, dicereq. sui rediti iam instare, censebam equidem scribere quod ex binis, quas in eandem ferme rationem ad te scripsissem diebus proximis omnia iam facile cognovisse poteras. de quibus optassem te certiorem fieri,

Quamvis vero dubitem ne crebritate mearum nugarum taedio affi-
ciaris, placitum est tamen significare tibi in tanta tabellarij op-
portunitate, die hesterna, quae statuta erat creandis novis consili-
arijs, actum nihil penitus fuisse, impedimento nescio cuius febris
qua pater clarissimus laborat, et negocium de Ancilla animos me-
arum mulierum adhuc habere valde sollicitos. Secundum enim
à Baldassa(?) extorsit moratem spatij temporis, et recusare videtur
nisi prius extorqueat ad te venire, ut de mulieribus audio, quibus
id negotij reliqui expediendum, quod certo scio eis maxime curae es-
se, cum videatur apud ipsas rarae probitatis, fidei, diligentiaeque opini-
onem de se excitasse, praeterea est domo, ut toti Civitati liquet, non
officere pistoris(?) in finium mihi propinqui. Quo autem exitu res de
Ancilla tandem ab eis conclusa fuerit certiorem te faciam ut novero.
De Paulo nepote si apud te fuit Venetijs, aut iter Patavij apud
illum, sicut res de contubernio forsan exigit, quatenus tandem tuis istis
occupationibus relaxare potuisti, et quid egeris, accipiam ex literis
quas abs te in horas expecto. Vale.

340 Ant. Bell. Francisco Robortello S.

Apud me fuit hodie Simon quidam Comelius(?) petens an de re
literas tuas accepissem de qua ipse admonendus esset, et affermavit(?)
te sibi compatrem esse, necnon a praefecto suo Gradiscae in Colum(?) ferri
ausit(?) plane homo ignotus iste est. Excusem tamen respondi me
saltem(?) esse, te Simonis autem virum, cui praefectus ipse inter alios
rusticos nescio quod officium commisisset. Cum respondis-
sem abs te accepisse literas profecto, sed quae ad nostras rationes perti-
nerent, rogavit ad te scriberem data opera, ut ipsum nummis
adiuvares tuis, quos bona fide pollicitus sibi fuisses. Necnon
significarem apertam tibi adhuc esse viam cum Bertrando susan(?)
conficiendi si fundus placeret et conditio, quod nihil denique

Confecisset cum Ventura, qui aureos decem Arrabonis
dederat. Atqui Ventura se retraxit ab emptione perdere
malens aureos decem, quos arrarũ nomine nũeraverat, quam
Tricentos fortasse. Non emes tu, opinor, nisi pro Comperto
habueris emptionem tibi eventurã feliciter et sine lite,
Oppressus ē Bertrandus ere alieno sup quam Credi pot.
Vult vendere, Contradicit filius eius opponens fideicomissũ,
Ego puto cum id genus hominibus nihil nõ Contrahendum
quos perspexerim nepos esse, et ad me decipiendum oculos
et animũ defixisse. Tibi verò si amplectendam Conditionẽ
Iudicaueris, de sponsore, qui fide ac re uulgo probatissimus
habeat', ita Cauendum erit, ne tuo tanto damno ulla pecu
nia pereat, cogarisq́ propterea Litigare. Cum Simone ue-
ro Compatre et quibusdam alijs Ita existimo rationem tibi
habendam esse, ut apud eos in aliqua offensa nõ sis, cum ali-
is de Causis, tum certè quòd fidei videaris oblitus, quam se
mel praestiteris; In tñ pro tua prudentia Considerabis oĩa
diligenter, et nihil ages, quod pugnet cum Conscientia, aut q̊
decipias quemq̃, aut quod decipiaris. Videt'.n. multo melius
nõ Contrahere, quam cum alijs publicè vel occultè, in forum
Conflictari. Venit ad me hodie Bernardinus Boltand,
vir sanè officiosus, et renunciavit in Hebdomada sancta
superiori se vidisse Patauij paulum nepotem Iacobum
probareq́ eius cubiculum, Et quòd Gallica debebat hodie
se abducere à Contubernio Priuitalij, Ista praefatus suadere
Cepit, ne ab alumno suo puerum amoueret, ne discerent lu
xus & Voluptates ea à Contubernio Licentiosius abnostare
in tanta Studentium multitudine: opinor ad hec instructũ

fuisse à Prinitellio, Respondi me id negotij tibi dedisse, quem de Contubernio prudenter accuratèque omnia meæ causa facturum non ignorarem, seu duceres puero mutandum Contubernium, seu Prinitellum sequendum. Audi igitur in primis puerum quibus de causis conqueratur, et quid desideret. Habes illic Hectorem Richerium, qui publicè Institutiones explicat. Habes et alios optimos et doctissimos iuvenes, qui nobiles et ingenuos adolescentes domi alunt et instituunt legalibus disciplinis, inspectis alumnorum ingenijs moribus et doctrina. Deinde inspicies cubicula æstiva et hyberna, ætatem ac qualitatem aliorum contubernalium, quale sodalitium, et qualis convictus et posthac quantus denique fructus ex studijs Pauli nobis sit posthac expectandus. quem mihi dubium tantum denique fore, quantum ipsemet pro sui bonitate ingenij ac diligentia esse voluerit. Postremo rerum deliberes mature ac perficias de Contubernio, quisquis enim abs te preceptor et alumnus delectus fuerit, quæque tua conventio de Contubernio, me quæso opportunè certiorem facias. Confestim à me probabuntur omnia, quæ nomine meo feceris, Mutenturque precium Contubernij semestris temporis ante Calendas Maij. Magni enim refert quo preceptore, cuius doctores contubernio, quorum sodalium consuetudine et convictu usus fuerit adolescens, ne et temporis denique quod præterit semper, et nunquam redit, nostri et pecuniæ, quibus fortuna non admodum benigne respondet, iacturam videamur stultè fecisse. vale.

Ant. Bell. Francisco Robortello s.

341 Si quæ de puero scribis non ex aliquo tuo commento conficiuntur, sed ita vero res bonis habet, negotium habemus ex animi nostri

Sententia. Argumentatur, probat, refellit, & suæ virtutis,
ac memoriæ tibi facit periculum. Non n. suspicor simiam
aliquam abste mihi representari sub leonis exuvio. Co-
gnoui te minime mendacem. Quare sentio & ego tecum
ne Paulus à Vruitello temere se commoueat, neque
nos à contubernio ipsum abiungamus. Non n. puto subesse
ullam difficultatem, quin cubiculum absentis Gallicæ libere
consequi possit & debeat ob singularem ~~tecum~~ alumni huma-
nitatem & equitatem. Superest ut Hectoris puerum ne-
quid indulgeat remittendis studiis Sapientiæ Legalis. Adeo
honesta sunt et probata, ut nulla illorum satietas esse possit.
Eam & ipse in qua ibit non multos post annos, pugnabitque
quotidie inter tumultus illos forenses, postea quam ita receptum
videmus quadam iniquorum hominum licentia & abu-
sione, quod nihil sit vel hereditate obuenire, vel la-
bore parari, quod aliis controuersum futurum non sit.
Credis ne defuturos unquam qui lites suscitent & pedi-
bus manibusque laborent ut exsculpant aliquid? Pergat
igitur nepos virtutem discere, et simul audaciam in-
cipiat, nulla res potest accedere, ad quam nos attentiores esse
debeamus honoris et commodi nostri causa, quam ut ipse
vivus contra tres Herculis in foro congredi aliquando possit.
Ego etenim ut te scis non fugit, Varro nequeo ducendis li-
tibus forensibus, neque scribendis etiam, breuius etiam senio
et capulo prope vicinus. Arinus Germanus, qui iactare
solet se prius nihil habere posse, quam cum lites longe
refugiat. Paulus annum agit septimumdecimum ætatis suæ
& Abstemius est. Non refugiabor quin ubi annum perge-
rit duodevigesimum ita consulente Platone de legibus,

vinum bibat, si naturae vini appetitum sibi suggesserit, et tanquam alter Hercules graviter et strenue monstra domet, famamque sibi et familiae suae conciliet sempiternam. Quod Florianus Antoninus extinguendam vel componendam susceperit litem et contentionem omnem, quae inter te et fratrem fuisset, valde laetor, iuvenis est egregia doctrina humanitate prudentiaque simili praeditus, qui facundia et dexteritate tollere potuisset odium illud Bassiani Antonini Severi filii in Getam fratrem, quo nusquam legitur aliud saevius fuisse, quippe quo non solum frater verum et eius amici omnes ad interitum tracti fuerint. Spero quod vos componet, et res vestras tam dextra suadela quod ambo concordibus animis statim litis in eius sententiam, nisi velit forsitan utriusque alterutrius ingenium quam dura silex vel Marpesia cautes, aequitati et honestati, quod minime ~~pugno~~ puto, contumaciter repugnare. Ego non gravabor adesse, si me frater vel Antoninus voluerit, et tam Leonardini negocium, quam tuum pro animi tui mei aequitate ac conscientia libenter curabo. Quod ais te paternum fundum redemisse, qui situs est in agro Conetensi, vero propius video esse male fieri civis Conetensis quidem, si praesertim illuc secedere frequenter cogites, tecumque ibi et cum Musis vivere. At cogites velim quod ibi non habitant Musae, nec alma Ceres, sed Diana tantum, cum qua in montibus illis cupias forsan capere feras, ut in venatu etiam tibi laudem quaeras, et non animi viribus solum, sed etiam corporis tua hac aetate viribus plurimum excellere videaris. Res pendet ab arbitrio consiliis qua tractatur de novis consiliariis. In forum enim descendere nondum coepit. Vereor tamen ne Palladis odio in Dianam quae ad venandi studium te tantopere inflammavit, repulsam feras: non enim Pallas quam hic colunt, in transfugas benignam se praestare consuevit. Dianam, quae tu maiori modestia quam studio mihi commendas, non indignum duco ob doctrinam singularemque probitatem beneficio Collegii nostri, illi significabo.

si in Collegium accedere potero, me nō defuturum. Neronē abstetem mihi summopere commendatū fuisse, si occasio dederit, vel alicubi fiat mihi obvius. In tanta vero Competitorum multitudine, nemo recte augurari pot. quis denique Locum fuerit consecutus. Candidati qui suffragia petunt pauciores nō numerabis quam Quadraginta, qui præstant. Ignoro certe num mihi licebit per ægritudinem, qua vexor plus satis, in Collegiu accedere, conabor tn, Statuta dies est proxima Dnica mane. si adiero, fratrem tuū quamquam absentem nec quærentem, quod sciam (meum n. Locutus nō est) omnib. sponte et suo tempore Commendabo, ut filium Scribæ de Collegio nro et re tabellionica optime meriti. plus n. repentina Commendatione interdum proficit ad beneficium aliquod impetrandum quam longo ambitu; ut sunt hominum ingenia. Si impetraverimus, quod tn non spero. Nam Scribæ timores nō æstimant magnæ autoritatis ætatem, operam et industriam mea, quamvis præclare pro nra re pub. tabellionica me semper habuerim. Bernardinus nō infeliciter processum sibi fuisse intelliget, et magna, te ni fallor, molestia liberabit. Sin minus, Contraham humeros, et ipse Cognoscet saltem amorem erga se meū, ob iniuria quam ais ab ipso tibi factam fuisse, exhaustum plane nō ee. Petrum Andream Gamarum ad Paulum, quem à me petijt, Arieto, si perferendum ad te Curaveris, bene eius rationib. Consulueris; et mihi gratissimū feceris. Vale.

342 Ant. Bell. Paulo nepoti S. P. D.

Petrum Andream Gammarum petis autorem horum libellor. qui inscribuntur veritas, Dialectica, et flores Legales scil. Arieto libenter, missurus et alios cū opportunū tps admonuerit,

Verum caue te ne ips confundas studendi perplexitate. Studijs
enim, si confundant, male respondent ingenia alioqui opt.a
docilis profecto nos natura genuit, sed rectus studendi ordo doc-
tos reddit. Institutiones Justiniani fundamenta habent. quib.
non habes. C. & ff. frustra sumes sicut nec Virgilium interpretem
quis pot. sibi legendum, nisi Donatum & regulas Grammaticas fuit.
In hoc aut. tibi non est op. alia mea probatione, quod nemo non
comprobat. Commonstrare vero tibi Decianus non gravabitur
studendi ordinem et rationem, qui te chorum nihilo secius habet,
nesciuerint aut contempserunt. Carent fundamentis quia memo-
ria Institutiones non tenent, et cum debent in iudicio dicere de
trib. capellis, dicerent. Aut videt Grammaticos, optra eos
loquunt. de Cannis & Bello Mithridatico. Proinde meminer-
ris in studendo ordinem tibi numquam deserendum, qui valet inge-
nio et memoria. Invenies tandem studia, non tamen praeter spem
& expectationem meam tibi feliciter & ex sententia cecidisse, vale
...q. Regulinu et avi filiu suu habet, videt q hic homines plurima doctor.
turbam, doctos tn. obtes perpaucos, quod vere studendi modu et or.ne

343 Ant. Bell. Tyberio Deciano S.P.D.

Factus sum certior Galliam contubernium Privitelleanum deseruisse
non ut mihi persuasum est ob aliud, nisi ut nanciscat. sodales, quib.
cum suis philosophiae ac medicinae studijs certatim operam det. Nosti
aut. q. hucusque Paulus nepos de cubiculo laboravit, quod diebus
& noctibus per hyemem ad studendum sibi commodum erat, & quod
Privitellus quandam legem de praeoccupatione semper obiicit,
Rem nunc ad terminum collatam vides, & legem illam Paulo obijci am-
plius non posse, qui hactenus institit & continue instat, ut ipsum
cubiculum consequatur. Unde fieri non puto posse, quin facile nunc
impetremus ab alumno praesertim, qui ab equitate & conscientia ne
transversum quidem unquam discedere visus est. Quaobrem ego ad
quem oia cura nepotis refertur, obsecro te vehementer, cum Privitel-

ho agas ut paulus tecum Gallicę cubicul. hēat, & preces meas
q. efflagitationes sunt legitimæ, ne reijciat. In alteriꝰ n. con
tubernium traducere paulum nunqꝰ sane cogitaui. Secus vero
Cogerer ne diem quidem prorogare quin traducerem, cum
nulla prorsꝰ excusatio venire mihi hoc in mentem, quam
Priuitellius afferre queat. Ad nepotem misi legatum dia
lecticā Sammari, quam postulauit. bene res hēt. Comertiuꝫ
nō videtur habere cum improbis, sed flagrare studio di
scendi et argumentandi ut acutus doctusqꝫ reddatur discipulus,
cui et fidelem memoriā natura contulit, & ingeniū velox.
Tu vide q̄so ne studia confundat, dum diuagatur ad diuersos
autores, ne tonis summa misceat. Te n. rectum iter osten
te, nec plaustrum ante boues ponēte, nec proponēte ad calcem
qui currere ad verticem debuisset, & egregię virtutis &
autoritatis tandem iurisconsultus euadet. Quicquid vero boni
egerit, vtrius tuę doctrinę & comitatis erit, nō vulgaris tuę
erga nos beneuolentię acceptum referam, & ut absit tam
memor aut ingratus habear nunqꝰ committam. Vale.

344 . Ant. Bell. Franc° Robortello. S.

Mittam accersitum Cornelium ut per literas iubes, quas Collussius
tabellarius mihi reddidit, agam cum eo diligenter de emptione &
pecuniam tuam numerabo, à quo instruar de Ioannicca. Ar
bitror adesse tempꝰ ut venias. Scip. n. Legerum tuas quando me
Conuenit Ioannesmaria Scbala missus à Ioanne Vulpio salue
sonensi tuisqꝫ. rogans te certiorem facerem ut intelligerem
eum emptor fieri velle molendini & fundorum de quibus
Syngrapha. Dabit idoneum sponsorem, seu manutentorem
Ioannem Quadrunium, aut si malis Nicolaū Quadrunium,

emptorem huius puto tibi si probabit, non parum cessurā ex sententia. cognosco eos divites & bene fortunatos esse, rem si confici volueris Francisco Rovello Ducatos sexaginta supra quingentos dare poterit, qui Clarissimi praesidis Scriba est, et Venetias proficiscitur ad nos, (et audio de tuo tamen maria propediem venturus. Vide quid tu possis, commodo in hac re fieri: nec differas responsum quin res e vestigio. Magister eum nunc exigit ut ab ipso Gulpio nunc tantum pecuniae consequantur, Quod acceptissimus sis Inclyto nostri et alijs Clariss. Senatoribus ut valde gaudeo, ita doleo vehementer Egnatium virum alioqui doctissimum & humanissimum in te esse infenso & inimico aio. Verissimum profecto est illud Invidia colit, ignis alta petit. Vinceris te magna tua virtute, prudentia & animi moderatione adversae fortunae procellas quae eum invaderint, quoad amicos illos candidatos obsequar tibi libentissime, & ut intelligant meam erga te observantiam singularem, cum primum in eos incidero, me neutri defuisse, nec unquam defuturum curabo. Vale.

345 Ant. Bell. Io. bap. Priuitellio. S.

Gallicam anteposueras Paulo nepoti meo nescio qua tua lege praeventionis, quod iam cubiculum occupasset. Exquisita modo est illius legis ratio. Mutavit contubernium, ut audio, quo fiet ut nullum plane ius tibi supersit, quo thalamum illum negare possis nepoti toties flagitanti, cui tuum contubernium in ceteris rebus ita certe probatur, ut nullum ei facile placere magis possit. Itaque debetur ei cubiculum aequabili iure, lege cessante, quam obijciebas, ad quod quis quaeso debet a te nobis anteponi, quando tanti contubernium facimus tuum, ac de eo retinendo magnopere laborare non desistimus? nisi velis thalamum ob aviditatem alicui futuro contubernali reservatum esse, aut animum fortasse tuum aliquo

odio in me increscentem patefacere. In hunc aut rationem quam
ad te meminisse peramanter et copiose me scripsisse. non
videtur nobis disputandum esse, cum ipsa gratitas, postu-
let et singulari adiuncta tua humanitate vetus ami-
citia nostra exigat, ut nepoti tam concedas meo, quod om-
nibus alienis etiam notum filio tuo utraque manu fratri
ego tribuerem. Quamobrem hortor te rogoque iterum
atque iterum vehementer ne dedigneris ascribere istum
nepoti cubiculum illud, quod sibi con iure optimo debitum
Constanter flagitat, ut commodius per hyberna tempora
dum noctuque pergat cum filio tuo vestigiis et Reginaldo
legalibus disciplinis certatim incumbere, officium istud
tuum, et demicitiam nostram onder Constantissime te tueri,
tota res in tua potestate posita est. Si te duriorem et dif-
ficiliorem exhibere volueris, et tam apte dare, vel tue aui-
ditatis, vel in me odii significationem, quod tamen mihi
suspicor, aliud consilium cogar capere, et nepotem, ne tibi
non sit cognita mea voluntas, abducere celeriter in alte-
rius contubernium. Ceterum mercedem futuri temporis
huius si concedas nunc numerabo Tarquinio filio tuo. vel
in nummis aureis vel argenteis istic tu commertialibus ne quid
te offendat, quam in mei nepotis contubernium imputabis
Sum paratus alioqui eius mittendi onus et impensam equo
animo sustinere, et ad tuas prius manus fideliter
perferat, Vale.

346. Ant. Bell. Io. Baptistae Egnatio S.

Non sum parum commotus quod intellexi ex amici cuiusdam sermo

qui nuper apud me fuit Venetijs huc profectus, te Franciscum
Robortellum vehementer odisse; Causam no tamen
explicauit, nec aperuit unde profisciscerit. Quemadmodum vero as-
sequi cogitatione non possum, Cur professor tu summe doctrine
celebritatis & glorie, quem ab omni maledicentia se abhorruisse
cognoui alteri maledicas, Ita nec adduci facile ut credam
te Robortello vel tantillum iratum esse, qui solitus est te in
coelum efferre, et nunquam a tua sententia discrepare. Quoties
n. apud me fuit, visus e valde te diligere, obseruare & virtutis
merito appellare semper Antesignanum politioris eruditionis et
vtriusque literature. Nec ratio ulla venire mihi in mentem
pot, qua publice istic legendi munus ei nunc inuideas, ad quod
insciens & minime cupiens adsumptus fuit, postquam ab eo vel me-
lius ni fallor, otio tuo consuleres, tu sponte abdicaueras. mi-
nus suspicor ad illud reuerti te cogitare senio prope confectum.
Quid n. Egnatii ab se longius abest, quam auiditatis & in-
constantie vitium? Aut cui dubium omnia tibi quam illi esse
meliora tribuenda cum etatis ratione tum eruditionis & dignitatis
aliorumque meritorum tibi longo interuallo postponendum? Vi-
ginum annum agit tertiumet trigesimum etatis sue. Tu multo
maior es Septuagenario, nec solum libris totam vitam impendisti
verum et preclara tua virtute magnas opes, dignitates, occasiones
& apud posteros famam dubio procul immortalem tibi conciliasti.
Stuperem profecto mores istos tribuisse tibi hac etate, hoc
statu rerum tuarum ut inuideres iuueni, quo nullum facile in-
uenire queas, qui vel sit candidior vel tui studiosior & aman-
tior. Doctus e sane et supra etatem plane eruditus, sed qui
tibi semper primas concedat, & tam in primis humanus, tamque tui
studiosus, ut si et aliquando no bene sentias (male n. sentire no
potes) videri semper velit, honoris tui causa, ne pilum quidem

à tua sententiá discessisse. Ego ob candorem animi utriusque
vestrum, eximiamque probitatem nunquam mihi persuadere
possem abs te inimicitiam illi conflari, ut nec ab illo tibi.
Vos ergo proinde si qua difficultas, ut fit inter doctos, e-
mergat de literis grecis aut latinis, ambo coëatis in locum
aliquem, qui ab hominum oculis sit remotus, causam agatis
vestram, parati sic, ut decet, ais, confirmatis opiniones,
probetis, refellatis, ac vicissim expediatis, & ut ad se qui
erraverit, redeat, herbamque protinus porrigat, minime
pertinax vel refractarius, non autem ut palam in disceptati-
onem descendatis, ne qui se vicisse putavit, cum crista-
tus Gallus exultabundus è vestigio cantet, neque ut
alter alterum absentem in angulis laceret. Quod si ut
confido, feceritis, perpetuo amicorum vos amabitis, & al-
ter in alterum se inimiciose aut contumeliose non habebit.
Neutri enim obijcietur levitatis crimen, aut imprudentiae,
vel detrahetur quicquam de dignitate & autoritate
sua, Nec minus eternum Egnatius constabit existimationis
Successoris rationem habuisse, quam Robortellus et summi
predecessoris sui virtute ac dignitate laborasse. Quare hæc
scribere sum arbitratus ad meum officium pertinere, ut ge-
ner ipse meus tecum i. cum optimo meo patrono in gra-
tiam redeat, cuius studium novimus annis abhinc circi-
ter XX apud Inclytum Senatum mihi & Geronymo
Collegæ, necnon toti nostræ rei Tabellionicæ sæpius profuisse.
Ad extremum non peto non opto aliud, quam ut inter vos pre-
cipue in humanioribus studijs amorem & benevolentiam mutuam
sartam tectam ac tueamini, quæ certe salva esse non potest, si dentes
alter in alterum acuet. Vale,

Ant. Bell. Franc.° Robortello .s.

Per nepotem Cornelius mihi respondit tuos illos ducatos
decem recepisse, sibi decretum esse, sed tubersorum ad usque
festum Divi Ioannis baptistae se ad eos recipiendos diem non
venerit, quod Grabisey multis occupationibus hoc tempore dis-
tringatur. Servabo itaque ne quid faciam, quod a tua
erga Compatrem benevolentia alienum esse videatur. Quan-
do aut in eo erimus ut manu publica scribatur Contractus, officium
quod ad me scripsisti diligenter praestabo. De Consiliariis in
curia nondum actum est, nec agetur priusquam opere plane ...
firmetur, et ... dofendat. In optima spe etiam in
tota te magna sustentet ratio summae tuae virtutis, inte-
gritatis atque prudentiae, quae existimationis meae, quae nullam
... Populum. Mirâmur actum ... in Collegio nostro
8 Tabellione. Audio Lectas fuisse Literas Stephani Theu-
poli ad Collegium nostrum, quibus Ioannem baptistam nigrum de-
ligentissime Commendat, quo factum videtur ut res hec
Compotito sit dilata in decimum primam Iunij. Scribo enim
animi pendent, ut si nigrum reijciant, tantus Senator in-
iuriam a nostris videatur Gravissimam sibi factam repositu-
lar, cuius autoritatem nullus sit, qui plurimi non faciat;
Eo si admittant, res eo in exemplum trahatur, quod unus
alicuius magnatis Commendatione postheac ceteris omnibus
anteponendus sit. Vereor quod ego in Collegiu recipere
me non potero prae egritudine, si paulo plus quam fiat,
rogare me incipiat. Desperant Fuscinis probus et furni rius
meus, et familiarissimus filij Obrosamarbe tui Compatris
nec insignius certe, qui Cooptetur in Collegium nostrum, si etiam
tanti Senatoris Commendatio non accessisset, qui cum Imperio

mitti consueuit à Senatu temporibus bellicis. ~~Deni~~ De
re vulgi expecto literas tuas, ex quibus quid sit faciendum intelligam. Fron. n. Guasij aliquid respondisti, nec postquam ad te scripsi, cum eo aliquid mecum
locutus est cui negocium dederat. Literarum quas
ad Ignatium misi exemplum ad te do, quod tua interest scire. Opto inter vos concordiam conseruari.
Tu etiam ne contemptum habeas hominem, aut frequentius
quam mores tui patiantur, nec item remissius aut
indulgentius quam res, locus, aut tempus postulant, ne
ob etatem et autoritatem eius ~~virtutis~~ tue constantia in discrimen aliquod adducatur. Vale.

Ant. Bell. Franc.o Robortello s.

Quia res urget breuiter ~~literam~~ explicarem quod heri ad te
348 dedi; sed abstineo fretus te iam scire meis acceptis literis
quae te scire volebam. Videbis et ne dubites quin ea cautione
a me conficiantur omnia, quae per literas confici postulauerit.
Tibi fortasse videbitur supersedendum tantisper dum aliquid
fundi occurrat in ora maritima, quod et commodius, et utilius tibi sit. Ego contra voluntatem, aut praeter opinionem tuam
nihil facturus sum. Cum Falcidio cupit et Francisca eius
coniux, habet officium mortuae, et in eius domo Hieronymum Coltam aegrotantem, et Rosanam sororem eius Falcidij. Dignus pater Clariss. è castro coepit hodie descendere et in templum progredi, bonis auibus. Alor spes ut cum pronunciatur in curiam consiliarius fias, quodque prospexerint publicis commodis, quae tibi fauerint. Frater tuus Paulus optime in primis omne odium extinxerit, quod est inter te et Gnardium

Adeo durum et superbum animū gerit, ut neq; Compater tuo
speret, neq; Paulus frater, quod ad Compromittendum illo pac-
to adduci possit. Vterq; aut̄ Consulit ut cū illo celeriter ex aliqua
qua pactione quoquō fieri possit, ne cum vindemiarum tempus ac-
cesserit ad manus vobis veniendū sit. Ego quoq; eo in continue
ut scilz fratrem qui videt̄ ad Rcinaciam se Conuertere velle, lenias
tua benignitate. Nam quasi perditum recuperaueris, eūq; simul
ab isto periculo quod imminet liberaueris. Non. n. possum non
admodum dolere quod fratris culpa frui nō possit animi tranquil-
litate. Rumor hic inualuit Tyberiū Decianū accersitū Conues-
surum ut Gerat assessoris munus apud Franciscum Venerum destinatum
tum praetorem Ex Senatus consulto, Anbiguum tū Exploratum habeo
an Conditionem acceperit. Opinor Patauij manere libentissime suo
Statu Legendi ac docendi; sed quod deniq; statuet venerio seruiendum
eē, Cuius nomen inter viros principes plurimum hē & dignita-
tis & autoritatis. Eius Absentiam Studijs Pauli nepotis nō paruū
allaturā detrimenti perspectum habeo. Verum alius sit fretus cura
et diligentia Priuitellij. de puero nō aliud fore, ac uīra fuerit
Expectatio. Scias Paulum ad me scripsisse huc se venturū
ad Vindemias & Priuitellium quoq;. Germanus aut̄ me monet
se scribente tuū Alumnū dum hic publici stipendij profitebat̄
obtinuisse contra discipulum, temp̄ quo abfuerat a contubernio vin-
demiarum causa, Impetrandū ad praeceptori. Gratum erit, ex tuis lrīs
Cognoscere, quid in Gymnasijs obseruatur, An scilz tempus debeat̄
quo nepos apud me fuerit, Vueritaq; meo sumptu, necne. Non enī
ita pecunijs abundo, nec equū aut honestum videt̄ ut Impetrari
a me praeceptori temp̄ illud frustra impendijsq; plane vacuum.
Secus nō Committerem ut veniat ad vindemias puer. 3. ? n. Si
Tyberius Patauio discesserit alios adibit Iurisconsultos, qui nō publice
priuatim tū Institutiones Interpretant̄, Pendo n. ducatos quatuor in
singulos menses, et amplius et morabit̄ forte nepos in vindemijs, vnū
et alterum mensem Integrum. Nō Curarem si factum afferret mo-
dicū puta X. aut XV. dierum. sed anno Interposito meo damno tps

monstrum vel bimestre, videretur mihi nimis dispendiosum cum pro sertum nimium magno Primitollus contubernium locarit, et si diceret in potestate mea fuisse ad vindemias accedere. videram quid mi si et hesi intermittere voluisti obventionem ut ad tuas vindemias properares. Sed mittamus ista, vitabo omnem contentionem et expectabo ex tuis literis scire quid vestris approbarit. Vale. Romae 18 Calend. Junij 1580.

Patres Conscripti literas duas tuas ad me dedisti Kal. redditae mihi fuerunt, altera a Valerio Consilario, altera a Josepho Tabellario una cum pecunijs tot quot ab isto scribis ei numeratas fuisse. Centum scilicet gregarios et tolleros CXVI. Quae omnes si male non supputo complent numerum ducatorum CCXXI. Lib. sol XVI. Sebala duxit me hodie mane in domum Joannis Quadrinij. erat cum ipso Vulpius gener moriens, et ego cui negocium conficiendi contractus ab isto delegatum fuerat, Franciscum Belgrandensem. qui contractum tabulis suis exciperet. Sed ubi quod a me sacculo in mensa apposito et pecunijs tuis de eo depromptis ut numerarentur, turbata sunt omnia. Quod Quadrinius diceret non molendinum vendi, sed livellum quod super molendino deberetur. Ego absque cunctatione respondi Sebalam egisse mecum de molendini proprietate pro quo soluntur titulo affictus annui frumenti st. XXI. pis. iiij ½ et composuisse in duc. CCXX. De livellone verbum quidem factum fuisse. non esse fallendam fidem. quod nec Sebala negavit, immo affirmavit quod Vulpius eum fefellerat, qui de ipsa proprietate molendini semper fecerat mentionem. Ita ut scire debes plurimum interesse inter affictum et livellum, quia non debet livellum, cogi frumentum solvere non potest. sed in pecunijs LXI solidi duntaxat in singula sextaria, et emptiones livellorum hominum molestiores solent, ideoque propterea cunctari. Itaque cum de livello nihil unquam ad te scripsissem, quod non aliud est nisi fur quoddam census certum, ab eius emptione abstinui. Aut igitur te remittam ad te totam tuam pecuniam, aut servabo ad occasionem

-ultoris alicuius emptionis, aut lusoris. Amici d' quo scribis cubationem inter virgunculas, puto coniunctam nō esse cum luxu. Senex est valdè, et ut videtur ad venerē impotens extremę ętatis accessione, nō adeo et, ut opinor, stultus, ut velit honestam suam famam vita dedecorosa cōtaminare. Venit professor, cuius lucubrationes per varias orbis regiones emanasse constat, in genus libidinis planè intempestivam, et detestandam eo. Unde credo ipsum habere consuetudinem cum puellis nō inhonestam, et nihil admittere obsceni, et cum eis cubando se probare affectus habere in sua potestate. Quid si in ipsis non temperaret, et libidini ac luxui indulgeret. Est ne in senatoribus, quibus gerendorum in urbe magistratuū autoritas credita sit? Certè nō. Et si esset, nonne principem habemus vigilantissimū, qui ad arcendos malos mores, conformandamque [illegible] augendam suā rem pub. nihil unquā intentatum relinquit? Sinamus hominē indulgere suis delitijs, si hac ętate sua animum fortasse habet minus continentem. Est aliud quo videtur fama incurrere [illegible] montius [illegible]. Lacessiuit te cultro, ut ais, nec lingua, nec calamo interpellantem. Homo certè hoc sapientior iudicatur quo se habet urbanius et benignius. At si in rabiem usque tam furens videtur quòd tumultus animi planè declarat amplius rei cohibere, hominem longè fugias oportet, quod ut facias te et atque etiam moneo. Vale.

Ant. Bellonus not. Francisco Robortello. S.

351 Cum Vulpio et Quadruvio eius socero tuis verbis amanter et accuratè de Avolutiona confecturus eram, ut ex meis literis superioribus, quas Lippoldo scribę ad te dedi, perspicere potuisti, præsens erat prorsus, et aberat scriba. Simulatq3 verò Soceri

declaravit Generum vendere Livellum, de quo Schala mecum nihil plane collocutus fuerat, nec ego de livello, sed de Absoletrina semper ad te scripseram; emptionem defugi, non sine ra. Schala propriciatem proposuerat mihi venalem, in qua spes erat certe compendij. non autem Livellum, quod non pot nisi cum magno periculo et litis molestia coniunctum esse. E Livelli .n. quid expectatur aliud nisi lis diuturna, in qua saepe numero maius versatur periculum, quam si tota ab initio pecuniam abiecisses? Quem invenies in tota patria quantumuis pecuniosum et locupletem, qui Livellum emat super fundis praesente pecunia? Nihil .n. tutum est, quia nullas habet radices, nisi sit Emphyteoticum, cui annexum sit directum dominium. Hic Ceselinus super sua Absoletrina imponit titulo venditionis Livellum frumenti st. XXI. pisi iiij or ÷. Vulpius quod emit vult tibi vendere. Absolitores qui praestant, a Ceselino mutantur quotidie, et sunt Codro Codriores. tam dubia tamque mala emptione, ex qua facile detrimentum graue accipias, cui postea mederi non possis, abstinendum duxi. Bene .n. censeo me egisse quod cum Vulpio nihil actum sit. Fundo Stramo tuum etiam vicinum venalem proposuit, super quo ait frumenti st. XX. annua sibi deberi, totidemque vini congia. Suspicor id genus livelli ab illis impositum esse, qui pro tritico aliisque rebus hic debebant eius patri vel fratribus pecuniam, et non fuerunt soluendo. Si placet tibi conditio Livelli, scribas ad me. Te volente statim conficiam. Sin autem ut arbitror, displicet, retinebo pecunias quousque de ipsis aliud a me fieri te statuisse intelligam, vel ad te remittam cum primum amicus quispiam fidelis occurrerit, qui ad te deferendas absque tua ulla impensa suscipiat. De consiliarijs, ut consulatur nondum in curiam itum est. Ab amico illo, cuius familiaritatem doctis omnibus aude expetendam

Adhuc Colendumque Arbitrabar, postquam insanire coepit, nulla
etatis, doctrine, dignitatisque rone h[abi]ta. Tu te videris an
ne sentis tibi sensim leniterque discedendum sit. Dolet enim si
ut scribis, rex [illegible] tam omnem gratiam amisisse, quae a doc-
tissimis viris et Clarissimis Senatoribus olim fuerat, unde
afficior non mediocri molestia amicum s. qui iuvenis et ad
usque fuit in magna gloria, in magnam ignominiam venisse
senem, qui sit omnibus risui ~~Vale~~ Ceterum obsecro te Doneto
Principi Sapientissimo si quando te ad Colloquium admiserit
me valde Commendes, ne sibi totus excidam, quem agens apud nos
Gisicken annis abhinc XXX satis Cognoscebat, dum de nominis
ac dignitate patris optime mereret. Crevit autem adeo eius splen
dor et gloria, ut nesciam, quod ei superiorum principum aliquis
recte Comparari possit. Ad te autem pertinet rerum ab eo gestarum
memoriam ut eternitati Commendes, Indolemque nepotis eius
foelicissimam cum alijs de causis, tum quod se praestat dignissimum
Imaginibus suorum progenitorum, quanta potes Industria pro-
movere contendas. Id enim genus officij Liberalissimo prin-
cipi occasionem dederis, cum ut te amice diligat et ornet pluri-
mum, tum ut Vigelloni sit Socii tui memor. Vale,

Ant. Bell. Franc.° Robortello s.

312 Adijt me Iterum Gebald his Verbis. Vulpius Abendanum mi
dixerat de proprietate Pistrini. Illi quaeso Imputes non mihi
Agebam prosonatum, et mandata quae dederat fideliter reddi;
Ad te autem nunc Bollone redeo Ipsius nomine, ut Intelligam an mi-
serit Robortellus pro fundo Aociano pecunias ducatos s. ccc.
unde percipit frumenti st. XX quot annis, Vinique Congia
totidem, Respondi absque alias pecunias me non accepisse, neque
responsionem de Aoiano, adduci tamen in magnam suspicionem,
ne vulpius quaerat tecte Iuvilum vendere, sub nomine fundi

vt voluerat de pistrino. Tunc subiecit, ipsum quot annis pa-
ratum esse impendijs suis mittere tantum frumenti vnius quan
titatem in portum gruarium vsque, si velis et ex suo granario
expeni, iure Liuelli, de quo tamen possit tanto precio se
eximere pro suo arbitratu, facto tu omnia curet per seruum ne
niepo conuehenda venetias tuo sumptu habet rem. Des tu
te tibi consilium oportet., Mihi nullum Liuelli nisi sit
emphitheoticu placet, quoniam periculu est ne consimilia
Liuella euanescant, vel plus nummorum in lites, quam in teste
insumatur, et raro etiam emptores inueniunt. Adde quod
fraus illa, qua Schala insciens procurabat de pistrino,
valde deterret a contrahendo cum vulpio, ne per omnem
vitam impendij te poeniteat, Si tu vis, confirma de tua
sententia, scribas ad me, nihil mihi optatius est quam
vt bene emas, tibique ipsi satisfacias. Ego Maneo in mea
sententia. nec ab re, scire n. te velim quod vulpius per
Schalam tulerat cum pecunijs Germanum mittere ad domu
Quadriuij, et volui quasi negotium demandare ipsi. Iam
egritudo me non solum foro priuauit, sed nec domo quid,
ut pedem efferam, patitur. Affuit tamen mihi bonus
genius. Germanus simplex et facilis homo statim pro
basset Liuellum, et ancipiti emptione, nisi ego accessissem,
in aliquod discrimen tuam pecuniam adduxisset. ait et
Anibal de Arodio se audisse (qui prope pistrinum tuum
moratur in vico Gratiano) quod ab illa emptione absti-
nuerim, me prudenter fecisse, posse et hinc liquere
emptionem illam, si fiat, bonam non fore: scripsi Danielem

Tonnum tui Floriani fratrem, nonne credis eum animum induxisset ad conficiendum de Liuello suo pistrino sterminque confecisset, si emptionem illam bene sibi cessuram existimasset? Diues est, et pecuniosiorem vix Ciuitas hic nominem, et à fundamentis super pistrino domus amplissimas aedificauit. Expostulandum tibi videtur quo nummos eroges tutius et melius. Taedet me istius impensae, quam in nummis fecisti per Tabellarium istinc ad me frustra mittendis, nec tibi quoque recuperabit impendium: quod timori tuo, et me planè taedeo, fecit in seruo illo tuo dicta opera, qui tristitiam tollerot attulit absque missor.

Ant. Bell. Francisco Robortello S.

353 Ages Robortelle Marito oppido quam benignum et pium erga Camillam vxorem tuam. Medicos ei tum inuenisti prudentissimos, et obstetricem peritissimam, ut illius salutem non minus charam, quam tuam habere quodammodo videaris. Partum autem ex tuis literis deprehendo ancipitem et periculosum esse posse altera duarum uiarum. Eam scribis nunc ipsam febricitare in mense septimo. Si enim pariens febre correpta fuerit, foetus erit deploratae valetudinis, quia simul et puer febricitabit. Expertus sum in Planca nuru, quae annis abhinc septem cum febri laborasset dies quindecim, perueniens ad pariendi tempus, in lucem edidit pulchellum infantem, qui quod pari febre laboraret vitae suae curriculum absoluit quinto à partu die. Et si gestat in vtero, ut ais, pondus pregraue, periculum est ne matri vitam adimat ob id aegre valens in lucem prodire, quod Claustra genitalia

satis laxata nō sint, Quemadmodum accidisse intelligo matri
Leonardi Vtinen. Theologi cum primis Celebris ordinis Dnicani.
Itemq Genitrici Tyberij nri Deciani. q ob fetus magnitudinē
nostro quo malo fato exanimate & extincte fuere, illa in ipso
partu, hec paucis diebus post Tyberium editum. Si vō
tibi duper gemellos ediderit, nihil despero tum matrem, Tum
Liberos vitales fore. Non. n. accepimus vnq Contigisse vno
quō aut priscis seculis quod mater nō euaserit incolumis cū
Gemellis editis. In primis Igitur tibi curę sit Medicus ob-
stetrixq diligenter Caueant, ne Camilla pariens febricitet,
deinde vt prolem incolumem ędat. postremo fortis vt
euadat puerpera. Nos Interea Comprecabimur Deū opt.m
MAX. partus dextro sydere feratur in lucem, & salua
Genitrice, forsitam operępretium fuit ut medicus ębeat ali-
quam potionem ad eminendum foetum emittendū parabilem.
Ego si necessitas Ineuitabilis vrgeret, deligerem potius partē
Interitum quam parientis, Eo quod fetus nō haberet Ini-
tiū status, potius quam mater exitum vitę suę, sed hoc fuit
tui Consilij ac medicorum. Quorum sola etiam Industria fieri
facilè pot ut nō frustremur spe nrā, saluam scilicet matrem, &
liberos saluos fore. Margarita et Maria monent pme Camilla
se frequenter de Loco moueat, gradiat p domū quotidie, nec
solum oculis rerum et passibus Interiora perlustret fuso ducens
fila, Agitatione corporis sibi tm deniq remediū afferat, hodie
habita sunt Comitia Grandorum Consiliariorum causa, & Mo-
deratorię Iuuentutis Vtinensis. Adesse volui. Ex sortis
forte Calculum Aureum Te delegi, & Complures alij ad num
Circiter XXX. & Inter alios Ioannes & Iacobus Sauorgnani
ac florianus Toninus tuus nominati fuerunt, ex omib tamen qui

triciis. Iurisconsultis, Civibus, et Plebeis nullus ascitur in Consiliarius praeter unum pileorum opificem. Quamobrem inquies? quia animi nostrorum Civium affectu ducuntur, non ratione. Mihi in animo est ad Comitia non venire amplius, sive de Consiliariis, sive de aliis publicis negociis agendum sit; omnino non satis bene valeo pedibus. Et videtur mihi quod nonnullorum vel ambitione vel seditione factum sit, ut praeter eos quos ipsi Conventiculis suis admiserint, omnes reliqui a publicis muneribus excludantur. Non amplius feruntur iusta suffragia, nec nos sumus etiam, qui valeamus illos autoritate nostra commovere; si non ibimus, utcumque de Consiliariis et rebus publicis consultum fuerit, nihil nobis imputabitur. Cur enim debemus cum illis bonis convenire, cum quibus pro certo habemus nihil nos convenire posse? Nec huc tu rapieris ut quaeras tam solicite Consiliarius fieri si tecum consyderaveris, quam haec tempora, cuiusmodi sint istorum hominum mores, a quibus per summam iniuriam excluduntur, qui genere, divitiis, doctrina, et sanctimonia esse deberent inter Consiliarios autoritatis praecipuae. Recipiuntur vilo plane digni, et postremae notae homines, quos ne tonsori quidem faceres. De iis satis. Nos ut hoc fiant magis relinquamus amicos quam inimicos. Simulatiis dignus quoque sapientissimus Prosper Conuiuere in tanto malorum Civium confidentia videtur. Marcus vero Vasseus per Civitatem praeceptor adsumptus est ad iuventutem instituendam quanto stipendio ferratus conductus fuerit, aut operam etiam dedisse ipsum Literis Graecis & scripturae sacrae. In eum mire affectos cognosco Antonium Aterlium iurisconsultum & Iacobum valuasorem. Vidi profecto alia Carmina quae ad me sed de me scripsit, quibus tantus inest lepor & gratia, ut possint mea quidem sententia certare cum Horatianis. Florianum

nondum vidi nec Bernardinum fratrem tuum. Quod ad Nepotem
Paulum attinet, consistam in eo quod monuisti, agendum
mihi est cum Prunitello pro mercede temporis habenda,
quo nepos apud me fuerit meo sumptu, vindemiarum causa,
pro qua si me conveniret coram iudice, actio ista prae-
ferret nescio quid illiberale. Expecto tuas litteras avidis-
sime, quibus molestia omnis, quam de Aricipiti uxoris Camillae
valetudine concepimus nobiscum medicorum et obstetricis ope
tum divus, tum Iuvinum auxilio, diluatur dissipeturque.
Ego filiam iterum atque iterum toto pectore tibi commendo,

Vale.

His scriptis hortatus sum fratrem tuum Bernardinum ut mu-
nus Tabellionicum, quod vacans est, ambiret apud singulos scri-
bas. Pollicitus sum bona fide in Collegio, quo me conferam, ei
suffragaturum, quantum potero, si dominica proxima congregabitur.
Diligentiam meam testatus fuit in bonam partem se accipere,
et se ambiturum promisit ac discessit. Hodie tertio Calendas Ia-
nuarii Sixtus Aromatarius ad me venit, inquiens a Bernardino, qui
sibi domum locavit, interpellatum et pignoratum heri fuisse
ut ei solveret debitum affictum, te tamen sibi per literas solutionem
interdixisse, percunctaturque esset an tu eo de affictu mandatum
aliquod tu mihi nominatim dedisses. Quom negassem et scrupulum
iniecissem, videret ne bis solveret, quia Bernardino non licet
quod ad te spectat, occupare, dixit se nolle litigare, et a Bernardino
se domum conduxisse. Tu igitur statim scribas scilicet,
mittasque remedium, si quod habes, quo tibi succurri queat. Me-
lius tamen puto fore, ut statim inter vos res componatur,
si potest fieri, et quod absolvantur divisiones sine ulla con-
troversia. Sextus vel concoquet quod reliquum tui est
patrimonii, vel plus conflabit aeris alieni, quam ut sit unquam

soluendo. Quod si tibi fuerit in animo litigare, curabo causam tuam defendant patroni, quos ipse delegeris. Tedukum n. a ducendis litibus nouo me subducere, ut senectutem vitam viuam minus molestam. Ariminenses vero quod paucissimis alios ista forensi scriptor cedere consueuit. vale iterum.

Ant. Bell. Bartholomeo Agolantio physico s.

394 Nuper nunciatum est mihi Camillam filiam meam Francisci Robortelli coniugem praegnantem esse iam in septimo mense, et quanta sit foetus magnitudinis per obstetricem te diligenter perspexisse, necnon quod tuo iudicio nulla arte medica huius fortunae impetus superari potest, quin vel mater vel infans animam efflet ob ponderis grauitatem, quodque consultius tibi videtur, ut desinat genitrix, quam infans incipiat in viuis esse. O sortem miseram, o duram nimis et crudele iudicium. Quam probam dii immortales, quam sanctam foeminam queris perdere. Cogita tu quid patri filiae, quid marito, acerbius, quid nobis omnibus molestius et luctuosius accidere possit, quam intelligere ipsam propediem morituram. Si seruari uterque potest tibi modis omnibus contendendum est, ut uterque viuat mater et foetus. Sin vero alteri moriendum omnino sit, cur non consulendum est saluti potius genitricis quam infantis? Etenim si aboleatur infans antequam in lucem editus sit, dici non poterit quod ipse perierit, aut quod tu necis autor fueris illius, qui lucem nunquam attigit. Quis quaeso lugebit foetum si aboleatur. ~~...~~ quis matrem miseram non lugebit in tam afflicta fortuna si occidatur. Videor audire ipsam clamantem sibi non aliud relictum in spe esse praeter summam fidem benignitatem, pietatem et assiduitatem tuam. Eo testabitur te tam dirae necis eius autorem? An nescis quod proles edita, nedum concepta dumtaxat, genitrici locum cedere debet aequabili ratione? Nec

secus sentire debet Leo Maritis doctissimus sapientissimusque pro-
fessor. Non n. ipse orbatus erit liberis, qui ab ea alij procul dubio
lucem accipient, quam ipsi dare non posset, si tam saevam in ipso
puerperio mortem oppetere coacta fuisset. Quamobrem vehe-
obsecro te rationem habere vitae filiae meae, et ipsam quam
maxime poteris iuvare, ut nisi aliud parabile sit remedium
grandem illum foetum per aliquam potiunculam deponat, ne
a viro contingat ipsam immatura morte disiungi. Quom. n.
ultimum ut pariat tempus postularit, et parere nisi scissa ne-
quiverit, frustra remedium implorabimus. Confido autem fore
Christo deo opt.o max.o benivolente ut neque parum diligens
erga foetum, neque in genitricem crudelis nimium tandem fu-
isse videaris. Vale. In tam adversa fortuna haec cogu-
nt me paucula tantum, et multa quae volebam scribere dolor
et Lachrymae. Vale

Ant. Bell. Bartholomeo Agolantio S.

357 Ex literis Francisci Robortelli generi mei, quibus adscripta dies est
vi. Id. Iunij haud dubia nobis iniecta spes est fore ut Camilli
sua Coniux una cum foetu salva sit. Scribit n. ad me factum
esse admirabili tua Curatione, fide, ac diligentia ut saeva fe-
bris illa, qua misere vexabatur, ipsam paulo ante deseruerit.
Nam instabat periculum si non eam depulisses opportune,
ne foetum amitteremus, aut matrem, vel utrumque simul,
quando ego prope desperarem quod filia febri correpta suum dif-
ficillimi partus negocium feliciter agere posset. Propterea litteras te-
cum conscripseram ad consilium matris servandae, si infans simul ser-
vari non potuisset, quod idem sentire Robortellum certo sciebam

Sed certe postquam tue virtutis & industrie studium acriter
intendisti, a febre libera plane reddita est. Non mirum
ergo si autoritas tua cum apud alios, tum apud generum meum
plurimum valet, sentiebant alij physici, quemadmodum audio de
te, ut abortivum ederet filia, ne de vita ob immanem fetum
periclitaretur, Tu vero cui melius constabat ratio ministerij
servare utrumque voluisti incredibili vera felicitate, ut demum
cognosceremus aperte spem salutis utriusque deploratę in tua
unius manu recte ponendam esse. Quocirca agimus tibi gratias
quam maximas possumus, & tibi de ista curatione cum gra
tulamur vehementer, tum hortamur te ab officio ne subdu
cas, quod tam amanter & officiose hactenus impendisti. Nam
nosti tamen tibi elaborandum esse, quoad filia dijs au
spicibus et numine secunda, fetum ediderit, fortisque virili
erit puerpera, obstetrice opitulante, que ne pilum qui
dem errabit unquam, si se ad consilium tuum accommodaverit.
Quod si matrem ad extremum reduxeris incolumem e
partu molestissimo, quodque ipsa marem ediderit sospitem cuius
tanta expectatione studioque tenemur. Nos eque summum
gaudium, ac tu immortalem gloriam capiemus. Expectabimus
igitur scire aliunde quod circiter 10 Julij filia omnis cru
ciatus oblita masculum tandem pepererit, qui animi corpo
risque parentis imaginem expressissime referat. Dabimus
autem operam ut nos huiusmodi tue curationis, diligentie &
assiduitatis memores gratosque homines aliquando experiaris.
Hic volebam Camilli mei ascriptam salutem esse. Sed du
bitavi ne te offenderem medicum, qui cum illi, tum fetui
verum incolumitatem quotidie prestare non cessas. Vale.
10 Iunij 1550.

Ant. Bell. Francisco Robortello .S.

351

Duabus Ep̄lis tuis respondeo breviter, non me excusans quòd occupatus sim, sed quod te putem occupatiorem, quàm vel vacare meis nugis legendis possis. Cæterum aio me nō occupatum esse ea occupatione, quam affert filij valetudo, et qua ambobus gaudium eque provenit, ac dolor, ut si ipsa tua uxor sit benè vel malè. Si nunc se bellè habet, ut scribis, minuitur utriusque dolor. Verum ad istam tuam occupationem nonnihil ut mihi quidem videtur accedit ex docendi munere, quod ipsa febricitante prætermittere cogebaris. Mihi sanè iucundum fuit intelligere uxorem bellè se habere ob egregie navatam operam ab Apolonio. Tunc erit multo iucundius, quom bonis apposueris pro bellè. Appones autem ut spero protinus quàm uxor refocillata, et fortis reddita Puerum, qui nunc in utero perficitur vivacem effecerit. Quod autem in difficillimo et laboriosissimo partu nostræ matris fac-turam fecerimus, nostri filij, quàm nobis iucundum tam Apolonio gloriosum fuerit. Eam Consebitur utrumque velu-ti è Sepulchro ad vitam revocasse. Ad ipsum scribo ut moneo, cui tantum tribuo, quantum quispiam credere pos-sit, aut ipse agnoscere velit. Pergas quæso illum rogare uxorem, ut hæc faciat per totam domum, fætumque fortis educat, Tuque merito ab omnibus uxorius nominari. Camilla verò si rudi ætatulæ informabit Dei præcepta, tuque pueritiam & Adolescentiam honestissimis disciplinis parentum vacari poterit, puer in quo gignendo et insti-tuendo uterque parem operam posuerit. Totus omnino erit tuus, Genitorem Celso vertice, latis oculis, latis humeris, totiusque oris similitudine, ut spero, repræsentabit. Uterus &

Moribus ac doctrina. De Bernardino fratre tibi nihil am-
plius timeo postquam redijstis in bonam gratiam et Concordiam,
cuius ad te literas ijs adiunctas accipies, quas e visco ad me misit
habit. XIX. Calen. Julij. Quod à Civibus tuis repulsam
tuleris, ne labores, omnino si creatus fuisses Consiliarius
nihil minus, quam munus Consiliarij gessisses. Quid? si mi-
tentas Coelum virtute solida. De Paulino ne amit-
tentur omnem suspitionem retraxi Francisci uxori Fabricij.
De Pontio quod scribis ut nihil exeat in vulgus tu fide et
taciturnitate mea conquiescas velim. Vellem ille hic quod di-
cit quod ne in vulgus emanet nunc postulas linguam ha-
beret minus extravagam, minusque facilem ad effutiendum;
Quod arcanum esse debet. apud me (si et nihil iubeas perpetuo
sepultum manet, et honoris ac autoritatis Pontij nri sem-
perem habeo. Expectabam Xpoforum Castellum, nondum
tamen ad me venit. Comitivam facio cum aliquo alio tres
Confessisse vel nunc se retraxisse à vendendi Cupiditate,
Redditus olim tempus quo pretijs non carebimus, si pecunijs abun-
dabimus, Emptio, tamen erit nunquam ob tempus interpositum,
si bona fuerit. Collussius hic nondum applicuit. Tulit
fortasse Sors et in Portum Anconitanum navigijs rede-
untem ventus ipse adegerit, quo celerius Romam ad Jubi-
leum proficiscatur. Non enim parum amator est Indulgentiarum.
Socerum tuum rogavi ut dignaretur opportune venire ad
filiam puerperio proxime laboraturam, ne tibi et mihi agendi
locus ullus relictus esset, sed nihil profeci meo blandiloquio,
ad hoc ipsam cogere plane ullo modo non ausus sum vetulam
male sanam et reluctantem; quin et planissime affirmo tandem

quod utro sibi placere, ne veniam in suspitionem quod vetus
in repetitum famam trahere voluerim, aut in amare pro-
-icere. Repetendum illud erit, quod a nobis molestissimo accepit
quodque nec a me quidem recenseri sine lachrymis potest.
Hesterna die quae fuit sacra divo Antonio patavino segetes
totius agri veronen, ita grandine deletas fuisse, ut etiam
durum spectantes, ad quos redit damnum plane nullum, ob
acerbam miserandamque calamitatem magna miseratione
commoverentur, et flerent. Vale,

Literas complicaveram, obsignaturus de more annulo signato-
rio, quando affuit cum epistola tua Cottiuflus vir, quem ego
suspicabar delatum in aliquem portum Romae ... Nun-
ciavit Camillam indiciis magis confirmari, et maturam parti-
turam se praesagire, quod et nos speramus ... tandem appro-
bari debere ipsius foetus editione. Nam tot hominum iudi-
cia de [illegible] spem afferunt minime dubiam. Mar-
garita noluit mari se committere excusans valetudinem
et impotentiam, nec Camilla curare videtur ut ad vos
veniat, rationem habens salutis suae, aut novit fortasse
quod caelum non animum mutant, qui trans mare currunt,
Sinam [illegible] libenter planeam per Nurum ad vos proficisci,
cuius audito nomine dixit [illegible] tuam magno gaudio exhi-
laratam fuisse. Inserviet libentissime puerperae, foeturaeque
saluti, sed ad tempus reservo, quod propius accesserit ad
horam parturiendi. Pecunias ego mutui in exemptum sup-
peditabo. Quod scribis de commentario familiarum huius
nostrae civitatis et patriae, rerumque in ea gestarum, ego nullum
compositum nec habeo, colligam tamen ex omnibus [illegible] quando

licebit per valetudinem et occupationes, ne tu hac re meum
officium frustra desyderasse videaris, mittamque libenter om-
nia verbis descripta quibus ad me pervenerunt / ut in
manus venerunt meas / in quibus certe ordo temporum servari
non potuit. efficies quod ego olim cogitabam aliquando me
facturum, nisi negocia tabellionica deterruissent, mihique
stylus in scribendo infoeliciter contigisset, etiam tu poteris
facile distinguere, et historie componende, perficiende ac
perpoliende summe tue virtute ac industria operam dare.
si presertim ab aliquo liberalissimo principe magnum ali-
quod premium propositum fuerit. Scias enim materiam operis
quod maximi laboris fuerit consecuturum, et dicam quod sentio,
te parum digne homine tanto in altioribus disciplinis. /
Sed vero significaveris quis princeps ad tantum te in-
vitet laborem suscipiendum mihi pergratum feceris.

Quoad emptionem paratus sum emptor futurus tuus pe-
cuniis (que in tuto sunt apud me) quandocumque venditor quis-
piam occurrerit librorum alicuius pretij. Nosti valetudinis
mee conditionem, qui sint aut velint esse venditores
non tam mihi exploratum est, quam illis, qui in foro
versantur quotidie. si quis mihi occurrerit, et quicquid
confecero, quamprimum curabo ut per meis literis bene
cognitum tibi sit. vale

Ant. Bell. Franc. Robortello S.

357 Literas Odorici Cucanei ad Priscum fratrem, quas tuis filo an-
nexueras tegmine nullo, statim ut mihi tabellarius reddidit

misi antequam Planca hinc discessisset. Puer rediens nunciauit in Butriano suo Insulam esse: in manibus eius uxoris literas se reliquisse. rogabo per aliquem e domesticis meis Conueniat domi postquam reuersus fuerit. Percunctabor Soceruli num se de fundo tibi accommodare uelit, et hortabor quoque faciat ne frustreris desyderio augendi tui uiscami. Quid responderit scribam postea. Operam plancę quotidie expecto, quam nutrix mea est dilectissima. non tamen a me expectat antequam Camille cui cara sit. Expecto scire ex ipsa num Camilla pepererit, si nullo negocio, uel minimo cruciatu, et qualem susceperis ex uxore filium meum insinuet, de ceruice, oris forma, habitudineque totius corporis, quod nomen ei imposueris, et qua putet temperatura preditum fore, quos tu desumpseris infantis susceptores de sacro fonte, quam Amicos, quam beneuolos, an letus tu cunis eius assideas. Inde de eius nauigatione percunctabor, et an prosperiore usa fuerit eundo, uel redeundo, si educta in altum pelagus, et quanta denique admiratione tantam Ciuitatem, tantum populum, tantum equor inspectarit. Arbitror quod sibi uisa fuerint omnia adeo admiranda, ut de re alia mulier, que alioqui suopte ingenio est paucorum uerborum, magis tum delectari non queat, et meminisse et narrare quoadusque uixerit quam cuiusmodi fuerit sua ista peregrinatio, quamque cara salutatio suę Camillę. Sciscitabor tandem de Paulo nostro si recte ualet, si legalis scientię deditus est, si inter equales habeatur equalis, uel magis excellens, quibus exercitijs et artibus delectetur, et si rationem ita habet rei nostre

familiaris quod pati plane nolit ut pecunias abjiciamus.
Si numeravit Brunetellio, et an eius Vrat° Contubernio Ve-
ciani filius eo consedit in thalamio, vel potius adventante
hyeme consideret, quem post abitum Gallitie Paulo destina-
verat. Aiunt enim quod in Contubernium Brunetelli filium
Tyberius conscripsit, quem nosti tamen preditum autoritate
cum fure doctrine excellentis, qua per universam Itali-
am celebratur, cum causa mee erga eum observantie singulis
ut non modo filium sed quemque eius servum nobis facile rebus
in omnibus anteponendum ducam. Ceterum Paulum oportebit
fratris ē certe muliere candidam, sed non ē tam candidis co-
spicuus pennis, ut aetiam non debeat credere, et sed transfige-
rimus reditus diem, de re non alia confabulantes, quam de
peregrinatione. Tu si antistitem habebis tecum puerperij,
omnia spero sortientur exitum nobis optatum, religiosa pru-
dens felix, fortunataque mulier ē. Ceterum ubi confectum
fuerit negocium puerperij, fac uxorem memineris ad me re-
mittere, quia ea utor nutrice et libenter exolverim tibi pro-
missa. Nam mulierem, quia tibi maxime probarim, argumentum
duxi diutius tenendi, quam tua humanitas vel eximia erga
me benevolentia patiatur. Credo puerpera comprobet a place
nihil omnino pretermissum fuisse quod ad rem pertineret, me-
cumque non expostulet suavissima filia officium sibi non prestitum
quanto tempore necesse fuisset. Illas obliviscens quem istinc
solet reducere quam diligenter et quam occulte poterit quicquid
scriptore ad te bona fide misi, ut cognitione cum familiarum
Arimensium tum rerum in patria nostra gestarum instructior fieres.
Est enim mihi in animo abolere, non modo non absolvere, ne dici unquam possit

Aut rationem nostrorum temporum nō habuisse, vel somnii terrore fecisse: quae autori perniciem attulerint. An paullum ducere secum Genitrix debeat, volo sit tuae deliberationis. Mihi nō displiceret secessus vindemiarum tempore, si praecipue moderatus esset, suavissimaque aliorum sodalium consuetudine nō careret. At vereor ne hic nō amittat solum somno et voluptate quicquid studio profecerit Patavii, sed dediscat et posthac [illegible] studendi librorum devorare. Habet enim ingenium ad voluptates adeo propensum, ut modum nesciat. De Bellono Pauli fratre et de Antonia sorore, reliquiisque domesticis rebus tuis, quaeso plane velim significes. Vale.

Conjicio Tyberium nuper applicuisse stinū. Refert Ancilla nostra quem illius famulum literas Pauli ad matrem suam tradidisse sibi ante januam domus meae. Rosignani eloquij scribit intellexisse magna cum voluptate ipsam proxime venturam Venetias ad Camillam, nummos hortatur afferat secum, quibus ensem inter alia sibi emat et caligas. Male rem hic, nō incumbit legali sapientiae ut deberet, contra erat expectatio. Cogitat arma, exercet fortasse cum aliquo inimicitias. Quamobrem incipio ei valde timere: si provocatus in certamen descenderit vel provocans, ut feriat vel feriatur, necesse erit, inde mihi spes frangitur, et animus amplius beneficiendi, postquam video me septuagenario maiorem tot premi litigiis, fideli patrono carere, domumque meam jureconsulto, protectoreque praesumpti orbatam perpetuo esse debere. Advolabit, mihi crede, statim Venetias statim ad matrem, ubi noverit istuc eam appulisse. Tu velim eum moneas blande, et meis verbis etiam atque etiam ei praecipias

quam efficacissime ab Armis ut omnino abstineat, & legalibus suis
disciplinis acriter et Continenter incumbat. Si enim in of-
ficio se continere neglexerit, à me recipiet planè nihil, quo
vel studia tueri vel vitam sustentare suam queat. Simulatque
videro & tuę quidem expectationi nec minime satisfacere velle.
Tiberium Cartus prętum ęgritudine nō invisam, sicut nec
potui Ararium Savorgnanum. Alteruter me velit subeat
servi tota nocte erit. Uterque verò fecerint, ego fidem in-
taminatam religiosissime, meamque simonū erga utrumque obser-
vantiam tueri constantissime nunquam desinam.
Ad me Ararius volebat ut audio de Falcidio, quod mihi indeco-
rum videretur obstiti, ut tantus patricius ad Scribā, herus
ad servū. Rogavi per Falcidium si me volebat quod me fa-
cere opus esset iuberet per schedulam, quod mandasset me
statim executurum recipiebam. Verumtamen quousque per in-
commodam valetudinem licuisset, officio deditissimi servi
functus fuissem quàm libentissime. Vereor tamen ne suspicetur
iniuriam à me sibi factam fuisse, quasi egerim insolenter
nimis quòd ad eum non accesserim, vel quòd eum ad me venire
volentem contempserim vel iracunde reiecerim. Ego miserū
nunquam emergam, ut firma valetudine uti queam, & molestijs
istis careat. Ego tamen consolor ratus quòd iuvenis suavissimis
moribus, et plusquam nimis predito nihil fecerim stomachi. Ne-
mo in aliquam suspitionem nulla mea culpa, sed valetudinis
incommodo sit victus. Cogor et constantius erga homines tante
autoritatis, talis haberi, qualem me esse voluit. Qui possum
ego in aliqua offensa vel suspitione apud dominum eum, cui nunquam
aditus nō patuit me conveniendi, [struck] visus sim pauloante
quam modestia congressum declinare? Iucundissimū mihi fuisset cum
ipso totum diem esse, sciscitatus fuissem quis rerum sit status in orbe,
quid nobis ostendat ad belli motū vel penuriç, seu ad spem pacis,

potius et abundantiꝰ. De summo Pontifice, de Amplissimo eius Collegio. De Cardinali quem Creauit, et Locupletauit. De ipso Pasquino et, an Cessauerit summis optimisque viris detrahere. Et demum de alijs negocijs, quae mihi vel venissent in mentem vel scire animus desyderasset, Vale.

LIBER XI.

Ant. Bell. Francisco Robortello. S.

356 Ad Colloquium fratris Cunantatis nondum admitti potui rusticatur adhuc in Butriano suo. Quare nescio si frustratus fuerit spe augendi tui videndi, an voto potiens tandem, Fratrem non benignum arbitror, odoriciqꝫ fratris amantissimum, à quo ut tibi cedat et vendat per litteras Inuitat. Ludouicum aut Colloretanum qui tibi se obtulit venditurum nescio quem fundum in agro Porpeti puto à Ciuitate non abesse, sed hominem acerrimum non nisi, quia vult, vendat, Colonum depellere solutis ei meliorationibꝫ, quem cogere minime potest antequam ingrediamur mensem Augustum ut à fundo desiliat, Aut tunc Liberi depositi credere velle, nec tam cito desiliet, quia rustici solent ut plurimum super Aedificationibꝫ, tum super Commeatibꝫ pertinacius Litigare priusque Cedant et relaxent. Tam Porpetum quam vestum prohibent eo ditionis regiae et ad emendum sub ipsa raro adijciunt animum, qui veneti sint ditionis utriusque peritissimi. Et si qui emant, neque Amanter suscipiunt ab illis, neque ad Exigendum Integre, neque etiam aliquid ex eo exegerint, educere deniqꝫ possunt extra terminos ditionis. Habes quae Munificentiae tuae et Liberalitati erga nos uti illi Regij delectentur. Cogites Considerare an tibi in percipiendis et traducendis fructibus amicitia semper profuerit, quae Inter te et Gradiscae praefectum Intercedit. Scis me domi prope sepultum esse. Et quo vetari non valeo

nō in extrinseco sedere, imitus inter parietibus aliquo facere, et qd
me grauius angit, nō habeo qui eum aliquid negotij oppressus in-
firmitas, nec quando trahor in litigia, qui me defendat. Germa
nus qui me inuito et reluctante Domus gubernationem sibi arri-
puit, inobedientissimus ē, nec patitur ut in foro habeamus patro-
nos conductitios, qui causas nras tueantur atqz defendant.
Fabricat semper, sed tam apposite et firme ut non raro statim
demoliatur vel perseveret quod fabricauit. Dices eum
liberalem, et magnanimum esse. fateor, sed ea liberalitate
uolet certe omnib extraneis gratificari. Sed tn ocu domesti
cos in exactu corrigere. Quid me uis facere? Coniux et in
sania sua frui pergat quo aio pati. Nobis hoc contigit in
foelicitas, omnia nouit plane. Alor spe Pauli ex filij,
qui prefert indolem generosam, domum certe reget et illustra
bit aliquando, si a studijs legalis sese, se nō abduxerit.
Audio Coppello frugi et probatam nutricem meam, nō ante tn
quam hec conseat puerperiū satis depositum fuisse, cui puto
curae fore ut Guerrij fiat, domus nra Germani stultitia fun
ditus euertatur, Scripta mea domum reportabit narrabitqz
bona fide, quecunq sciuerit eum de Camilla, tum de Paulo et
si filius perseuerat abstemius esse. Antonius filius Leo-
nardi Chrysonij nobilis Goritiani duxit nuper Leonem filia
Gentili de Comitibus Saluerolis genitam ex sorore Aug.
Jacobi Aurelij patritij veneti. Dote constituta ē nummis aure-
lis octingentis ultra indumenta, quib magnifice ornatam fe-
runt. Gratum foeris Camille, si nuptias ei nunciaueris,
Chrysonius meus ē Antonius de fratre nat meo genitricis,
par enim ē ut ad eius notitiam deducantur consanguinei nu
ptie quas silere hominū nō ignoret. Faciunt ut si tantis
Comitissa cuius ego splendorem magni extimo dignata ē a suis
matrimonio iungi consanguineo meo nec nos admodum viles

aut abiecti videri debeamus. Nec Helisabeta Sandogiana cuius
opera conglutinatum est hoc matrimonium, sicut audio de Laurentio
Sacchia, videtur aliquid dedecoris admisisse. Quod Nicolaus
eius nepos ex filio alteram Comitissam ex Saluzzolo istius
consanguineam uxorem duxisset. Soror est que loquor He-
lisabeta. Nurus fuit illius Nicolai R. qui opibus, consilio,
gratia, dignitate et auctoritate nulli secundus habebatur. De
his ego satis superque, qui sequor illorum sententiam, qui pu-
tant bonitatis et equitatis animi maiorem generis atque
dentie rationem habendam esse. Quom hec scri-
berem venit ad me tabellarius cum tuis litteris, quibus
aderant K(a)l(endas) plures. Ad tuas respondeo, et primis quidem
Quod Nicolaus ad vos incolumis venerit, et ad tempus affue-
rit letor valde. Expecto in horas de prole scire, quod
mihi mirifice letitiam augeat. Spero deo prosperante se-
cunda omnia fore. Ex omnibus officiis, que plurima mihi pre-
stiterit, hoc quod contulerit in meam filiam erit mihi longe
gratissimum. Commentarios meos de vitiis et gestis principum
dare in vulgus non audeo. Sermo contractior et strictior
stylus est, quam ut mereantur legi vel ab ociosis. Paulo
quod ad metrem statim non accurrerit, dubito ne quid acciderit
Asali. Delectatur magis crustulis, quam libris, et habet mihi
animum meum donec aliquid de puero compertius et certius
afferatur. Quod scribis Tyberium omnia de eo petere,
nihil gratius, modo perseveret. Convenirem hominem li-
benter, ut et ipsum audire mihi liceret et ab eo audiri, sed
non licet pre egritudine, quoniam si quid etiam deambulo pre-
mor, mihi non datur inflectere vel leviter genu et resumere,

XI

Fortasse adibit me sponte, insigni humanitate preditum scio novi,
ac emptione statuum ipse si quid offeretur, curet tibi omnem
tuo nomine optima fide et te inscionte. Criticon meum curae
sit tibi per Planciam remittere, donant ut a Senatu labori-
osum simul et odiosum illud negocium mihi mandetur. opus
est per aliena scriptoria me divagari, quod me valetudo pro-
hibet facere posse. Tu velim uxorem Hortensii mea verbis
curet diligenter puerperium ut foelix contingat et auspicatum ab
initio usque ad exitum. Et ne quid sit solicita de bellono et mu-
lierem ego toto pectore, ut neuter a germano verberibus afficiatur
vel levissimis, et tibi de filiis nihil omnino pertimescat usque
dum bene prosperi exierit puerperio ac redierit. Quoniam
vero ea puerperii fiant ad nascentes foelicitatem aut infelici-
tatem futuram, iuxta illud Syderis et occulta miranda poten-
tia fati. me non piget tibi reverenter quaedam recordari, ne
quid offendatur in partu. Te non fugit quo momento temporis,
quo sydere quis nascatur in manu dei esse. At primum igitur
voto dii precandi sunt, ut puncto temporis quo tibi Camilla
pariet adsit et affulgeat divina benignitas. Ex quo hora
cum venerit cogi vel prorogari non potest, quin lege naturae,
seu divini spiritus impulsu infans in lucem erumpat.
Deinde velim obstetrix curet quam diligentissime ut infans
formam suam sphericam et rotundam, qua bonis avibus edi-
tus fuerit adunguem retineat, non manibus aut alio modo
tractet tenelli caput, quo vel tantillum retundi, seu com-
primi queat. Nam si rotundum amplumque fuit, fuerunt
sutae cellae nihil lesae (capaxque memoria rerum omnium) vel
nimis, quae ingenii sit, meatus innumeri, parvo enim
vel comminuto capiti multa committi non possunt.

quemadmodumque nec paruę nauiculę. Res enim hec est omnis ge-
neris, ut obstetrix nisi pręmonita sit tenere ingenuitatis
corpori multa faciat, quę recens edito puero, lęsionem in-
ferunt, quę tolli vel abradi nunquam queunt postea, velim
postremo facias lactent puer ex uberibus genitricis, quod
Camillam libenter passuram nō dubito, mater et integra
dici queat, modo recte valeat, lacteque nō careret. Nā
puerperę quędam, ut à lactandi molestia se leuent,
habere solent nutrices conductitias, quo fit ut vere
matris amor intimus et ingenium in corpus ingeniumque
filioli non transiliat. Mihi nunquam contigit ut
affuerim uxori parienti. Caueto tu, ut tu adsis,
ne quid leui accidat infantis testulę, ex capitis organis.
[struck] verum facilius est ut vir uxorem parientem videat
quam mulierem. Puerperij volunt mulieres nec spec-
tatores esse. Vivamus igitur vos firmi spectaculo. Nos
fruimur filiorum complexu, quo quid obsecro gratius, che-
rius & iucundius? Vale.

Ant. Bell. Paulo nepoti. S.

379 Perspectum cognitumque iam habere debes magnum meum er-
ga te amorem, quod opinionem, quam de te puero adhuc te-
nello concepi optimam, visus sis nunquam fallere voluisse. Non
enim solum te amare cępi vehementer vel studiorum, quibus
cum sub alijs nonnullis, tum vero sub Calendrio Corytioque te bonis
deditum perspiciebam, verum et nō diffidere quin aliquando
posses nostrę omnium expectationi cumulatissime satisfacere,
Modo autem cum cognouerim ex Robortelli literis quas ad me

debit a Decano te mirifice commendari, facere non potui, quin
tibi cum testificarer magnum meorum erga te benevolentiae cu-
mulum accessisse; tum vero eo nomine et vehementer iure optimo
gratularer. Nimirum perspiciunt id quod magnum, quod de
ingenio tuo memoriaque expectari potest, et se malle talem habere
filium, quam mille brutis locupletari. Hoc enim ingens et singu-
laris est tua, quae doctissimi integerrimique Iurisconsulti testimonio
comprobatur. Perge igitur fortiter, ut coeptis,
Volumina Bartholi et Baldi, quae postulas, opportune tibi cu-
rabo, cum primum solidas intellexero Institutiones et libri Baldi
familiares fecisse. Adolescentis vero arma postponere,
nec minus illorum consuetudinem evitare, qui ad ea capienda
nunc te provocant et invitant, eris mihi credo, ad currendum
tuum istum studiorum ardorem erectior atque constantior. Non
enim dubium si postposueris quae dixi, tibique plane docere volueris,
quin doctrinam legalis sapientiae tuae honor totiusque fami-
liae nostrae maximus consequatur. Vale.

A. Bell. Io. Baptistae Egnatio S.

360 Si tibi non erat cognitum cur Robortello tantopere iratus fuisses
quando ad te scripsi proximo mense Maij, nec poteram assequi
cogitatione quid aliud esset, quod tantum bilis in eum tibi con-
citasset, nisi aliqua fuisset inter vos forsan de literis conten-
tio. Sed ecce quod Lorius dum apud me esset, nuper signi-
ficavit te valde offensum existimare, non alia tamen de causa, nisi
quod Cathedram in qua diu professus fueras, loco movendam se-
nex censuisset. Risi statim mecumque coepi cogitare, quid nam
esset illud, quod causae tuae patrocinari videretur. Unum posse
te dicere tandem occurrit. Mansisse illic Cathedram post
hominum memoriam, nec pili quidem intervallo motam fuisse,

Roucli atq; transferri scelus esse dixero, quam Georgius
Sabellicus, aliiq; Clarissimi professores eo loco nobilitassent
Memoriam et reverentiam loco merito prestandam esse, qui
tete ipso quoq; non mo ex illis plurimum existimationis as
cepisset. Robortellum de mutando nulla fretum Senatus
autoritate munitum impudenter egisse. Arguit autem in
Crete, Robortellus Egnatium, Vallam, Sabellicum, et aliorum
qui preclaris operibus immortalitati sua nomina Consecrarunt
sperans ne quid ipi sibi tribuat, ut contingat aliquando
pari ratione minime se parvifieri, et loca no sperni quibus
profitentes aliquid dignitatis attulerint. Verum Senatus
videt ipso iure Robortello fecisse ius potestatemq; Cathe-
dre, statim ut ipse Conditionem accepit. Unde tu qui a
Legendi munere sponte te abdicasti, locum no potes ei pre-
scribere, nulla fultus autoritate. Atq; enim tibi reservavit Se-
natus ut successor tuo sicco auditoris esset deberet, neq; successor
pollicitus fuit rei publice et tibi morem gereret. Si igitur
a Senatu gener ad illud, Legendi munus, quod sua virtute pro-
meruit allectus e, tuq; omni cares autoritate, Cur no pateris
Cathedram quo velit transferat, Scholamq; regat pro suo ar-
bitratu, in qua illi, no tu amplius profitearis? Meminit qd
apud nos quondam Legit Amaseus publice no in loco tamen
i quo Sabellicus Legerat, Caietanus no in loco, in quo Phi-
lomusus et Vranius professi fuerant, Non denique Brunitellus i
quo Amaseus docuerat, qui preceptor veluti postliminio reversus
fuerat, imo nec eorum aliquis in uno semper eodemq; loco.
Quid si quis velit Legere Sodicus Epedsius aut Gumilius, etia q
discipuli, nonne Licebit quovis Cathedra ab ipo Collocetur,
virtutem eo tradere? Licebit profecto. In ea n profitens qui

suam Commoditatem, et nihil esse pot, quod auditores offen
dat, nisi ne cogantur ab eo longius abesse, quam ut Interp
tantem et enarrantem Commode audire possint et enarrator
adsit illo disciplinarum genere praestantissimus. Adde quod sunt
nonnulli qui tenebris delectantur magis quam luce nimis aperta,
et contra, qui ut tenebras vitent, quaerunt apertissimam,
vidi usu venisse his superiorib quod aliqui praesides utrumque
sedibus translatitijs, dum hic dicerent nunc in foro, nunc
sub Divo sedentes nihilo eminentius quam starent causidici et
clientes, quorum causas agebant, non propterea quod praeces-
soribus Aralouellone, sicut video tu ducis falsam coniecturam
quod successor alio sit tibi te animo quam oporteat, qui bonus sit
fuit, et nunc longe est optimo. Nimirum pluris ceperis
fabula est, quibus et tu si dedisses operam, plus, ni fallor,
modestiae adhibuisses, moliorisque fame tue consuluisses. Domino
senis & gnati visus es praeter tuum Institutum significatio-
nem nescio quam levitatis dedisse, cuius nota tibi diluenda
est. Non. n. debebas ad Scinarium te Convertere, tantosque
excitare tumultus, ut gener de vita quodammodo pericli-
tetur. Quid ad te si locus ille non satisfacit, tuo nec for-
tasse nomen loci stomacho oculisque legentis? Erat tibi
ferendum aequo animo, ut qui officium optimi professoris pro tuo
arbitratu semper praestiteras (poteras namque et locum mutare si
placuisset) & illud idem gener meus sine ulla Controversia
praestet pro suo arbitratu, postquam discipulis virtus quaeuis de
cathedra, & quocunque loco Communiter neutiquam repugnante
Senatu, bonorumque omnium Cognitio probante, Gratissima & ac-
ceptissima est. Ceterum dignoris obsecro denuo familiari-
tatem & benevolentiam Inter te & generum meum, quae tua fuit
benignitas, Conglutinare, tibi omnino defert, scelus nullum admisit.

nihil impudenter egit, & in nulla culpa est, ut dictos, qd
si feceris tam erit mihi gratum, quam quod gratissimum.
Vale Utini XII. Calend. Augusti 1550.

Ant. Bell. Franc° Robortello S.

361 Cognovi ex tuis literis auctum te filia. Si sapimus neminem nobis
videri alienum debet, aut iniicere scrupulus, quin desyderia
nostra, atque consilia omnia semper deferamus ad voluntatem Dei.
Marem sane expectabamus. At quando non licet quod volumus,
id volumus, quod recusari non pot. Nata habenda cara est,
qui succedet masculus longe habebitur carissimus. Iam po-
terit plenius istinc solvere, si partum discessus omnium incommodum
aliud nullum afferet puerperae, praeterquam quod sui desyderium reli-
querit. Par. n. est ut quo plenior adventus fuit vobis omnibus gratior
hoc mihi iucundior sit eius reditus. Nec id curo magis mea re
quam tua. Videmus impendere famem mortalibus diram.
Sterilitas hoc anno videtur occupasse terras non agri Foroiuli-
ensis solum, sed orbis universi: Triticum quod venale affertur in forum
Utinense non minoris venditur aureis uno et semis. Quam primum
Camilla tua valens a partu firmaque facta fuerit, ut sibi auxilio
plenior non amplius opus sit, obsecro facias ne desyderium vel amor
nurum a reditu prohibeat, aut retardet. Anno sequenti for-
san omnia se aliter habebunt. Adiunget masculus ubertas rerum
passim succedet. Quin Paulum secum adducat non refragor,
opus non est eum mihi reconciliari, impense diligitur, etsi que
visus sum acerbe tulisse consilium eius pertinax. Sed amabo te
quid hominum in esse est mali si illi peregre eundum sit? Ut
vero masculos uxor posthac tibi gignat velim plane tibi cu-
rae sit ut a congressu statim in dextrum latus ipsa sese vertat
et incumbat. Cum Florio illi viro consultissimo, postquam scripsi

filias suscepisset talis ratio quaesita fuit, qua genuit marem, quem
a numero Liberorum Octavium vocavit. Inde aliorum ad hoc
tempore remedium, in quo nihil est negotii, quod turpe aut in-
honestum sit. Cum Privitellio ut cognoscam quid agendum,
erat tuo Consilio. videtur enim huc spectare si male non colligo
ex eius ad te literis, ut velit paulo peracto hoc anno Contuber-
nium se negare posse, et accreditum nihilo huius anni inte-
grum consequi pro tempore et, quo abfuerit a Contubernio.
olfecit penuriam. quid imminet quod tibi placuit in hac re,
totum id mihi faciundum putabo, sed fac me moneas oppor-
tune. aderit ille propediem, et apud quem volueris recte
nepotem fore, si apud Privitellium non erit, quod nolimus nos,
si nolit ipse posthac in Conditione manere. Scripta mea
cupio ad me reduci, non in Lucem proferri. Interim tibi de-
cerpe quae voles. De pecunijs quas ad me plenae scribit
sibi superfuisse, iube ex animi sui sententia disponat, quicquid
emerit, ab eo Iudicabo male non emptum fuisse. scil. n.
emet, quod pluris hic non constet, quam istic emerit.
Cum Ludovico Colloretano a quo tibi perpetuo fundus offert,
nondum Locutus sum, fieri non potest ut ab eo tibi fundus addic-
tus sit cum Aedificationibus certo pretio, antequam Colonum
appellat, nec haberi Aedificationum ratio potest, nisi aestimetur.
Frisius abest adhuc, et ad eum equitare nequeo prae valetu-
dinis incommodo. nec quidem ire in forum usque si me negotia
etiam vocent quae etiam graviter urgeant. ne me dissimules
alicuius more. qui semper cupio melius et celerius satisfactum
esse animo tuo, quam meo. Ex Iorio Cognomi te abdic-
tum curae respondendi cuidam Maggio qui in tuis scripsi-
tum Lucubrationes, quibus de poetica Aristotelis bene meritus
fueras. Hominem ego non novi, sed eius monumenta tibi
debent testari qualis sit, doctus an ignarus. Et valide

utitur rationibus respondendum est, ne quid honori tuo detractum videatur ex doctorum virorum sententia. Sin vero eius ambages, a doctis ne pili quidem fiant, Aristae Spermologum, ne si plane indignus sit, cui aliquid laudis ex ipso tribuat, optimam in respondendo malitia collocasse videaris. Ad Honoratum scripsi, hortatus sum omnem ex animo amaritiem removeat. Amicus est et passim habet multos (mortui) cum hictus fuit & primae eruditionis: nescio an ita absoluta sit sororis affectibus suis, ut iam sis ei reconciliatus. Gratum erit si me certiorem feceris, vale.

362 Ant. Bell. Francisco Robortello. S.

Cur non contigerit Martino Chynesii filio Saluarolae illam Cornutissam tandem nupsisse clam me est. De nuptiis te bona fide certiorem feceram, ut mihi denarrarat Laurentius Gaffa, cuius uxor fuerat soror ipsius Chynesii: non n. fueram ego testis. Sin mihi confessum est, ut scribis audiuisse de Belledio, arbitror neutrum disseruisse, iuuenis non deperibat amore illius puellae, quam numquam conspicatus fuerat, recipiebat iuuenem sibi plane ignotum, & peregrinae & scabiosae gentis intentata esse poterat: nosti n. Sontianos ex Germanis & Italis mixtos esse. Laeta precor utriusque nuptiis ut absque dissidio eo effecta illa sint, cum quibus tandem successerint. Sed heus tu natum nominasti Bellonam? Ego ut par pari reddam, cur filiam non vocabo Robortellam, quae primo quoque tempore mihi nascetur, et testemur uterque in filiabus nos perpetua necessitudine vinctos esse? Nam et si nego me idoneum ad gignendum, affirmat tamen uxor

XI.

pter naturę leges id accidere posse, tamen ipsa bellis portat eta-
tem, tamenque amat me vehementer. Planca quae et ait cepit
ad nos cogitare, veniet quando consilium adhibuerit meam
valetudinem imbecillam. Expecto avidissime. Modo nul-
lus puerperę dolor nullumve tum detrimentum a reversione co-
hibeat, cuius reditu spero quod obtinget mihi, rebusque meis ali-
quid prosectionis fortunę. Nuper secum Paulum si præsertim
cognoscas cum sodales pariter ad vindemias concessuros esse, vel
si non concesserint tutiores rusticationem vel studijs mihi obfutu-
ram. Commentarijs, si quotidie repubescerem, aut postquam re-
fingi nequeo, mihi cresceret cum etate robur, fieremque contra-
rius, nec non liceret ex senatusconsulto cunctarimari & contra-
tare non modo quae apud Latissimum, verum et quae apud alios la-
belliones fecellantur in tabellis actus tionibus finem non imposuero
tot occurrent ad rem facientia. Ipsum tamen laborem mico
mihi superest cui conabor libenter dovere quoties placebit
acco, simulatque ad eum tam amanter me revocas, tametsi mi-
hi nullam afferet utilitatem, et videbor idem prope nihil tan-
dem egisse. Cum Palladio ne labores ut contraham,
antequam tuę litterę mihi redditę fuissent statutum conventumque
fuerat de alia emptione, si monitus fuissem tempestius ipsum
omnibus anteposuissem, amicissimum scio et bene tutum ex
alijs audio. Ipse vero culpam conferat, quam cunctatio de-
lectavit. Miror equidem, quod cum hic daret operam ut
fieret consiliarius, et apud me esset, nihil mihi penitus dixerit om-
phyteuticum fundum se habere venalem. Cum Thoma
probo illo homine loqui non possum, antequam detur mihi copia lo-
quendi cum Planca, ubi data fuerit, nihil non experiar, ne quid
nos fallat ut tibi morem geram, non dignabitur dominus ille ad
me venire, qui vivo vitam Colonę. Vale.

363 Ant. Bell. M. Ant.o Emiliano S.

Pridie eius diei, quo frater tuus Emilianus iussu parentis rescivit
quid à me peteret, de Divi Spiritus Prioratu, rogasti te
participem facerem privilegij, quo Carolus magnus Imperator
Paulinum Aquileiensem patriarcham donavit, statu Utinensi et
quinque alijs. Ecce do Exemplum libentissime. Doleo tamen me
plane nihil dare, aut instruere posse, quod ad rem prioratus
pertineat. Afficio n. me puto non mediocri beneficio quoties
vobis servio in eo quod vos valde velle perspiciam. Nam
non dubito quin utrique vestrum erga me tale sit animo
ille in foro poli. Tu Caesaris pro suscepte professionis insti-
tuto, quali erga vos ambo volebis ubique me semper esse. Vale.

Ant. Bell. Franc.o Robortello. S.

364 Anibal ex Portugruario, quem per literas ad me scriptas testem in-
tuenras nuper reversus nunciavit vidisse fundum in Portugruariensi
iugerum circiter viginti. Maurum alteri vendere voluisse du-
centis sexcentum singula, valore ducentis ducentis aedificia utrinque
Rusticorum more superimposita, ea tamen occupari à Mauro et ne-
potibus, quorum est longa series, ut tibi vix respirandi facultas,
nedum quiete manendi, et vina tua reponendi locus superesset quatuor
iugera, quae arari solent singula vix producere tritici sextaria septem
per totum fundum vltra vini congia circiter XL, affictum
ad simplicem, sed qui tamen ab Abbate Summaquensi confirmari
consuevit singulis annis novem et viginti permittere. Ioannem
fabrum ut Coloniae et ipse habeas, nullatenus ei assentiri. B
Annibalem, cum alijs de causis, tum certe superstitio minime pro-
bare emptionem, quinimo iudicare fundum illum plane indignum
quem tanto pretio emas. Quid ego de Mutino sentiam,
ad quem mittendum arbitror te iam venisse, quoniam non vidi.

XI

vix possum dicere. Nam Nicolaus Deci, qui venditurus e
planetae commoratur. Unde tu hominem evocabis, & ante-
quam confiteas tibi curabis de Alfonso manatentore cauent
sed hoc fuerit tui consilii. Ut tibi ipse abunde satisfaciat sum-
mopere cupio, utique de operum accuratissime te cum aliquo im-
plicito ne temere implices. Locutionem quam Bentianus
ut scribis fecerit Antonio Fumo quaesivi diligenter apud me
tamen nullam reperio. Planca cum liberis in Dolomanu se
contulit ad vindemias. Aritam ad eum Guletum cum peru-
nijs et litteris, quas a Camillo Petro regulimus mihi pauloante red-
didit. Quod nutrix divini numinis benignitate possit Bellonae
lac ubertim suppeditare, laetor plurimum quo non restituto sa-
luti puellulae mali consulere potuisset. Dii incolumem nobis con-
servent. De Vendramini Senatoris Clariss. quid Sabbatinus
statuat sibi agendum aliquid ego tibi affirmare non possum. Vidi
tuas ad me litteras et habeo quas ad ipsum in eam rationem
scripsisti. Expers est temperatis suopte ingenio & amator
iustitiae usque adeo, ut cum arbitro si contingat imperitus aut
et iniquus, eum minime suspicor consensurum, nisi quatenus
patiantur rationes ipsius iustitiae nisi fortasse velles in
iudicio capitis mitior et quam durior & severior quod tamen
ignoro penitus. Nam, ut audio, qui sunt assumpti arbitri
simul atque onus susceperint pronunciare debent, an grav-
ius supplicium sumendum sit, qui non pauca ferro abstule-
rit ferenti domi forisque negocia ipsius Senatoris, aliquos
enim novi viros pietate insignes, qui hoc abhorrent vel detru-
di nunquam paterentur, ut quempiam morte damnandum
iudicarent, & qui tamen nitentibus pertinentius restiterunt
non sine suspicione pietatis nimiae & superstitiosae. Sed
videris Sabbatinus quid in hoc eum iustum fuerit,

sibiq3 honorificum & salutare. Scio peritum esse iuris & Catholicum. Grandum tamen intelligi, qualem se praestet in animaduersionibus (tu tn mihi videris) esse Arthemidorus Alter, hoc est peritissimus dicendi magister, ut ille Socrates Alter, à quo nihil audiebam plus unquam contendere, quam rei iustitia postularent; vnde facundissimis tuis literis excitatus libenter, ni fallor, prouinciam suscepit, & à iustitiae tramite ne transuersum quidem vnguem discessit. Apud ipsum non sum ego tantae autoritatis, ut in aliquibus aut meam aut tuam gratiam Socrates esse desinat. Cum fratre Bernardino tuo nomine contuli commutationem agrorum ut imposuisti; ipsiq3 ut adaequaretur numeraui ducatos XXII & semis. Tabellis Bernardini fabricij sumptam, ipsiusq3 manu autenticè subscriptam accipies. Non sustinuit ut mercedem reciperet quam ei impendebam, fratrem Ho, quem in eius gratiam olim tibi commendaui. opinor quod nō te intermittat audire legentem publicè: si huc diverteris, & cum ipso tibi congressus fuerit declarare poteris, quàm charus esse frater tibi sit, quàmque gratum breui obsequium fuerit. Alterno quàm à me diligatur ex meis illis breuibus commendatitijs te facile cognouisse. Ego si nō ad te, velim nō in me culpam conferas, sed in incommodum meae valetudinis. Tu ad me, si placet, qui cum Margarita filia Ancilla dumtaxat vel si malis ad planum ibis, ut videar tibi ne Bolonianus ager iucundè arrideat quaeque qui vestimo tuo tantopere delectaris. Te nō deterreant iter, fundi enim se nō distant longo interuallo. Camilla scio si

XI

accessor, Currentem eorum, q[uo]d posuit diei amoenitatem [?]
sed abducta tuo Consilio abstulit, ... minore q[uam]
Caroli filioli curam postponere. Consolarem te ... si
Confirmator factus esses. Unum volo mihi spem affer-
ri plane nullam suscipiendae Confirmationis hac ingrave-
scenti gente. Ab Odorico Caubio, si obgratus est,
ne mutuu[m] tibi fraudi esse possit, vir est aliequi humanissi-
mus tuiq[ue] amantissimus, cuius Consilium huc puto spectat
ut tibi caeterisq[ue] amicis pro sua virili possit alacriter quod-
cumq[ue] officij genus quaerat. Mihi sane non venit in mentem
ut ullius amici fidei Credam multum pecuniae, quando in
angustijs plane diffidendum sit, nisi dono dare, aut numq[uam]
repetere statuissem, quod t[ame]n ne faciam reclamat familia-
ris tenuitas. Apud te mihi no[n] convenit tot verba
facere, qui ignorem num odorious ... alieno graviter
astrictus sit, & qui no[n] sis nescius, tam accommodatum
te pecuniosumq[ue] no[n] esse, a quo ille gratuito sumere posset
multam pecuniarum vim. Paulucius frater ut
redditae sibi fuerunt tuae l[itte]rae, misit me t[ame]n ... Buz-
zand ... ... Celli F. quo te statim perventurum
aut iam fortasse pervenisse putabat, ut Conferres cum ...
colao Francisci ... Refert ex informatione fundum
iugerum esse Circiter XXV. optimum esse solum ...
ferax, quamvis nunc reddat t[ame]n ... Congia circiter ...
effici t[ame]n posse cura & diligentia Coloni longe feracius cu[m]
vini tum tritici, unde etia[m] Concubere ... facile pos-
sit ... Lignorum innumerae, ... agrorum parte
ac ..., quod Coquinam h[abe]t, & cubicula duo ...

Contecta preter domos quilonas · Valorem totum Scharnbichij Sententia · qui fundo vicinus est dicens
Creatorem · cc · tibi ut emas suadet. Cum prudentis simul
frequorum Sententiam et ipse eo pedibus & manibus,
mea emptio tuta sit ., Nunc vero tuas literas à Ta
bellario mihi redditas Calendis datas, quae videntur dis-
turbare nostrum omnium consiliu – Nam inclinare
videris ad accipiendam Asturi venditionem. Miror
vehementer quando Anibal cuius Commendas diligen
tiam mihi dixit in animum sibi nullatenus induceret ea
cum illo Conficias. Fundum portuensem addictum sibi
Victori enormi precio fabricis incompositis & rusticanis
munitum – Vulsaferiam triplicitum & emolumenti mo-
dici tibi fore. At forsitan re melius perspecta mu
tavit sententia & aliter ad te scripsit quam mihi affir-
maverat. – Mihi Asutianus multo magis probatur.
Tute tamen tibi omnino satisfacias velim in re quavis &
maxima et minima. – Verum cetumque Conferens dicam mi
non displicere, mea emptio ad nullam litem te coget, Con
silij mei ratio est ut animi quietem tranquillitatemque
tueris & doctrina tua studiosis omnibus valde prosis
quod legendo et scribendo potes vivus omnium optime
efficere, si te non distrahant lites, quibus inimicus,
vale

Ant · Bell. Francisco Robortello ;

365 Periocunde mihi fuerunt literae quas absente nostro Annibal heri
statim à Cena mihi reddidit, ad quas etiam paret ad te
redire adducor facile ut respondeam minime recordans ab
ordine quem tenuisti. Camille prudenter egit si amoenitates

istas Hispanas hoc tempore sibi postponendas existimauit ut cognosceres. quam chara sibi filiola esset. Dis n. in Ascanio cura stat, ut inquit poeta; fratris amor cognati iam me profecto magnopere delectauit. A tua sententia emendi à Thoma partum de redimendo agro nō absum. Videtur n. ratione minoris facturus si aliquid debent accedere. Animaduertendum vero est. An Thomas redimere queat alteri cet alienis nummis à Paulo Laurentio, aut tu tamquam cessionarius. Timeo n. vehementer quòd tali in casu Paulus ex Composito reuendere nō teneatur nā ut plurimum fieri et adscribi in hec verba reuendendi pactio consueuit, dummodo venditor pro se redimat, et cum pecunijs proprijs tantum & nō pro aliquo aut cum alienis nummis. Beatum si absque ... impedimento te poterit accommodare de furnij fundo, beatum te reddet. Antianum ut à Vrero emas si perspicis nō tutam fore emptionem, & qui possidet mittitur tibi, nō ausim suadere ne in rei factum capitisque periculum conjiciaris. Sed plura coram. Ex pecto te auidè. Pamphyli indolem, et ad virtutem propensionem cognitam habeo. Vellem opibus abundare, aut possem tecum uti liberalitate, apud te certè a contubernio tuo alteretur, neutrum mihi crede nostre liberalitatis unquam poeniteret, nunc mihi constat tenuis facultatis ratio. Vale.

Ant. Bell. Franc.o Robortello s.

366 Iamdudum lrās ad te dederam, quibus cum fratre tuo

Paulo te cohortabar ad fundum emendum in agro Alsu-
tiano: quod Nicolaus Colli eventuram tibi emptionem
feliciter iudicarer adductus cum Coeli salubritate, tum
soli fertilitate, tum vero navigationis commoditate;
non autem ob id, quod in re venditoris honoris, vel in
fide prosonetis fiduciam collocassem. Ipsum enim Nicolai
frater miserat de industria, cuius fidei argentis
dirimendis ~~[illegible]~~ aestimandisque agris tuto posset
quilibet conquiescere. Quid quaeris? non cognoscebam an
mensem neque dominum, neque prosonetam, utrumque tibi affir-
mare non erubuerit se mihi et uxori probe cognitum esse.
per literas mihi Ioannis, quas ipse detulit, ut cum domino
Iam Confiniam de Alutiano in duc. ccl. quemadmodum
scribis, tracto, te et ipsum ad certa temporibus convenisse
quibus illi pecuniae numerari deberent. Ego autem ut legi
tuas literas, ne non agerem diligenter et caute tuum negotium
ut iubes, petij quem tibi manutentorem adduceret fundi
sui venalis. Eram ne frustraretur sua expectatione
contentus eram ut nunc contractus notaret, non se obliga-
ret idoneum adhibere manutentorem, antequam aliqua pre-
tij sibi numeraretur, qui tibi gratus esset, aut mihi non
improbandus videretur. Cum ille dixisset expeditum
esse fundum, caverit se tamen manutentore, talemque esse
qui rem implicatam nulli unquam venderet. Tum ego nihil
contractum nullum venditionis hodie fieri solere, in quo
venditor utrumque dominis manutentorem non adhibeat, seu
relevare se obliget, et Antonium Savorgnanum Iurisconsultum.
cuius proventus annuus tantus erat, qui tria millia nummum

aurea excuderet in à se facta venditione fundorum quatuor in agro Mortiglani aureos CCL. Manutentorem adhibuisse Mattheo Bruno emptori uti instrumentis apud me testantibus. Porro si hodie notaret contractus, et de manutentore prestando nihil actum fuisse. Cogere venditorem nunquam possemus ad prestationem manutentoris fundi si postea vel creditor detegeretur simpliciter, obijceret de comprobando pactionem fruito nullam intercessisse. Posset è contra nihilosecius venditor ad precium numerandum nos cogere, et levitatem nobis exprobrare, ridendoque dicere. Discite docti cum indocto rustico cautius negociari. Sensi enim non alijs solum frequenter verum et mihi ipsi pecunias male positas usu venisse, quod de manutentore idoneo minime prospectum ab emente fuisset. Itaque sine manutentore nil emere constitutum habeo. Ex literis tue intentionis esse nullam coniecturam elicio ut tuo damno emas absque manutentore. Quare re si Dinus promiserit manutentorem prestare idoneum, cum ipso tuis verbis libenter conficiam secus emptionem, que tum enorme damnum facile inferre queat, dicere audeo mihi nequaquam placere. Expectabo tuum adventum poteris tunc preter et meum assensum et voluntatem conficere, ut anio tuo collibitum fuerit, cum rustico, quem aio quia operare mercem non vendat sed tamen posita erat fundum de quo nihil se obligat. Et ne queat rusticus videri nobis imposturam fecisse. Antea formulam instrumenti et expendas diligenter usque dum ad contractus stipulationem veniamus. Vale.

Ant. Bell. Francisco Robortello S.

367 Redditas à Iacoba Ancilla tue literas, quas sane gratanter legi

meas tesi paulopost ad te perferendas tradidi. Inter qua
rum plicas ubi obsignaram, Immisi syngrapham, ne quid
omitterem, quod te admonendum putassem, minime sus-
picor tam oscitanter abs te resignatas fuisse quin syngra
pham quoque inspexeris. Tuas ad Camillam cum Cerbino sicuti
optas curabo hodie tradendas tabellario, qui cras hinc
abiturus est. Optat Odoricus Froscus fundum illum consequi
ris, quem Thomas eius frater Paulo Laurentio alias vendidit. Novi hu
manitatem cognosco, qui se etiam adnumerat inter antiquos
ab incunabulis amicos tuos. Quid possis in hoc negocio
ac debeas facere amplius, videbis ipse qui iudicio errare non
soles. Vellem ego locuplex evidentius esset, aut fideiussor satis
idoneus, si prestaret. Vale

Ant. Bell. Ioanniacio Falcidio s.

368 Quod ad prandium abduxeris Robortellum aequo animo fero,
nihil enim mihi displicet, quod tibi placeat. Quoniam vero
lauto convivio accepisti hominem magni abdominis, non lupu
gule, sed ventris benefitio, ego cenam illi parcius adornabo
ut cuius abdomini consulere voluisti, prospiciam valetudini.
Nihil enim adiungam quotidiane mense non est, et contentus
paucis et tam Socraticus ut de convivium putet lautum et
sibi suave modo literatis fabulis condiatur. Et quia litera
tissimis condire soles convivia, est iam mihi persuasissimum quod
a prandiis non dimittes hominem adeo suspensum et inex-
tum quin volet meis omnibus conviviis tuum prandium an
teponere. Vale.

XI

Ant. Bell. Tyberio Deciano S.

369 Apud me fuit Paulus Regulinus mestus admodum & tristis.
Mestitie sue causam adiecit hanc esse, quod Primitellius
Quartana laboret, quodque profectionem ad nos cogitet,
Patavium non amplius reversurus. Videtur n. ob ipsius
alumni defectionem desperare quodammodo Petrum filium
suum proficere, suavissimaque suorum sodalium consuetudine
perfrui posse. Sentit ut ad moderandos instituendosque
Adolescentes, qui ad lapsum proni sunt, si eis omnino ca-
rendum sit Primitellio, Florius evocetur e Gymnasio Bo-
noniensi. Enimvero mihi probaretur nemo facile ma-
gis, quam Florius, si etas illi gravior, maiorisque autoritas
accessisset. Petrus n. Regulini filius, et Paulus nepos
meus in rudimentis studiorum humaniorum ipso usi
sunt preceptore. Sed ut verum ingenue fatear, dubito
vehementer, quod iuvenis ipse non valeret pueros na-
tura agiles & feroces iam adultos, in officio continere.
Nosti quam illorum etas lubrica sit, quam propensa
ad vivendum licentiose, nec non quantum discrimen
inter senem alumnum et iuvenem intercedat. Fac
igitur obsecro te, quid putes faciendum ne nos lateat,
ut a pristina consuetudine condiscipuli non disiungantur
nec a operata laude communium studiorum. Perspectissimus
tibi est ipsorum status, captusque, & hanc rem esse
non minori cure Nicolai filii tui causa, quam nobis pue-
rorum nostrorum nomine sit, exploratum habemus, & bo-
nam quoque spem, ut si Primitellius, cuius autoritas fides &
diligentia assidue nobis aliquid afferebat ad spem, deserat

omnino Contubernales suos, tu nos saltem iuues tuo Consilio. Si n. iuueris alterum inueniemus facile alumnum tuo pariter neque probitatem, neque fidem, neque diligentiam desyderabimus. Quod ut facias te etiam atque etiam rogo. Robortellus Senior sciscitanti mihi semel nominauit Imolensem quemdam patauij Iur. Canonicum publice profitentem, quem sicut intellexisse se ait optima eruditio Candidissimique mores commendant.
Verum te Consulente certius tradent adolescentes hominis fidei; qui nostram expectationem tandem nō fallet vale

Ant Bell Franc. Robortello. S.

370 Postquam hinc vehiculo meritorio iter arripuisti cum pueris venetias versus, ad te literas dedi cuidam Simonato, qui mercede solet a quocunque conductus, item illud per fossatum pedibus facere. Ac scito a Sisello Villario uel fratre tuo ne schedulam quidem adhuc, ad quos tamen ego ternas iampridem dedissem. Quom primum aut ab ipsis quicquam fuerit ad me allatum de causa Furnij, scribam ad te copiosius. Vtinam afferatur tandem, quod audiri vel legi abs te possit magna cum tui animi voluptate, aut certior cito fiam, ne successus expectatione tu plus satis excrutieris. Expecto cognoscere ex tuis literis ut se habent nostri summe spei adolescentes. In primis de quo alumno sit abs te, Paulo consultum, et an de Bartholi voluminibus etiam, quae sibi ad legalis scientiae studium efflagitabat. Pamphilum non puto tibi commendandum esse. Propensissimus est ad politiora studia vtriusque linguae, nec minus quam voluerit ex fonte tuo haurire poterit, qui praestantissimus et uber-

timus est. Vereor tantum quod ne Paulus, quem a te
abierit, aliquorum consuetudinem sequatur, qui a recta decli-
narunt, tuque cogamur spem, quam de ipso optimam con-
ceperamus, abjicere. Pendet ex ipso uno totius Domus
meae foelicitas, et infoelicitas. Potest tamen facile devi-
tare pravorum Iuvenum consuetudinem, et habere rectam
studiorum suorum proficiendique desyderio semper ardere, si abs
te, in quo maior est autoritas et gratia, per literas frequentium
commonitus et a clarissimo Alumno exercitatus in quotidi-
anis disputationibus fuerit. Venit ad me foemina que-
dam cum schedula Octorini fratris patroni sui, te scribit
huc se paulo ante ex Venetiis applicuisse, et iter nunc ador-
nare Butrium versus gratia vindemiarum, et rogat moneam
quid sentias de fundo quem frater suus Thomas Paulo
Laurentio vendidisset. Affirmat Paulum sibi sponte ceder[e]
contentum esse, et ingenti se studio teneri voto tuo ut poti-
aris. Significavi maximo teneri te desyderio illius emendi
modo Paulus consensum notario faciat suum, ne ab eo queat se
retrahere, quem semel constituisset, et Octorinus ipse non exquirat
pretium grandius, quam aequitas postulet. Sum pollicitus ad
te statim me scripturum, ubi Pauli Consensum publica manu
redactum legissem et ipse contentus congruo honestoque pretio
videretur, quoniam semel iudicasset tam grande, quod sto-
machum tibi fecisset. Responsum adhuc desydero. Sus-
picor Paulum ne fundus sibi tollatur vel repugnare in iu-
dicio velle, vel animum suum ei nondum aperuisse se velle
cedere. Octorinus ait velle illum. At mihi si Pauli causa
iusta est non magnopere persuasit. Delectatur Laelio quod
ager ipse ubertim fert, sentibus qualis est ipse utilissimum, a
quo nihil arbitrari meo quidem sententia debet sibi gratius
esse posse. Dives et pecuniosus est ex industria sua factus

et agrosceas cum aliaz. Asserui, tum vero olei Aratorem fuisse, et quidem talem, ut si nõ alijs praestaret, alijs tñ nõ constat inferior, quadam humanitatis & probitatis opinione, cui multum illud adiungit gratię quod prole caret, & litigijs numq̃ deditus fuit, in quibus gerendis iniquam causam fouisset. Obtineret oderiour haud dubie, si tanq̃ agnatus sibi quęreret fundum, nõ tibi tandem ascribi. Dedi franciscano cuidam ad paulũ nepotem diplomã deferendum quo fuit ascriptus numero scholasticorum legalis disciplinę domini n. omiserat correptus obliuione, Aribal aurigę cuidam ad pamphilum filium libraria supellectilem, quam alter aurigę ponderis grauitate territus deposuerat. Videris ipsi si receperint; Sel lonam osculo tuo saluta: verbis meis cęteros domesticos. vale iiii cal oct. 1550.

371 A. Bell. Paulo nepoti s.

Scripsit ad me Robortellus nr̃ tibi nec commodum nec vtile fore ut cameræ seu cubiculi rationem ineas, tantisper dum ad maiorem maturitatem perueniás, sed optat ut ab aliquo docto probóq; viro in contuberniũ suscipiaris et æqualibus alijs contubernalibus adiungaris. In ipsius sententiam me facilè confero. Nouit melius, q̃ tibi conueniant. Nimirum in publicis gymnasijs se exercuit multos annos, calletq; examussim munia præceptoris, necnõ qualis esse debeat consuetudo, qualis negotiatio, qualis deniq; habitatio discipulorum qui tempore iacturam facere minime volint. Quocirca si velis tuorum studiorum rationibus optimè consultum esse, morem eio si geras, ipsius opinionem, quacumq; habeat ego plane con

firmo. videtur te velle collocare apud Jnolam quemdam
Patavij Iur. pontificium publice profitentem, ductu
Rob̄erti preceptoris tui; sed olfecisse nuper quod e tuo
contubernio nobiles quidam veneti ut volunt, id sciens
&, alterum puto tibi querere alumnum, ne servi personam
sustineas, sed discipuli, quando probabiliter ignorabat po-
tentiores homines in ipsum contubernium recipiendos esse.
Porro adolescentes qui cupiunt legalem doctrinam consequi
oportet vitare principum istorum consuetudinem desperatio-
ne profectus si debeant esse servi. verum ne non possis
expectationi cum nostre, tum aliorum, qui de preclara tua
indole sibi maxima pollicentur opera, studio diligentiaque tua
aliquando respondere; cure tibi sit, nisi ipso Robortello
duce & autore, nullius contubernio te committere. Duobus
ii. semper laudi tributum si castra mutent statim vel
in loco iniquo posuisse pro comperto habuerint. Ad
extremum te ego etiam atque etiam paterne admonendum
censeo modis omnibus caveas ne absque Robortelli consilio
& autoritate unquam alicuius contubernio te coniungas.
Non terrebit fortasse societatem patriciorum qui utcumque ditiores
sint nati, sunt ita tamen educati et instituti ut semper ducere
velint rationem et humilium condiscipulorum, nedum vestrorum
studia conturbare aut impedire sub existimatione sui
ordinis amplioris: habes testimonium mee opinionis. quic-
quid feceris Robortello duce & autore, iucundum mihi fore.
vale.

Ant. Bell. Franc.o Robortello S.

372 Hodie mane adijt me Collussius cum tuis ad me literis, &
alteris quoque ad Martinum fratrem tuum, cum quibus iubente me
Petrus eius Collussij filius e vestigio iter arripuit visum

Verg. Ad quem etsi intelligerem à me scribi minimè necesse esse, literas tu dedi rogans illum responderet, ne non posse per Tabellarium, qui erat ad te venturus, facerem te de omnibus certiorem quae comperta explorataque habuissem in causa Furnia, Buccusque facta fuisse. Igitur à fratre tuo responsum avidè expecto sub vesperum, quod instanter postulavi, ut si nihil fositan actum est adhuc, cognosceres tu voluntatem tuam me libenter fecisse etc. De Oderico Frosco & Paulo Laurentio nihil scribo. Non enim est ad eos te vertere, priusquam nodum solvas cum Furnio. De Paulo et Pamphilo si nihil praeterquam tua voluntate agetur bene erit. Virtutibus & honestis disciplinis nomen aliquod sibi conciliabunt, & quae nam res est quae eis licere possit à voluntate tua discedere. Laudo quod Paucio emeris volumina Bartholi & Alciati pro iis, quae tantum haberent pulchriora, iis tanti te facio ut omnium hominum habere nominum neminem pluris faciam. Sed vide ipso de contubernio diligenter. Equidem habeo animum deditum patrem, et pro viris venetae rei pub. ut si quis alius. Vereor tu ibi qui sunt amplissimae nobilitatis, Pauli studiis & vitae facessant periculum. Solent aliqui esse minus licentiosi a quibus alii coguntur veluti in deditionem, etiam distrinen quotidie ferè praecipitantur. Nec puto quod Regulinus committet filium contubernio Imolensis, in quo regnant patricii veneti de illis intelligo qui nesciunt in equitate virtute & officio se continere. Scio n. quod bonus medicus nihil vult nisi quod filio optimum sit. Faxint dii ut pergant, pet. et Paulus sub uno eodemque conciliabulo simul incumbere circa tum disciplinis legalibus, sibi invicem familiarissimi sunt & alter alterique à pueris assuevit. Quod procurrris & conveneris cum Imolensi

per Rubenũ in ducatos Quinquaginta, nõ recordor conuento,
in Abstemio tamen sufficere quatuor forsan debuissent in
singulos menses. Sed non expostulo, molestie tantum sibi
persolui videtur fore voluisse quantum petruccello dedisse
nos tantum sit male animum meum, quod Cuspidius adungan-
tur virgultis, et cedri lignis acuptus. Scio quod functiones
et parum honestas mandare sunt magni principes, & obte-
gere se nobilitatis amplissime velamento. Sed de his satis.
Tu has litteras ubi legeris ne de me, cuius animo fides &
probitas plane insitae sunt, quispiam suspitionem ullam sibi
temere arripiat. Collustius aut se tuo iussu cras iter
ingressurum, et obsequiis tuis ad annum insistendi initium
benter accepisse, expedito negocio quod iniunxisti. Cona-
bitur istuc adesse ad diem quam sibi praescripsisti, non du-
bium quin fidei & probitatis simplicitatis testimonium tibi
de se praebiturus sit, ut Germano filius patrus de se dedit.
Commemorauit in Contubernium paulo ante Cortesium pue-
rum quemdam abs te adscitum fuisse, non minus quam mer-
cede coronatorum septuaginta. Videtur mihi con-
sultius abs te fieri nihil posse, quam si multos asciscas
adolescentes huiusmodi genere nobili et re lauta, ut fit ab
Abstemio in oppido Urbini Pamphilus & istic audio fieri à
Paulo Manutio. Plurimum enim afferunt ad augendam
rem praeceptoris, et famam auctoritatemque diffundendam.
Si meum hunc sensum probaueris, admittes & alios
Contubernio; sin vero improbaueris, ea nulla fini
excipies, te ipsum damno, me nulla prorsus iniuria
afficeris. Vale.

373 Ant. Bellonus. Franc.° Robortello. S.

Ex eo tempore, quo hinc Venetias rediisti scripsi saepius
ad Gisellum et Villarium, ut litem urgerent, Graditiis
adversus Furnium, et de eius statu me statim admone-
rent; quoniam tibi omnia statim significarem, ne expec-
tatione exitus rei, quam illis commendasses, et amanter ipsi
suscepissent, suspensus tu diutius tenereris. Verum in
summa eius rei ignoratione hactenus me reliquerunt. Unde
cum nihil curarint respondere, desydero in illis cum erga te,
tum erga me tua plus fidei, officii et benevolentiae. Binas
fratris tui literas visi datas ad te heri dedi Stephano tabellario
cum meis ad te, ad Paulum et Camillam tua, ex quibus non diffido
quin simulatque tibi redditae fuerint, intelligas alia quae sint,
et quae tibi nota omnino fieri tantopere flagitasti. Verum cum
Simon, proxime hinc Venetias discessurus peterit, an
quid ad te vellem, ne accideret mihi ut aliquam alter querelam
sustinerem, binas ad te dare volui potius quam nullas;
Ego sane si per valetudinem infirmam liceret, equitandi la-
borem curam et operam omnem adhiberem libentissime
ut tibi gratissimum facerem. Florum fortuna tam male
mecum se habet, ut meis rebus ipse esse non possim, nedum
alienis, res autem tuas perinde ac meas habeo, minime
ut alienas. Germanus plane ineptus est, inobediens et
tam refractarius, quod adduci nunquam posset, si et aptissimus
esset, ut mea causa aliquid vellet, si totus eius illa haberet
orbis, adeo ut ab ipso nihil omnino auxilii nobis unquam spe-
randum sit. Non laboraremus si Bellonus filius viue-
ret mihi carissimus cum aliis rationibus tum quod mi dili-

gendis amicis, in quibus rebus agendis constantissimus haberetur. Annibalem. Habemus Pamphili patrem, a quo confido facile
nos omnia impetraturos, cum primum malus ille Genius cum
eo remissius ac benignius agere coeperit: quod propediem Dein-
tibus superis futurum speramus, usu et ingenio callet.
Habet illud etenim temporibus et personis accommodatum,
et in causis agendis non parum exercitatum. Tu si videbitur
ad eum literas dabis, gratias eius studio, ac diligentiam
acrius ad inflammandam. Has reddam ego cum opportune
videbitur, et fortunae suae melioris ratio postulerit. Floc
obliviscaris curare ut mittat, siquos Bentianus mandatum
quo manu publici tabellionis procuratorem constituat Anni-
balem cum in aliis litibus, tum potissimum et nominatim
in lite Furnia, et quidem cum facultate substituendi ut
si queat Grudiscomus, et quibusvis alios iudiciis et illius
nomine quoties fuerit opus per alios quoque loco reputare.
Quod si vestro iudicio non probabitur ut negotia vestra
vel eas procuret, quod aliquo animi motu quandoque perturbari
et videatur, nolim ipsum constituatis sed prudenter facietis
quod vobiscum deliberatum habueritis: rem n. totam in manibus
vestris semper positam volo. Quid nam obsecro offenderet in
lite si bonus genius malo excusso, non ita multo post blanditiis
commendabit? Fratrem tuum puto non ineptum, sed vi-
derit ipse quando ab incommoda valetudine se ita explic-
uerit, quod amputatis adversarii cavillationibus, et obtenta
sententia tibi liceat per otium frui fundo conducto. De
Gisello et Villario non ausim dicere quam feliciter gratuitorum
liter ad exitum provehant. novi tantum de facie, fuit
mihi cum ib genus causidicis admodum modicum consistuto /

Ego etiam bis aut ter totam vitam cum hominibus collocutus sum qui
rure vitam agunt, et sunt ex illorum numero qui sibi putant
omnes devinctos esse, quodque beneficiis et gratia nullus
eos sibi devincire queat. Sed heus tu Robortelle, quot
habes aureos Adriacos, qui tot agros, tot latifundia
empturus videbaris, ~~[illegible]~~ litem odiosam tandem
omisisti, ac si lites censum in maius augeant. Adhuc super
non exanimant? Sollicitus factus sum. Peto autem
abs te serio paulum quam commendatissimum habeas,
quem apud quemcumque consulem probo recte collocatum
fuisse. Eu Pamphilum illius amitinum, quem ex
summa liberalitate voluisti apud te esse, ut ambo sub di-
versis magistris, ut diversa sunt studia literarum, quisque
pro amplificatione suae domus, et universae patriae dignitate
ad summam gloriam pervenire contendant. Tu etiam
ne fias macilentior, cures caticulam, agasque curam
hominum. Coniugis ac filiolae, et Bellonillae tibi arridenti
suaviolum largiaris, et addas mitissima basiola. quot
inquis? tot quot ~~passim~~ per litora conchae iacent. Le-
niter tamen ne osculis nimium pressis videaris aliquid vi na-
tivae hilaritatis portiunculam excerpsisse; ipsis n. in
tenellam ludere non satis tutum, nisi sapientem filiolam
fortasse. quod minime reor te audire delectari. Ego
genitor alui filiarum, et me vel hoc nomine putabam
fortunatum quod essent omnes blandulae, hilares, lepi-
dulae, et ex ipsis plane nullus unquam vagitus taedium ob
repsit auribus meis. Debes et tu pariter numerari in tuis
felicitatibus quod filia mea similem tibi genuerit. Ipsa fo-
vent tenerellam aetatulam suae uberibus, citra operam si pot,

nutricis contubernio, instituat et educet in disciplina et ti-
more Dni, instruat foeminas functiones, quae neque Deum of-
fendant, neque parentes ad ullam iracundiam provocent.
Experiemini ambo mihi credite, quod vestra senectus
nulla in re suavius conquiescet, quam in liberis recte
institutis, et educatis. Vale.

Ant. Bell. Francº Robortello S.

374 Collussius ex Goritia reversus nunciavit nihil exegisse ab
illo medico qui tibi debet, quod nunc in Civitate Laybacensi re-
periatur, à qua distat Goritia sexaginta millibus passuum, opinor
rudem et simplicem hominem ulterius prosequi nō ausum fuisse
cum quòd dixerit se satis mandata tua diligenter se exequ-
tum fuisse tum quod te sibi succensurum suspicaretur si trans-
sus longius processisset, tum vero potius ut credo, quòd solo
territus laboris difficultate, ab itinere se abduxerit, sed ex
ipso verius omnia certiusque cognosces. Interea convenit me
Palladius rogans numquid confecisses de agro Azutiano,
quod cum certo nescire me respondissem, coepit is me hortari
valde curarem ne Azutiani conditionem amplecteretis,
quòd de ipso tibi bene sperare nō liceret. Cur autem hoc, et
qua ratione moveatur ad investigationem tuorum negociorum, nō
satis dispicio. Suspicor bonus presbyter incensus adhuc est desyde-
rio tibi obtrudendi sui. Tu vero habeas oculum rationem
tui commodi et accurate caveas ab emptione rei quae mala,
vel implicita sit, ne ad malam accedat quoque gravis litium
impensa. De litteris tua Boatiana nondum habeo quicquam
certi, ubi habuero, nil differam quin literas ad te dem, ut
statim de omnibus certior fias. Puto te cognovisse aliquid

Ex binis literis Bernardini fratris, quas Christophorus Tabel-
larius ad te pauloante detulit meis adiunctas, Intel-
lexi Paulum ex ipsius ad me literis, et ex alteris quas
ad te dedit, ab Imola libenter et honorifice susceptum fu-
isse, et arbitrari studiis suis preceptorem optimum, locumque
aptissimum se consecutum fuisse. Equidem tibi plurimum
debeo, nam omnia tribuo tue cure, consilio, ac diligentie.
Sive probitate ingenii adolescentis ductus, sive necessitudi-
nis vinculo, vel potius tue humanitatis abundantia id
feceris. Superest autem incumbat ipse toto pectore suis
studiis, ut olim, quod expectamus et postulamus, minime
trivialis Iurisconsultus evadat. Expecto scire quantum
monete numeraverit Imole in rationem contubernii suscepti.
Mihi visus est adolescens Iulio occupatior, quam ut
hoc suis literis addere potuerit. Erat enim necesse ut ad me scriberet
quantum pecunie signanter numerasset, quod nosse in-
primis cupiebam, si non volebat videri sedulo a se actum
fuisse. Ceterum quia insigniter ingratus essem si, cum tibi
omnia debeam, nullam gratie partem reponerem, Mitto
Munusculum quod Bellussius meo nomine tibi dabit, saccos
scilicet duos farine triticee ponderis tanti, quantum hec
de fide publici ponderatoris. Hoc autem munusculo te nihil
gravo, nisi fortasse velis, ut tua fuit humanitas, et erga me
benevolentia, pensare quod pauli dentibus quandoque tibi
diminutum ac detritum est. Do ad ipsum literas ad virtutem
hortatorias, ubi legeris obsignabis, et mihi gratissimum
feceris si ad ipsum mittere dignatus fueris cum tuis, quibus
adolescentem identidem cohorteris. Vale

Ant. Bell. Paulo nepoti S.

375 Maximae mihi voluptati fuerunt binae literae abs te cum ad me scriptae, tum ad Robortellum, quod Imolae suum in Contubernium te pauloante adlegerit, commodissimumque tu apud ipsum Thalamum tum sortitus fueris, nec parum additum est ad meam istam Laetitiam, ex eo quod et Petrus Regulinus in illud idem contubernium adscitus sit. Nam si vere scribis, quae tum Imolae sua sunt, non cunctabitur, quin tecum ipse propediem adsit. Fac igitur fili sis bono animo optimum domi magistrum habes, et utriusque Iuris Callentissimum professorem, necnon Sodalem tuum veterem suavissimum et urbanissimum. Tanto n. sub praeceptore vestrum utrique damnum erit facile sarcitum, quod discessus cum Petriani, tum Ricchierij, tum vero etiam Pruitellij (ne ipsum praeceptorem duntaxat eloquentiae perstringam, sive causa, videbatur vestris studijs attulisse. Nam et Imolae domi vos docere non gravabitur, et quotidianis disputationibus consuefacere. Caeterum cohortor te cum Petro caeterisque contubernalibus velis Arundulium frugalitatem honestatemque semper servare, et in hoc primus dare operam ut tuum sit omne ocium, tuum omne negocium in Sapientia Legali, eloquentiaque adipiscenda, quod si, ut confido feceris diligenter (Te n. ex filio natum non secus ac filium semper sum complexus) quoties causas ages in foro praedicaberis Iurisperitissimus, quoties privatim aut publice orabis, ipsa Suadela dicetur propterea in tuis Labijs sessitare. Invito etiam illo Ipsum qui ipsum mordicus apprehendere et labefactare conatus fuit, nec puerum te sic exulceratum liceret unquam postea efferri in Coelum Eloquentiae laude seu ni fallor, potius ut te illa Centries facilius inter Consultos Iurisubtilissimus, inter

eloquentes eloquentissimus Mercurio fauente designosceris.
Artem vero pingendi illam, ad quam nescio quo genio
sideris propensus, interpretator ego non aliam esse quam
quae tibi foeliciter exercenda sit lingua non manu. Quid quaeso
tibi conuenit cum picturis, quem scire oportet voce res
ita pingere, ut statim animis mortalium insculpantur?
Caeterum memineris cum primum ad me scribes, nomen et
cognomen tui alumni significare, in quo habitet vico, quot
habeat, quotque expectet contubernales, quid publice, quid
priuatim legat, et ad ea, quae docebit et loquetur, tibi ut sit
animus semper praesens et attentus quot nummos absque acceperit
initio sui contubernii, et illud te adiungere tibi curae sit,
qui sint moribus laudatissimis, cum incumbentes legalibus
studiis disciplinis, tum aliorum studia non rumpentes, minus
interturbantes, vale

Ant. Bell. Francisco Robortello. S.

376 Fasciculum literarum heri Collussio ad te dedi. tu accipe nunc
has ad me, rursus et alias ad te scriptas, quas a fratre tuo petrus
Collussij filius datum mihi reddidit, ex quibus facile perspi
cies ut ualet frater, quantusque factus sit huiusque progressus in
causa Bontiana, si progressus dici potest, modo secessit faciendas post
ferias aestimationes de Furnijs superficie. Loquar ego cum Valenti
nis, ut iubet, nec dubito quin, utcumque fuerit mercede iniqui
tatis, ad aestimandum se libentissime conferat. Si animus
cepit titillare aduersarium ut ueniat ad aestimationem res 37
bene habet, ad eam scio animum te habere currentem, sin
vero fugit furnius aestimationem, ne fundum tandem relaxare
cogatur, necesse erit ut frater a praefecto Gradiscano impetret

literas, quibus patriæ preses rogetur ut Cesari ipsum iubeat quod si forsitan dolebit iniustum se audiri & ad incompetentem iudicem trahi, non laborabit me autore, quin patriæ (?) privilegiis, utroque pertinentibus conservatis, cognitio maneat incolumis. Secus in te stomachosior videretur. Tum vero puto hic celeriter expediri, cum minori tuo incommodo, tum spe felicioris successus. Equidem nihil laborarem si res ageretur mea, ne conventus Aragoniæ, de quo conventus ambo litigatores subirent contentionem meam in malam partem acciperet. Sed cur ista queramus nondum scimus quid adversarius sibi velit: sumat utrum malit iudicem, non recusabimus, ne obnoxii quaramus dici iustæ obiurgationi.

Gisellus & Villarius non per nuncium, non per literas fecerint me certiorem de aliquo statu causæ, quos tamen ego sæpe feci de tuo meoque maximo desyderio. Tu si quid habes de Paulo quod mea scire intersit, mihi quæso significes. Ipsum unum habeo qui possit nobis gaudium et domui meæ ornamentum conferre. Nec te pigeat obsecro tuis studiis interdum studiis adolescentis attendere. Nam et si Imola preceptor insigniter celebris foveat et nutriat, sum tamen non parum solicitus quo nam tandem perventurus sit. Nam si ipse & sodales magistro te aliquando examinare, et invicem disputantes audire non dedignabitur, cum gravitati suæ nihilo secius consulit, tum contubernales ipsi multo vehementius proficient. Vale.

Ant. Bell. Pamphilo nep. S.

377 Literis tuis, quas ut mihi redditæ fuerunt statim genitor tuus abstulerat, respondeo paucis. Sum enim occupatus. Quod Robortellus rhetor insignis impense te diligat Cornelioque Aratorem tuo, valde letor. Nec minus quod animum induxeris grecas literas latinis coniungere: Græcis preferre nescio quid maturius quam quod

etati tue conveniat. Ut aut valeas ad grecas ipas, et ad ipam virtutis metam facile pervenire, Cum preceptore ita te habeas velim, ut optime de te mereri ille nõ desinat, nec tu cesses Paulum amitinu tuu hortari tuis lris ad legalem prudentiam navigandam. Ego n. minime cessabo summe benevolentie tuen tui memoria (si nihil et ad me scribes: Ubi namq. precipuu illud in votis ẽ ut vestrum utriq. suis studijs qq diversis ampla virtutis suae ornamenta aliquando consequatur. Vale. Utini X Calen. Octobr 1550.

Ant. Bell. Franc° Robortello. S.

378 Nil distuli: cum acceptis heri lris tuis (q datae sunt ad XIII Cal Octobris cum aureis XXXVI. statim tuas adiunctas dederim famulo Nicolai Candon: ad fratrem tuu Bernardinu, Iter n. ador nabat Agellum versus. Verum ut gratum mihi faceret, pollicitus fuit libenter se via declinare, et visum divertere ea traq. reddendas Bernardino. Sed cum per noctem ut fit rem istam aio vo lutarem visum ẽ mihi tandem operaepretiu fore data opera destina re qui curaret nobis exemplum estimationis superficiei. Itaq. Sodie VIIII. Calen misi summo mane nuncium ad Bernardinu cu meis lris in eam rationem scriptis ut nob curet exemplum hmoi nro sumptu, quod ad te statim mitterem, Posse n. scius nob ap pro-bare et vero vertere nram modicam curam et diligentiã, a dicere tandem estimationem ex animi tui aut Equitis Beatiani sententia recte confectum nõ esse. Unde accideret tibi vel illi, aut utriq forsan tantus dolor et ai perturbatio, quod me desperarem posse consolationem afferre, post tantam rei pecuniariae factura. Nã videris tu, qui optime nosti fineis superficiem, tuo iudicio eã estimasse nõ plus pecunie emptore, quam apud me reperiat, tuncu et loquutaris aureos illis XXXVI. Si estimatio absorbet — L 2188. a penes me nõ sint nisi omnino CXXXVI. Tollerari itc.

Lyij. Supputa tu si probas æstimationem quid ab ea desiniat quæ-
tumq[ue] pecuniæ abs te adijciendum sit. Quid? Accipiam ne ego boni
fic[i]j loco, aut laudabo protinus æstimationem cum fuerit nõ certe
malo, sed parum exercitato aut inconsideratæ, uel tanquam forsan
factam à rusticis? Modo boni diligentisq[ue] viri fungar offi[ci]o
demq[ue] meæ erga te sp[ecialis] beneuolentiæ testimonium, fac tu quod lubet.
Consilium meum ē, utcunq[ue] res cadat, demq[ue] animum meum ad volunta
tem tuam accommodare. Ubi nuncius meus redierit cum æstimatione
superficiei & fratris tui responso, mittam ad te omnia simul cum
meis hisce l[itte]ris, cum primum aliquis occurrerit tabellarius. Alioqui
alioqui supersedebo tantisper dum discedat hic Publius qui tuas
mihi reddidit cum illis XXXVI. Exploratum iam habeo
quod nõ consueuit in uiam se dare nisi singulis diebus Lunæ à prandio.
Ex Imbribus aut qui fuerunt apud nos aliquot dies, nec cessant
adhuc, fac iudicium tabellarios nullos occurrere. De farinis nõ
ē ut mihi gratias agas, me nõ sinuat munus illud, sed ut culpes
fortunam, cuius tenuitas nunc me nõ sinat liberalius patefacere posse
animum meum ingentem, quem gero tibi usq[ue] adeo deditum, ut me ipse
existimem minus esse meum, quam tuum. Paulum nepotem oro ne
desinas tuis hortationibus ad virtutem accendere, quod si facere
dignatus fueris nõ modo nõ abijciet ille curam cogitationesq[ue] stu
diorum, quæ sibi exponunt esse suauissima, sed euadet q[uo]q[ue] iuris
consultus virtute et gloria insignis & existimabit se hoc tibi
deuinctiorem, nosq[ue] omnes simul quo doctrina & eloquentia ma
ior in actionibus forensibus enituerit. De Pamphilo spero opti-
mè apud te alterum parentem, & viuit in luce hominum. Vellem
uero Paulus meus haberet ut Pamphilus, qui eum curantem in-
citaret. Habet tamen Imolam, quem intelligo adhibere pro suo in-
stituto multum diligentiæ in contubernalibus suis instituendis,
Epistolam, quod ipsi mitto inclusum, rogo Pamphilo reddas

a me scriptum ut ad virtutem ardentius inflammetur et
Paulum inflammet. Expecto scire quantum numerorum
tmoli Paulus numeraverit. Sed heus tu cur mihi
transmisisti munus furfuraceum? quot bona deus avertat
mala misisti, quam vera farcimina, quam elegantes
casceolos, buccellas, pastillunculos etc misi que lacte condito con
fecta fuissent, auriculas meas dixisse laetitia subsultasse
perinde ac si ad eas ab extremis Indis Margaritae preci-
osissimae delatae fuissent. Quid te dixi transmisisse, immo volui
tu humanitate et liberalitate nunquam cedere sed longe me supe
rare, non absque meo ingenti pudore. Ego semper habeo tuae
optimae voluntatis rationem. Tu velim post has ~~tuas~~ huius
mei pudoris, si mihi cupis gratum facere. Apud nos est
ut volumus, et apud vos esse cupimus et vos valere. Desipie
re tantum in Germano plus oportet, quia cognosco ipsum neque eum
unquam fuisse neque posthac velle esse natum, ut sentio, ad per
niciem domus meae. Xristi Petrus sed opt. max. filio mentem
inferat, quae de ipso nobis afferat aliquid boni spei. tantum saltem
quantum habebam in annis eius adolescentiae. vale

Ant. Bell. Iacobo Imolensi lec. s.

373. Cum Ioannes Bapta Triuitellius Quartana laborans patriam cogi
taret, Patavium ne reverteretur amplius, cuius contubernio
Paulus nepos 3 annum usus fuerat, negocium dedi Robortello
Genero meo ut traderet alterius contubernio, quem doctissimum
et honestissimum virum esse cognosceret, ab eo rescriptum est
mihi ex omnibus delegisse te, cuius nomen celebre iam
per universam Italiam pervagatur, confessusque in duabus. Ita.
Statim probatum mihi fuit contubernium, et manus in coelum
extuli quod nepoti contigisset alumnus, quem et ego virum

optimu, et utriusq iuris Consultissimu semper intellexissem,
Quamobrem gratias ego tibi pro humanitate que tibi est
singularis Loredane valde sortis foelicitate. ago n. subito
qum tuos contubernales in domesticis et disputationib exer-
ceas quib audaciam memoriam & promptitudine ingenii ter
alant. neq quin tandem rationem tui officij rebus i oib
diligenter habuisse videaris. Ego n. fide optima prestabo qd
Senex vir eruditissimus meo nomine tibi pollicitus fuit.
Vale

380 Ant. Bell. Vincentio Diedo pat. praef. s.

Franciscus Gratianus percunctatus fuit hodie num quid habe-
rem de sonte quod agri Vicentini falconi amnis ipse terminus ha-
beretur. Cuiusq quo obijci in fluminibus Confici possint, ut si
ex nostro quo obiice, quem ex inclyti Senatus consulto in eo proxime
tu poneri facere Germani se fortasse offendi putarent, haberes i
promptu iura, quibus eum nomine rei pub. tuereris. Tum integrã
gloriam illam, quam tibi parasti in hac patria administranda,
defenderes. Respondi illico quod mihi veniebat in mentem.
Verum ne contingeret in ea re meum officium abesse plus satis
desyderari, libentissime accinxi me statim perquisitione.
Conferam propediem in hanc schedam quicquid animaduersu
à me fuit ete in schedis meis. Attamen vero plura
tibi et conducibiliora expiscanda ete cum ex vetera tabel-
lionum monumentis que à Martino Averho lippoldo, et Gr
libro custodiuntur, tum ex ijs, q in Archiuis Basilice ma
ioris veronensis tuis sub clauibus adseruantur. In illis ipsis
cure sit tibi ut diligenter inuestiges per Cancellariu tuu vel
ipsum Gratianum vel per te ipsum potius si suppetat ociu. Accedet
non mediocris cumulus ad tuã ipsius gloria, quinimo et esses de
re pub. mereri optime. Vale Spes ornatissime,

361 Ant. Bell. Francisco Robortello. S.

Postq tibi ut scribis Iniecit magna vis negociorum agam tecu paucis, q̄tam et mihi totus nūc d̄ aius ī Tabellionibus. Abstemius Inuitatus nō fuit ad nuptias. Non. n. debuit Inuitari qui nō vult haberi in necessariorum nec amicorum nūo. Et quem amicum pot habere, qui suos Consanguineos & teos parentes gaudet Conuicijs per summā Iniuriam dilacerare? Testis tibi sit Pamphilus, quam sit homo contemptor suū sanguinis quam rusticanis morib (qui si Limatula eius verb) et voce ad Calculum) nescio an erit, ut se Iactat, hodie ī primis, aut potius In postremis professorib Latine linguę. Grecam n. odio ht, quia grece nescit. . Si Franciscus Tabellarius tibi reddidit meas Lrās debes nosse iniurias illas XXXVI ab ipo mei q attulerat, mihi redditas tam fuisse, et quid actum in causa Furnii Cognouisse, cum ex estimationib Superficiei, quarum exemplu ad te misi, tum ex literis tui fratris, nō ad te minus, qm ad me scriptas. Arbitror Furniū Impostorum tibi facere velle, hac adductus Coniectura quod Iacobum filium ipsius miserit, ut Interim totius estimationis precium sibi numeraretur. Ego vō Credo ei deberi duntaxat quam teod superficiem addidit nō facta sit estimatio prima falsa, et ab expis estimatorib, reliquā superficiem Iure venditionis deberi tibi ceu directo Domino eodem mei precio, quo habuit ipe titulo venditionis uel cessionis à veteri colono seu emphiteota. Huc venire deberet Iulius equitis precor (et quidem) eodem explicare cum Furnio. Tu mox re peracta de Decimis computis & agris, quos mercator conat recipere quantum pecunię tulerit, numerabis nomine mutui, ea lege ut de fundo nunq expelli queat nisi totum mutuū prius tibi simul et semel adunguem restituat. Nimirum frater, qui sibi laborat adhuc, modo se explicet ab hac molestia, nō magnopę

mea quidem sententia curare debet fratri quantumvis detrimentum
superficies ista tibi vertatur : Cogita tu quam sit acerrimus
iste vorax, qui tam impudenter quaerit partem vestri fundi abripere
& usurpare. Caveat a Sacris, si sapit. Tam dives factus non est
quin possit in paupertatem reicere, Domum quam habes
cum fratre Sterni sitam in regione Ebroanarharum, Estimarunt ven-
talis Visous, Sandottusque murarii totum cum solo ducatis quin-
gentis quinque iure libere & imputarunt libras sex tum in singulos
annos, quod rogavit ipse Beatalis tibi per literas significare.
Uter vestrum obviam ire voluerit estimationi ignoro : Ego nunquam
estimassem tricentis. Camillam ceterosque domesticos salvere velis
ore iubeas meis verbis. Vale Sterni pridie Calendas Octobris

Ant. Bell. Paulo Nepoti S.

362
Oporteret ut hortarer te crebrius ad prosequenda studia tua Lega-
lis scientiae, mihi namque ex filio nepos carissimus es, & studia illa fateor
ipse ingenti tam facilia non esse, quin ingentem & plurium quidem
annorum laborem deposcant. Verum non raro facit vis morbi, quo
diu detineor, ut de te cogitare nonquam, nedum ad te scribere,
aliquod tamen solamen animo meo prestat dubio procul, si etiam
ad te scribendi officio nequeo fungi : Cum quod in Cathalogum pe-
raminorum Scholasticorum Caesarei iuris tam cooptatus es, tum quod
Lectorem Imolam praelibantes sortitus es alumnum utriusque iuris adeo
consultum, ut plane non habeam qui anteferri ei possit, tum vero quod
ad ipsa studia te admirabiliter ultro animatum facile perspicio. Non
enim ego solum, sed etiam universa Civitas favet maiorem in modum
tuo ingenio. Habes vero ut audio cum plerosque alios, tum maxime
Regulinum quem constat primam doctrinae et eloquentiae laudem
ligurire. Hortor igitur, & absit meo quodam iure gradu com-
missum ne velis quem certatim cum ipso reliquisque contubernalibus
primam parare tibi pergas, ad quam omnium expectatione vocaris

Non enim vereor quin omni labore difficultate superata
primam domique arripias si officio tuo atque Constantiae nequ
quam defueris. Vale

Ant. Bell. Francisco Robortello S.

23 Perscrutatus sum accuratius dicti Praesidis iussu in Schedis me
is diebus proximis si quid iuris esset, quo ex Inclyti Senatus sen
tentia uti possem adversus Germanos in Controversia iuridistor,
et quicquid inveni quod videretur ad Senatus commodum pertinere
statim tradidi. Tandem non me puduit per Schedulam
declarare Praesidi quid optarem ut s. Paulo et Bellono meis
ex filio nepotibus Armorum usque dum viverent impune gesta
dorum ex Senatus Consulto facultas concederetur. Hoc enim mi
crede numquam venisset in mentem, nisi facultatem eiusmodi
exploratam habuissem a Bartholo Lovaria ob id facile
impetratam fuisse, quod nescio quam scripturam, quae ad rem
pub. non nihil facere videretur, Conquisitam e Schedis apud
Lippoldum gentibus obtulisset. An vero Praeses apud Senatum
in ea re mihi velit praestare studium suum plane ignoro. Non
dum enim respondit quid in ea constitutum habeat. Audeo
tamen Falcidius noster affirmare non dubitanter quod impetra
bimus facile, si aliquod Praesidis testimonium accedat de
Conditione, fide & officio meo, itemque istac intercessione, a
quo optat vehementer nominatim inseri, ut & te Generum
aeque ac nepotes, si quaerant impunitate gestandi ensem,
Sane ego quemadmodum postulat nostra necessitudo paratus sum
nepotibus, et illi pariter curam navare si rem impetratu fa
cilem viderent, tuque digneris studio tuo iuvare. Atqui di
ces quid vobis cum Mortifero marte, Pacis & quietis

Amantissimi semper fuisti. Non enim infitias Robortello
Verum si quis nos petere insidiis, aut temere ex improviso
aggredi armis nō dubitarit nulla prorsus lege inuenio cau-
tum eo quin armis itidem nos debeamus tueri. Etenim nō
quærit inimicos ulcisci, qui studet ab iis, quoties temere se
præstant aggressores, se cogente necessitate explicare posse,
Siquidem æquius est ut in illorum caput recidat malum, quam
ut nos inermes aut fugientes interimant. Si autem me-
rita velis intelligere, quibus adducor ad huiusmodi petendam im-
punitatem gestandi ensis, scito Cum Ioannes Basadonus
vir natus olim fui in Archivis maioris Basilicæ, etenim multa
documenta veteris, & alia reperi quibus ille mirifice delectatus
fuit. Perscrutatus item fui innumera vetustissimorum
Tabellionum protocolla iussu Francisci Venerij, qui nunc Ve-
ronæ Prætorem agit, dum causæ publicæ agerentur in Conuentu
Tridentino. Et inveni documento in pub. forma pleno tradidi
quæcunque patronus tibi ad eum nostræ rei publicæ momenti plu-
rimum conferret allatura, Nec commemorem examina mul-
torum testium e quibus Certa fuit Sententia Tridentina,
cuius exemplum Dicto Tradidi. Ex Decreto n. Senatus
Nicolaus Crocconicus mihi onus id examinationis imposuerat
ut alia taceam officia quibus meæ fidei, curæ, diligentiæ & assi-
duitatis testimonium etiā apud alios patriæ præsides semper
dedi. Quae obres te per has literas adeundum putaui ut velis
pro tua necessitudine et singulari, quæ inter nos intercedit be-
neuolentia agere cum Duce Sermo eiusq; nepote Ioanne Donato,
Cum Ponte, Priolo aliisq; principibus in nostra re pub. viris
quod fieri animus, meritaq; nostra erga rem pub. postulant
gestandi ensis facultatem nō magis Paulo a Bellono q. Faledio

Eisq; dum fuerint in humanis, digerentur Georgii Conredere,
tam mihi Senio tam confecto nihil plane negotii ē cum
Marte, ut quilibet ipsorum se paratum p̄stare queat pe-
rinde ad defensionem sui corporis, ac sunt aīo semp varuo ab
offensione. Inde n. arbitror non nihil dignitatis nob. adher
accessurum quod ut facias te tam rogo, quam quod vehe-
mentissime. Postremo tibi valde commendo Eusta-
chium Boranum, quem ab ipso Faleictio vementer commendatum
habeo. Est n. splendido loco natus inter suos Civitatenses
Amicus Faledro. Et Casus eius tam funerabiles, sicut mihi nar-
ratur, ut vix queam ipsum sine lachrymis cogitatione complecti,
nedum verbis exprimere. Iam n. actum fuisset de ipso, nisi
dextrum numen in gravissimo et desperato periculo succurrisset.
Tuae vero modestiae et humanitatis fuerit mihi parcere et
in utrumque tuum officium desyderare. Videris enim autoritate tanta,
praeditus ob singularem quandam virtutis et humanitatis tuae
laudem, ut neque longam neque difficilem dubitem fore expe-
ditionem utriusque causae, si ad eam aliquid operae studii et
industriae conferre dignatus fueris. Volebat frater tuus
Bernardinus curare tua impensa circumscriptionem fundi ve-
te eius ad me literis cognosces, quas tibi mitto. rescripsi sup-
sederet donec ex tuis mihi perspectum esset, quid tibi cordi e
eo negocio esset. Indixerat mihi Margarita se iturum ad
Portumgruarium, verum ut nunc audio ex Cervario
fidem transgressa navigavit Venetias. Quid mirum? Mu-
lier ē eo ingenio praedita ut nullis retinaculis cohiberi queat,
sed non magnopere laboro ut mihi reddat sui itineris vel
consilii rationem. Tantum abest ut cupiam tuo sumptu
eam apud te esse aut plane velim statim eam dimittas.
Vale Non. Febr. M D L.

384 Ant. Bell. Vincentio Diedo S.

Rogat Fabricius per litteras, ut eum Coram ex animo tibi Commendem;
verum cum ad te nunc accedere nequeam pedibus aeger, ne
videar saluti invidere Carissimi Generi, et Schedulam ipsum
tibi valde Commendo, modo famam apud te habeam tam bo-
nestam, qui ipsum Commendare possim. Non n. me praeterit
quod soleas pro singulari humanitate cum omnibus tui conuenien-
di potestatem facere, tum Curare vitae Servorum et clien-
tum tuorum ... Securitatem non admi... Verum vero tanti
beneficii exiget ab utroque nostrum in omni functione, ad
quam obeundam nos idoneos iudicaveris. Erit autem
abunde satisfactum eius intentioni si ad summos illos Se-
natores qui in republica magistratu decemvirali funguntur
de insulari cito rescripseris, quod Compertum et Exploratum
habueris. Vale.

385 Ant. Bell. Vincentio Diedo S.

Heri apud me fuit Mulier quaedam, filia Iacobi Fructuarii, quam
Patriarchiam vocabant, petens tuis verbis tria Instrumenta
sibi gratis publicanda curarem, et secum duxit quendam e Sa-
tellitibus tuae Curiae, qui apud me tuae voluntatis huius testimoni-
um daret. Respondi statim ipsam a me nihil facile non impetra-
turam, si res mihi quoque multo tenuior esset, seu quod me invita-
ret pietas erga mulierculam inopem, tum quod me urgeret Com-
mendatio tua, cui ... nunc scribendi facultas deretur.
Quoniam vero non chyragra minus quam Podagra nunc laboro,
filius ipsa describenda suscepit quae mea subscriptione roborarem.
Do itaque gratis et libenter authentice descripta. Nam tuae Commen-
datio apud me tantum apud ponderis, ut si ab illa muliere mihi
deberentur Scutati 2m, nedum duo dumtaxat, eadem a me gratis
omnia in tui gratiam remissa intelligat, quippe Iacobi ...bus

omnibus facile persuasum est non ita multo post ad summas rei pub.
dignitates te vocari debere, et ipsa quidem virtute duce,
cui in hac patria gubernanda plane cognitum atque perspectum
habemus summam absque Prudentiam adiunctam fuisse. / Vale,

380 Ant. Bell. Io. Ant.° Falcidio. 8.

Legi literas abs te eleganter quidem et perpolite ad me scriptas ut pote
ab eruditiss.° iurecons. arte tamen, ut videtur per simulationem commoto
et praeter expectationem meam exacerbato. Unde visus sum
deprehendere verum illud esse quod Comicus admonuit causam quaerere
qui discedere ab amico velit, cum ergo quae obiicis commiseri
plane nihil. Nam a me aliisve domesticis meis acceptus tuis
tristius fronte non fuisti. obsequium tibi ullum vel operi praestare
numquam negavi. Sabbatinum aut eius coniugem adversus te irritare
vel concitare numquam cogitavi. At socero duxi semper te
longe dignioreм generum quam ego tali tantoque genero dignus
sim socer. Quod vero addis de Robortello, fateor ingenue
Robortello plurimum me debere multis nominibus, potissimum quod Eli-
sabethae venetiis de matrimonio litiganti manum sponte admoliri
libenterque adesse numquam recusavit. Quis filiam ipsam esse mihi
carum perinde ac sorores et reliquas. Pergam igitur
Falcidi constanti animo existimare et habere talem te generum
tantumque iureconsultum, qui absque causa mihi inimicus nullo
modo fieri velis aut esse cogites. Etenim si tu fortasse per
aetatem cuius ratio mihi habenda est, tuis affectibus imperare
nescis sat ego probe meis novi et assuevi iam factus septua-
genario maior. Processum Davidis, quem postulas, quam
cum primum per egritudinem licuerit, tibique libenter tradam.
Vale,

Ant. Bell. Tyberio Deciano. 9

387 Anastasius ad te proficiscitur antiquae patriae suae visendae ca

Inque sicuti probè nosti progenitores habuit Montiolanae factionis principes, à quibus constat res gestas fuisse tam magnificas, ut dubio procul Inter illos essent, qui et opibus et autoritate primi nostri haberentur, Optat aut ut eum postliminio reuersus Ciuitati veronensi suae restituatur, qua deiectus mansit per longam annorum seriem, quemadmodum rerum humanarum uolubilitas tulit. Est profecto Iuuenis generosa Indole et his dotibus tam egregiis praeditus, ut in eas Fortuna ius suum nullum habere videatur. Unde Professionem suam hmoi satis nunc opportunam fore arbitror ad gratiam suorum Ciuium promerendam, apud quos tu quoque Francisci Venerij Praetoris Clarissimi Assessorem agis. Hortor proinde suscipias Caterum et adiuues eo quo soles animo et studio, cum esse non possit ob singularem doctrinam modestiam, Comitatem, Integritatem atque prudentiam omnibus nobis vehementer placere. Non enim diffido quin cum hisce virtutibus suis tum singulari tua Commendatione magno Ciuitatis consensu abunde statimque voti Compos euadat. Caeterum tibi suadeo Cagnoli locum suscipias, quem plurimus et in ore studiosorum omnium, Iuuitaris Studio, et decreto publico ad eum suscipiendum, qui est honestissimi tituli, nec tibi videri debet stipendium tenue, quum studio laudis et gloriae magis teneri soles, quam premij. Ego cum ad dignitatem totius patriae nostrae summopere pertineat Gratulabor hoc nomine tibi nobisque omnibus, Quod Patauinum Gymnasium Excellentissimi simulque autoritatis Lectorem hominem nostratem sortitum fuerit quo cum Paulo nepote meo tum ceteris omnibus nationis eiusdem legalis Sapientiae Studiosis optime consultum fuerit. Volebam plenius ac politius ad te scribere – Sed non queo Chyragra Valde. Vale. Venetiis III. Id. Aprilis 1551.

388 Ant. Bell. Tyb.° Deciano S.

Significasti sororium tuum voti Compotem Ciuitati suae scilicet veronensi

tanto omnium applausu restitutum fuisse. Unde fuit oriundus,
ut illum expetitum verius dixeris quam admissum, quod
Nomen Montaculanum apud Veronenses durat adhuc ad-
modum gratiosum, cum omnibus honoribus et immunitatibus, ita
superatis difficultatibus, quibus caeteri solent nunc uti.
Legi Diploma, cui historia et Supplicatio. Crediderim profecto
Iuvenem non minus ob Ingenii sui elegantiam, morumque Sua-
vitatem, quam ob Memoriam familiae, Civitatis ius Cen
Postliminio rursum facile recuperasse, quod longa ab-
sentia sui progenitores amisissent, quo nunc possit ad ho-
nores Civitatis ac si ibi natus esset, non autem quod tamen ad
eos receptus sit, prius quam saltem tria praecesserint. Primum
ut ad urbem illam hinc migret, ibique una sedem figat cum
Coniuge liberisque. Deinde ut a Civitate ipsa ad ius suffragiorum
admittatur. Postremo ut onera, quaecunque cum aliis Civibus subeat,
Cumque illis Veneto Senatui pendat tributa annua. Mihi non
videtur magni faciendum diploma, quod impetravit, ex quo
nihil emolumenti nullaque dignitatis ei accidere possit, nisi
tria illa antecesserint. Semper ducimur ambitione, ergo cum
affectamus tantopere quod nec usui nec ornamento nobis fu-
turum sit. Verum si Sororius animum induxit suum ut illum
verteret, Iuliique forum desereret, non pauca sunt, quae et de
Sententia excederet cogere possent. Hic enim Magnificas et
amplissimas aedes possidet, fundos passim, praedia, possessiones et
rura, ne quid dicam de infinitis Colonis, Clientibus, amicis,
affinibus et Consanguineis, cum quibus caeli salubritate fruitur,
Veronae nihil vix bonorum stabilium, nec eos hominum qui cogna-
tione ipsum attingant, nec tam amicorum, nisi aliquos paucos
forsan sibi paraverit. Tum si dicatur accessuros quas constat
suos maiores in agro Veronensi quondam possedisse, habere

fortasse extinctis presertim hoc tempore seditionibus, cur mi-
grare deberet. Atqui nequit adversus eorum aliquem agere,
tuti sunt enim praescriptione annorum quinquaginta suorumque parentum,
Et si agere vellet, reiectus audiret, simulatque in oblata sup-
plicatione ita renunciavit expresse iuri quodcunque competere
sibi potuisset, ut adversus renunciationem, quae habetur sententiae
sententiae loco, nulla omnino cuiquam potestas sibi relicta videatur,
Cum itaque agnitus sit civis, et receptus publico Civitatis decreto
danda opera est, ut ornetur, et augeatur, sed quando a Civitate
adsumetur ad magistratum aliquem, ubi caret possessionibus et cli-
entelis, si ad ipsum fere nullum a maioribus tractus haereditatem post
tot annos transmitti potuit? Nam periculum est, ne dum co-
nabitur ad aliquos magistratus promoveri, quorum creatio ad ipsam
Civitatem pertineat, tunc ab emulis veluti pro novi [illegible] nomi-
nationem impediatur. Dicet aliquis novus est civis, sub
priori collocari semper posteriorem debet, et anteponi qui prius
occupavit. Aliquis prius contendet semper ornandum esse, qui
supremus sit. Alter contra supremum illum hoc est ultimum debere
qui magistratus a Civitate recipiat. Nam acceptum illud supremum
accipit promiscue significationem tam primi quam novissimi, uti
experior in Scipione aliquando quoque eum vertentem. Sive obiciet
Competitorem habere attinentem prorsus nullum ex virili, vel
foeminino sexu, se permultos ex utroque. Adde quod audio
non paucos fortasse (utinam mentiar) qui hoc tempore [illegible]
afficientes dicere: Est ne ex familia prognatus [illegible]
factiosorum, male sibi mens, malus animus debet fuisse, huc ne
Migravit ut antiquatas et extinctas seditiones suscitaret, Quod
Complures conveniens inquiunt, offertur occasio ut [illegible]
hominem, eiiciamus ab urbe seu tollamus de medio. Nam nostri
ipsi tam facile non fuisse Civitati restitutum quam superandae quorum
difficultates fuerint, quam maiorum improbitate obiici demum possint,
quibus non raro seditione et armis certatum. Stringit nos secludendum

à Civitatis muneribus, publicamque quietem turbare. Sed quid
ego ad te de periculis, deque ergo propriam patriam pietate, ?
ac unus plura quam nos omnes ?ernenses simul, quandoquidem qui
Patavii, partim Veronae cum ?tiis multi tibi fuit Consue-
tudo ? probe cognitum habes quod qui alienam patriam
anteponit, suam quodammodo vituperat, et quod qui cum tanto ?
commodo et dispendio ac periculo quod transfert domicilium solido
nullo nixus fundamento in regiones alienas, nulla prudentiae
laudem ?. Providebis ne sustineat solertia tua, non
prius erga patriam Candor, et Sororius Veronae Domicilii
eam cogitet, a cuius mutandi affectu debet alienissimus esse
a sibi diligenter cavere ne accidat sibi ut Cani, qui ut est
in Apologiis Esopi in amne limpidum umbitate Carnium
apparentium nisi temere se coniecisset, quas ore ferebat
non amisisset; et iterum atque iterum accuratius expendat
utra ratio praevaleat, an quae ?eo inclinet ad novas sedes, an quae ab
?eis quaerendis retrahat et reiiciat. Item satis debet ei esse
officium officio pensare, quod ? grata vice et insigni
modestia rependet si illos, qui de se benemeriti fuerint, vel alicuius
nominis ?, comiter appellabit, si praestabit se locoque ?
in urbe, et ? urbem, quorum ? Cupidi visi fuerint.
Si dabit operam ut expediant Celeriter, et quicquid honesti
cupiverint assequantur, si excipiet Lautus Conviviis non prout
? in quibus ? pro Carpionibus et ? sublimi
ministraverit, qui et sapore et odore meo quidem palati iudicio
cum ? Carpionibus certant, si ad prandio, Civitatis nostrae in
stituta ritusque patrios edocebit si Civiliter ? sui
in domo sua perinde ? hospitio habere, atque in ?
-progeniis. Item. fiet et Anastasius nobiscum ? ?
? ? ac splendide more parentum maiorum suorum

sepe mihi faciat, rogandum te duxi ut hac in re mihi tuam diligentiam prestes, qui versaris in luce hominum, fiam scilicet ut absens certior admonitus sim cum primum innotuit tibi aliquid vacationis accidisse, ne non opportune Prosdocimo consultum sit. Veniam autem si videor procurrentibus agere vel familiarius forsan quam mihi conveniat cum homine tanta dignitate, doctrina et autoritate predito, des queso veniam, fecit singularis tua humanitas et erga me benevolentia, ut pro amico per literas te adeundum putarem, ne dolere ille posset gratiam sibi evanuisse quod frustra proximus sui diligentiam expectasset. Curabo autem me hercule ut hoc officio non illum minus, quam me ipsum perpetuo tibi devinctum intelligas. Vale.

Ant. Bell. Tyb^o Deciano, S.

332 Nepos meus Paulus redit Patavium, ut iam inchoata studia prosequatur. Et ego vero cum non dubitem ut ad me quempiam deferatur quo animus meus vel tantillum exulceretur si cum Aluise tuo filio petroque Regulino vivat, maiorem in modum opto ipse habeatur contubernalis: quos cognoverim solos adolescentes sibi familiarissimos esse cum egregia probitate tum optima indole preditos, tum vero legalis sapientie, quam colit et ipse, cum primis studiosos. Quamobrem velis Paulo Licere, qui oculus est meus vite, contubernio ut simul constat, in quod illi, quos absente amice amari certo scio fuerint te autore cooptati, et ut cubiculum sortiatur, quod eius studiis accommodatum putes, non autem dicas propter meae fortune, quam agnosco exiguam, sed humanitatis tue, quam prestare sum solitus perinde atque mea erga te observantiam, maximam, etc. Mercedem numerabo semper ante principium semestris temporis, ne alumnus habeat fide

meam suspectam vel nō satis probatam, et ea lege ut nō minꝰ
puero abeundi qꝫ illi expellendi facultas libera sit, redditā tn̄
mihi pecuniā quam acceperam, nondum tamen pro futuri te-
poris spatio demeruisset. Spero tn̄ tres tpōr sub vno co-
demqꝫ Contubernio studijs daturos operam et alacriter et con
stanter usqꝫ ad lucubrationem extremi anni, qui nēc sibi de-
niqꝫ paraturos laudem egregiā, nobis letitiam votisqꝫ nrīs
Communibꝫ plane responsuros, quod ut facias te etiā atqꝫ etiā rogo,
tibiqꝫ persuadeas quod abste nihil me honestius postulare possum
honestius neqꝫ tu mihi gratius facere. Vale.

Ant. Bell. Tybº Deciano S.

33 Mantuanus quidam fortasse tibi non ignotus quod affinis sit, filiusqꝫ
si recte Corrigio Calidonij Deciani, laborauit hic valdè supe-
rioribus hebdomadis cum apud me, tum apud alios scribas i
perscrutandis documentis, quibus aliquā posset inire ratiō per
tendi aliquid quicquid ad ipsum iure nrō pertineret, quid uō
inuenerit, aliqꝫ sibi praestiterint, tandem, nō satis intelligo.
tantum scio, quòd ex meis tabellis, quarum legendarū copiā ei
feci, describendum sibi nihil omnino postulauit. Quom autem
me quondam, et nepotem i fidem tu clientelāqꝫ tuam humanis
simè receperis, ac de vtroqꝫ nostrum optimè mereri nō desinas,
distringor tua erga nos ingentia merita eo quo possum officio
pensare. Quare do tibi exemplum ex parte duorū Testamētorū
tametsi nōdum satis compertum habeam, an inde aliquid
fructus percepturus sis. Eam n. Hieronꝫ Mantuanus ipse vidit
nemo. Nec mihi profectò venerunt in manus imò nec in
mentem, de quo de iure conscribendis rogatus fui; quorū exemplum
si vidissem libentissime te statim fecissem, et quoqꝫ parentem
tuū, de quo in iis mentio facta ē, et cui eius amico et patrono

proposueram semper prodesse. Et n. proprium & perpetuum
fuisset argumentum Atque erga te voluntatis: verum fu
go tutus (quod me fateri nõ pudet) Conscientia Imbecillitatis
[illegible] Intelligo de Testamentis (q̃ scriptum Conscripsi anno
abhinc quadragesimo, quo post Liberatum ē) seorsum ab
aliorum & Instrumentorum Codicibus. Expecto sere
in cuius Contuberniũ te autore Petrus regulinus concesserit
& paulus nepos, qui meas verbis tibi lras reddidit,
cum Caroli locum ad te magno cum honore, tum emo-
lumento (quemadmodum constans apud nos fama percre-
buit) delatum itandem susceperis. Opinor nõ Commissurus
quin Advocationem Laboriosam oris legalis Sapientis Longe
postponendam putes: Hac n. evades opulentior, & vivus
Celebrior diutissime nõ absq. Immortali tui nois gloria, Illã
fieri nõ pot, ut exercere possis Citra multam Invidiam &
Infestorum aliorum vel reorum, a quib. solis nõ obsteris, qđ
certo scio a tuorum morum Integritate & Innocentia Longe
abesse, si tuos sensus bene cognitos habeo. Te Igitur hortor
audacter ad suscipiendum honestis Conditionibus munus obla
tum, cum multis alijs nominibus, tum maxime quod hone
stius quod fructuosius quod rationib. tuis multo accommo-
datius persentiam fore, Vale.

Ant Bell. Tyberio Deciano .s.

394 Ad literas tuas verbis datas XI Cal' Dec̃ respondeo paucis
verbis. Sum n. occupatior quam ut nunc respondere ad sin-
gula queam. De Contubernio quod sibi Paulus nepos voluit
satisfacere non moleste feram ut mones, modo Improba soda
litate Ingenium nõ deprimet suũ, nec desinat cursum ad vir-
tutem Institutum tenere. De Statu vero rerum tuarum
gratissimum fuit quod me admonendum existimavis sed Con

silium dare scribo tibi nolo qui iureconsultus doctor doctrina et iudicio praeter caeteros excellenti peritus es. Tantum precor ex animo gressus tuos fortunet Christus deus opt. max., in te n. uno patriae nostrae universae salus recumbit. [illegible] quo no decreuisti. Commorandum tibi Venetijs est, antequam tibi peruestigatum fuerit quo uia illa te tandem duxerit. aliâs plura cum dabitur occasio. vale.

Ant: Bell: Tybo Deciano. S.

395 Ex duabus vijs quae tibi se obtulerunt vel profitendi Iuris Ciuilis Patauij, vel causas agendi Venetijs utra potior sit, meliusque tibi conueniat iudicare no ausim, postea quam cum aliâs percepi ex tuis ad me literis, tum et nunc audio ex Leonardo Arrolone, amico tibi, te cum non paucis amicis, et alijs quidem Cordatissimis Communicato tam decretum esse causas ipsas agere. Nam peritum ego non extuli ex humilioribus studijs et exercitatione Tabellionica, et cognis longe tempore in tua eorumque sententiam statim discedere. Scius constat homo prorsus sine mente necesse sit. Unde tantorum virorum consilio fretus, a te te cohortari cogor ad illud orandi et patrocinandi munus. Tuo autem exemplo monemur ne quisquam quamuis doctus et sapiens in re praesertim seria et magni momenti suo ipsius iudicio fidat, sed cum sapientibus amicis prius consultet quam secum deliberet, ne accidat cum egregisse tandem magno suo malo. Scito vero quod munus hoc agendi causas, sicut et quodammodo aliud, duo habet latera, alterum quo lucrus, alterum quo bonum nomen comparis, Qui ad illud deflectit praeter pecuniae lucrum nihil quaerit, perinde quasi Plutoni totum se Consecrarit, hoc qui tenet iustitiam assidue colit, nec Committit unquam dolo vel negligentia ut succumbat qui causam iustam tuebatur, nec qui iniusti

scribat et historiā utrique potiatur, Non igitur dubium quin tu cum animi aequitatem et rectitudinem, Deinde tua naturae et longum studium confirmauit, curam Iustitiae aequam habeas, Consequerisque tandem alter Cicero vel alter Plinius in agendis causis, qui noluerit inter Bartholos et Baldos adnumerari, Vale,

Ant. Bell. Tyb. Deciano. S.

396 Percepisse ex tuis litteris videbam et perceperam ex multorum quoque sermone tibi demumque constitutum fuisse causas [illegible] agere, Conduxisse domum, et supellectilem totam propterea disposuisse, Quo factum fuit ut et ipse hortatus te fuerim ad illud sustinendum munus, quod multorum Amicorum consilio susceperas, non quidem quod spes mihi ostenderetur rebus tuis melius consultum fore quam si animum adiecisses ad Leges in publico Gymnasio profitendas, sed ne viderer in tuam et illorum sententiam non discessisse, quos complurium habeo eruditione et prudentia mihi longe praestare. Verum Annibal Senior nunciauit proxime se de Regulario tuo audiuisse, te mutasse consilium, quod videbaris cepisse, totumque te conuertisse ad obeundam Legendi prouinciam in Patauino Gymnasio tu inuitatum conditionibus adeo honestis ac splendidis, ut nec tu aliquam excusationem afferre possis, neque aliquid poenitendum admittere. Id si ita est tibi gratulor plurimum et nobis gaudeo, nihil enim carius et antiquius est nobis, quam ut tibi ipsi nobisque omnibus satisfacias, qui in quibusuis tuis actionibus rationem aequi et iusti habendam semper iudicasti. Nam ex tua sententia mihi sumendum consilium est non tibi ex meo capiendum. Quare speranda in te nobis sunt omnia, ne modo desis in eo munere prosequendo quod tibi suscipiendum existimaueris, siue leges fuerint disceptandae in foro siue in Gymnasio potius interpretandae

In hoc tibi aderit auditorum frequentia, in illo non deerit cli-
entium turba. Verum actione nihil molestius, ut saepissime
sensi periculum, nihil odiosius; lectione autem nihil dulcius
nihil amabilius. Utraque fructuosior et saporis carior ali-
quam iudicent, quibus conscientia iusta, quae dimoveri a recto
numquam debeat. Non enim committet tu, ut eius tandem com-
plexus fueris, quam acerrimus propugnator aequi et iusti
utrisque terrarum esse velis. In summa illud habeas a me
non improbari actionem, et lectionem approbari maxime.
Ex quod si in munere utroque fungi tibi placuit, stu-
dium ac diligentiam non intermittes, cum tui nominis im-
mortalitati, tum universae patriae existimationi, a te optime
prospectum fuerit. De Paulo nepote si Patavii
profitebere, mihi plus aliquid erit in spe, qui toto pectore
disciplinis incumbat, a quo si dico non minus quam a Ale-
te praeceptore coli et adorari, certe non mentior. Vellem ego
prius quam morerer nepotem videre iurisconsultum idoneumque
defendendis rebus meis, non scius tamen quam iustitia postu-
laret, si fortunae caeterae vitae cuiusmodi benigne respondere di-
gnata fuerit. Ut enim vivamus ambo id quod fortunae non
potentior tribuere potest. Tu vero praestare pro singulari tua hu-
manitate benevolentia erga me et observantia, ut nepos idem sit iu-
risconsultus, parisque nostris rebus defendendis, quod arbitror
vix evenire posse, nisi tua cito intercedat opera et diligentia.
Mortem enim ego valde extimesco, quae quamvis olim omnibus in-
definite sit subeunda, mea tamen pedibus et manibus podagra et
chiragra [illegible] adeo fuerunt, ut quasi quotidie videar
crudelem in modum enecari. Tantus mihi timor mortis inic-
tus est. Sane puer meus, quem a me unice diligitur, iucundissi-
mus mihi [illegible] fuit, ut maiori misericordia eum [illegible], et

Suppeditavi libenter in singulos menses sextantes quinque, et
illius rei minime pertaesus sum tecum agere (quod proposuerit,
quodque arbitratus fuerim pertinere ad studiorum suorum
sustentationem), hoc a me committitur, quin posthac certi-
orem faciam, ne ansam ullam sibi arripere possit conferendi
in alios culpam praeterquam in se unum, quod in celeberrimo
Gymnasio sub doctoribus clarissimis operam et oleum
perdere voluerit (et aliorum se non passus ab improborum
consuetudine (vel quod ambulare contempserit in lege domini.
Nimirum convictus meus cum tecum fuisset Patavii, ut
cuius studium cum debemus foret, tum nulli obnoxium
periculo (quemadmodum saepe mihi venit in mentem super
rationem tuam virum optimum tamque prudentissimum quon-
dam tecum, teque cum Nicolao filio tuo fuisse. At mi-
hi non licet per valetudinem qua torqueor plus satis. Nec
sum ego ille quoque qui possim efficere quicquid velim. Ideo
me consolor quod nulli mortalium datum est ut cuncta possit.
Nunc trahor in suspicionem nostro quod Comestum filium tuum
et Petrum nepotem de composito subtraxisse se ab amicitia pueri
mei: quod ego ita iudicent forsan malos fructus se percepturos.
Sed faxint dii male coniciam; quia enim consolari me possit
si nepos sextis ostendisset ob mores depravatos se vitandum
et fugiendum? vel mederi dolori meo si mihi fides facta
fuisset? Ego denique non expecto tuam opinionem: non enim mea
suspicio aliquid certi est. Te tamen scire omnia volui, quem plu-
rimi dissociatos animos eloquentia sua facile conciliare pos-
se, et facile patior consultissimum iurisconsultum vel in aliis
mihi temperare. Quo facto nunquam confido me esse e
terra sui posse. Vale.

LIB

Ant Bell. Paulo nepoti s.

377. Meminisse me tibi solitum sententiam hanc Epigrammatarij
sepius recensere, Quod nil sine magno uita labore dedit
Mortalibus, nec enim arbitror te oblitum fuisse, Nam
quam Castus memoria tener equales. Ea aut hoc omni
et studiu vel negocium ecuicunq; te adhibueris, pera
gere no queas citra magnum laborem. Tantum vereor
ne conuictor aut amicus fias Improborum hominum qui
solent restare ad odorem cibi uel sectorum alicuius scor
tilli. Te enim quem haudquaquam reclamante animum
Consecrauimus legalibus disciplinis oportet acriter ter
operam nauare, et illorum Consuetudini fruiqb neq; pro
bitas desit, neq; assiduitas in eis. Sint tibi sodales
& Conuictores probi et emuli eiusdem studij, ne te des
operam iam cum summo dispendio et periculo rei ac fame
et unanimiu Adminiculum Germanus et D. pollicitus, haud gra
uatim suffecerit, usq; dum Iureconsultus euaseris, sicut re
liqui duo qui monstrantur digito, quod doctrina, affabili
tate Consilioq; prepollent. Effuge Effuge fili et peri
culum, ne sociorum improbitate mergaris, & modo cui
Cura ut in cursu tuorum Studiorum sis Agilior, quam ut
equalis quispiam te antecurrat, Aiunt q libros
legendi prouinciam istic Suscepit in publico, Deo
duce et Auspice secundis flatibus nauigabis, Et amicus
auctor et numeris quidem omnibus absolutus, cuius lectiones
plurimum doctrine conferent, et tibi Cumulatissime satisfa
cient, cum Itum tuum auditores se operunt, nec minus
in Gymnasio quam in foro magna cum sui nominis laude. Ipsum
nihil esse latet que scripta sunt in corpore iuris Ciuilis aut
pontificij, quicquid erit fidei & amori te dedideris, te libenter

instruet & carum habebit, quare ac Nicolaum filium vel nepotem suum Regulinum, vale,

Ant. Bell. Paulo nepoti s.

398 Cum nuper in templum ad audiendum quendam Predicatorem me contulissem, Hieronymus Lunsinus in durem mihi dixit a tergo preteriens, essem leto animo, quod acriter incumberes legibus, quodque meae expectationi plane satisfacturus esses, tempus vero non fuit, nec locus percunctandi, quis illum talem ad tres numerum attulisset. Protinus tamen credidi ac vehementer gavisus sum cum praestanti tuo fretus ingenio probitate atque memoria, tum quod Lunsinus ipse aliquorum auribus applaudere minime consuevisset. Ne tamen attendasque ille videatur, aut ego falso gaudio fruar, velis in studia constanter incumbere, et tempus recuperare totum, quod amiseras in sindemijs, quod facillime potes Lectorem Bortiis Tyberium praestantissimum iureconsultum, ad quem tibi nos scous ac regulino, patebit aditus dies ac noctes. Ante oculos autem semper habeas, et pectori insculptam frugalitatis virtutem, quae iubet ut necessarijs contentus sis, Germanus non deerit, nec ego conscientia officij suppeditandi tibi pecunijs necessariis, quin et hoc promptiores nos praestabimus, quo te cum bonis versari et cum doctis disputare frequentius intellexerimus. Dedit Germanus Eustachio Bor(ra)mo dicto abhinc circiter XX. ducatos X. ad te deferendos. In te namque uno reposita est dignitas totius familiae nostrae, quam ut tuearis & amplifices, te fac itaque quam diligentissime custodias, vale.

399 Ant. Bell. Franc.o Robortello S.

Numquid est Robortelle quod Helisabeta conqueri apud me
videtur dotem suam fere totam iam absumptam esse in lite
quam habet cum F. Colloretano, necdum tamen eius exitum se con
secutam esse. Numquid procurator [illegible] cessavit ab officio
suo? minime suspicor. hominem novi diligentem. solas
arbitror rei cavillationes in causa esse, quibus lis proferatur in
longius temporis spatium quam equitas patiatur. Consuevit
ut videmus terram caelum miscere, semper confugiens ad nostro
quam sui paterni maternique generis ostentationem, et ex-
clamans ob consanguinitatem matrimonium non coivisse ut firmum
atque perpetuum foret. Quid queris? Has res nobis vult ven
dere suam nobilitatem. At oleum et operam perdit. Non
emerem, testor deum, vel cassa nuce, tam exigua est obscura,
seu potius plane nulla, ut cum mea nunquam commutarem.
Nihil n. vereor quin iudicibus incorruptis causae bonitas com
mendet Helisabetam, quam tamen pergas obsecro tuo singulari
studio, consilio, autoritateque tua iuvare, ut eius saluti et
honori, consultum sit iuris equitati atque expeditionis celeritati. Quic-
quid enim vel feceris amanter, vel honorifice locutus fueris,
quod ad expeditionem causae, vel ad eius existimationem perti
neat, tue singularis humanitatis, atque prudentiae laudem
habebit, eritque nobis omnibus vehementissime gratum. Scire
cupio ut Camilla et filiole valeant, hic valemus omnes,
Sinistre eventus fuit pridie nonas Febr. hic novus Tumultus in
Calle Porticus inter Colloretanos Turriane factionis, et quosdam
Savorgnanos, cui se miscuisse Ioannem Iosephi filium demiror.
In eo Antonius Savorgnanus, Bernardini filius, et qui cum
ipso erat Patavinus occisi minutatimque concisi sunt, et ex utraque
nonnulli vulnerati. [illegible] sub ponte delituit in mediis aquis

de quo in subterlabentes se precipitem dederit, ne d' vita periclitaretur, ut noscamus adversos humores ferocienter, si obfirmatis aut decurrerint Inimicos ulcisci; neque remedium Invenire posse, tametsi sudatum sit summa patris ope et cura et vigilantia ne veniretur ad manus. Ut huiusmodi pericula fugiamus, Ita nobis omnibus iuvenibus consto, ut neque Inimicorum Insidias, neque potentiam seu violentiam Aestuamus. Ex offensione aut proficiscuntur pericula. Si neminem offenderimus, non habebimus monentes, nec iuvantes, neque posteri nostri Inimicum quempiam, sicut nec drastenter habuimus. vale. Utini VIII Id. Febr.

400. ... Ant. Bell. Franc.° Robortello · S. ...

Bernardinus tuus, quod non sine magno dolore Cogor scribere, Impudenter Comprehensus, ut audio, et in Carcerem tractus est, eum quod non abstinuerit a Sistendis armis Contempto praesidis edicto, tum quod nasum absciderit dedita opera meretriculae, quam aiunt filiam fuisse cuiusdam Avari. Vides quantum misero periculum Imminet. In ea n. Incidimus tempora, quibus Innuitur hieronymo, qui aliquius sit ponderis apud praesidem virtum et adeo Comotum ex superiori Collocatione rixa, ut omnino velle videatur, quantum Conatura et sermone licet Consequi, quod alii Bernardini Exemplo discant posthac quietius vivere. Quamobrem tibi laborandum o ... quantis Amicis, quibus isthic te abundare scio, et quibus modis vales quamcelerrime et diligentissime consulas rationibus tui fratris, qui videtur In discrimine constituti; ne non sortiatur Iudicem, magis mitem, ac minus severum, cum hic agi putato & olus S. frater utriusque tibi convenit. Ego posthac succurrere ... non possum, illi rem cupio non Infeliciter Evenire. vale.

Obsignatis brevi mihi nunciatur non nasum abscissum, sed vulnus tantum Impactum Atuberculo, quod recepit ope vulnerarii medici coferruminationem.

Ant. Bell. Vincentio Diedo .S.

40 Audio Lazarum Bonamicum proxime fato functum fuisse,
quod sane moleste fero. Nam doctissimus & humanissimus
erat, et qui inter politioris literaturae professores primam
dignitatem Patavii facile obtinebat. Ex iis autem unum
te intelligo esse, quibus in illius locum eligendi alterum
autoritas credita est à Senatu, nec mirum debet merito
tu huius negocii esse, cum ob singularem prudentiam
tum ob egregiam eruditionem, postquam superiori anno
hanc patriam prudenter administrasti, iam videbunt
te quasi alterum Donatum agnoscere, qui duce virtute ad
principatum evectus fuit. Nosti Franciscum Robortellum.
Quero enim ut Bonamico quis omnino dignus succedat. Est
mihi quemadmodum te scire arbitror, ea necessitudine coniunctus
ea doctrina, humanitate, et modestia praeditus, ut non possim
non adeo velim et non omnia cupere. professus est cum in
aliis aliquot Gymnasiis, tum praecipue Pisis, & ubique ge-
tum post graecas & latinas literas cum magna sui nominis
gloria profiteri. Accedit quod tui est studiosissimus, & Gym-
nasium Patavinum hic sui nunc maxime cupidum, apud
quem nepos meus, qui dat illic legalibus disciplinis operam,
erudiri se posset etiam in omnium pulcherrimo genere,
quare optatius evenire mihi nihil posset. Itaque cum mei
commodi causa, tum ne quid praetermittam absque ingrati animi
suspitione, hunc ego generum carissimum quam diligentissime
tibi commendo, tametsi nihil dubitem quin tanti Robortellum
facias, ut illi iudicio apud te non opus sit soceri commenda-
tione, sed mihi potius generi commendatione studendum est,
teque rursus quam vehementissime rogo digneris pro singu-

tua humanitate, summaq; nrã erga te observantia, ipsũ dignitate ista ornandum suscipere, quod vehementer sibi profuerit cum ad tuendum ociũ re liberiore facta, tum ad augendam eius existimationem; quin et dignitas ipsa con- sebitur hoc illustrior et nob. gratior, quo magis tanti gy- mnasiarchę testimonio, studio, et autoritate corroboratus fuit. Etiam et tuę dignitatis nõ videbitur ita postulare ut nõ multitudinis studio, sed tuo et collegarũ iudicio tandem ex sententia nrã confectum sit. Ego vero quic- quid officii in ipsũ contuleris feram acceptum ac si in me ipsũ contulisses, et curabo quod in scriptis suis quoties se offe- ret occo, de te preclarisq; tuis erga rem pub. meritis men- tionem perq; honorificam faciat. Vale.

Ant. Bell. Paulo Hep. S.

402 Egi p[er] lras proximis diebus cum Vincentio Diedo uno ex Gymnasiarchis, ipsumq; enixius rogavi ut suffragio et studio suo Robortellus nr̃ in Lazari demortui locum asciscereť nõ quod cum ipsõ mihi frequens consuetudo fuisset, non n. novum ho- minem antea apud nos magistratum gessisset, sed quod id spõte sua facturum existimarem. Perspiciebam n. eũ ipsũ inter oratores Gymnasiarchas nobilissimũ, inter nobiles doctissimum, inter utrosq; sapientissimum, tum ex candidatis prodiisse nominem adeo doctum et celebrem in ea publice legendi functione, qui ce- dere ipsi locum merito nõ deberet. Etiam si me nõ fallit summus meus erga ipsũ amor, alios utriusq; linguę professores facile antecellit. Non negaverim tñ indoctos quandoq; anteponi per aliã viam ingredientes, quàm qua ingredi solent bene docti, quoniam multi tribuere solent amicitię plus satis, quamq; qui nõ sunt ho- mines asciscunt sui siles, et servant doctos, quanti me faciat

dictus, quantumque mea causa velit facere plane sum nescius.
Hoc mihi persuasum est eum nihil esse facturum in ea re, quod
dici queat alienum a dignitate sua, vel ab ipsa equitate. Si
Robortellus locum ipsum nactus fuit spero fore ut eius con-
tubernio tibi liceat frui, ex quo tantum fructus percipies
quantum maximum. Valet enim gratia et autoritate etiam apud
professores legalis doctrinae, teque complectitur non vulgari
benevolentia. Soles praedicare mihi diligentiam Pan-
vitellij, quod rationes tuorum studiorum et curae sint. In
Coelum Robortellum tolles, qui cum studenti recte in-
veniendi viam libentissime tibi quotidie demonstrabit ad-
dictus non minus egregia eius humanitate, quam vera coniun-
ctissima necessitudine. Tu interim versaris cum bonis, ac
circulis et disputationibus delectaris, et sortitus iste le-
gendi locum tuo ingenio tuisque studijs parem legales
omnino favore pergat. Apud nos creber est sermo illorum
expertum, qui huc ex Patavio profecti sunt, et adolescentibus
quibusdam negotij datum est ut Iuri Caesareo dent operam unum
te fore, qui Iurisconsultus tandem evadas eminentissimus.
Quaedam leges maiorem in modum edito a me epistolam ad Chr[m]
acu ... Aiax ... et te diu incolumem servet. In quo
post coepisti, velim contendas ad summam gloriam legalem
illam sapientiam, quam multo labore tibi paraveris bene
iuvantibus Dijs, condas denique in thesauros tuos inex-
pugnabiles. Non enim vino obumbrari potest tua ingenii vis,
qui ne vini quidem odorem sustines. Verum si me au-
dieris vives sobrie sed desines hydropota esse, saltem
postquam cursum tuorum studiorum absolveris. Interea sentio

tibi adhuc triennio Patavii incumbendum est, fac sanè gna-
diligenter, si ad frugem velis aliquando pervenire. Habendaque
in primis ratione tuae valetudinis. Unde perspicio ho-
norem totius nostrae domus ac dignitatem pendere. Faustus
hic Georgicam publicè interpretatur orationemque Ci-
ceronis pro Archia poeta. Fontibonus Lusitanus
a Senatu à Civitate conductus stipendio aureorum Centum, ad
quos auditores magna pars nostrae Iuventutis accedit. Vides
quo in Loco sint literae, et quam multi earum studiosi. Co-
gita quod cum tempore quoque quondam disceptabis aut Laris-
sius aut Larissaeus, non ante tamen ut opinor quam vigesimum
perageris annum aetatis tuae. Nam et spectatum virtutis, gra-
duque Gloriam consequaris studendum. Interim ita te munias
disciplinis legalibus, ut non inveniatur qui tibi inscitiam re-
probare ausit, sicuti nos Florio, cuius Genitor fullonicam ex-
ercebat. Et intelligas quoslibet obscurissimis quoque parentibus
ortos Solo virtutis splendore mirandum in modum nobilitari;
Utini v Id. Martii 1552.

His scriptis nondum tamen subscriptis, nedum tabellario traditis
tuas accepi literas, quibus non parum commotus sum. Etenim
videris cum pecunias adhuc postulare, tum Contubernium Robor-
telli refugere. Arbitri enim est, ut est debet, ne nostra domus
irreparabili exitio funditus evertatur. Etsi, partas [illegible]
facilè Cadunt animis et pericula reformidant multo maiorem
impensam fore perspicio, quam aut nostra tenuitas patiatur, nec
à me deliberari Cubi pot[est], Consultabo tamen cum reliquis domesticis,
num sit absque Gloria sit nobis expetenda, quae tanti constet;
scito quod tempestatem Germanus et ego Tabellionem Recordi
desisimus ego quia non valde [illegible] statem. Ille quia non vult

amplius [illegible] de eo quod à nobis Constitutum fuit, postea
certior fies. Non cessabo te hortari ad Capessendam Fruga
litatem, usque dum etiam experis aliquem fructum doctrinae
meae. M. Tullius sic ait. ut solet quisque accipiat.
Ego tamen frugalitatem i. modestiam et Temperantiam virtutem
maximam esse iudico, Inquit ille. Significat n. nos uti
debere Calceis, vestibus, rebusque omnibus tam Circumspecte &
temperate, ut nobis diu durare queant. Supra Conditionem tuam
ne te dilates, sed metiaris te tuo modulo. Nam ut ait, Sil
[illegible]bilius, qui sua metitur pondera ferre potest. Memini
me puerum in Tabernis [illegible]. Zoannetti bibliopolae ad angulum
[illegible], quas tenebant filii Hectoris Strozzolij aureis lite
ris Ita scriptum saepe legisse Chi non se misura non dura.
Proinde existimes quam nobis sit Curta supellex & illos ha
beas non esse Amicos nostros, qui hanc mediocritatem, ne dicam
tenuitatem suis assentationibus conantur te trahere in tantam
arrogantiam & superbiam, ut curam omnem frugalitatis abji
cias, nosque devolvamur omnes in praecipitium tua dementia
& prodigalitate verius quam avaritia nostra. Accipias velim in
bonam partem omnia quae scribo, & Intelligas te mihi Curae esse
longe maiori, quam omnes reliquos meos familiares & do-
mesticos. Germanum amo te valde, et exosculor Ingenium tuum
quod futurus sit etiam hoc liberius quo te magis perspexero
in tuis studiis profecisse. Cura igitur ut ille sis, quem te esse
volo idest frugi & studiosum, ut è Contra sim et ego pariter
erga te, quem me esse cupis, Ita n. fiet ut neque tu desis officio
tuo, neque à meo ego absim. probabo tibi me non illiberalem esse
ut mihi probavi falsum non esse, quod te [illegible] denunciavit,
hoc est aequales tuos abs te longe superari etiam maioribus conatum
sumptum sustineri,

Ant. Bell. Vincentio Diedo s.

403 Ut legi literas, quas Gener meus Robertellus ad me dedit, tecum dolui vehementer, Quod Petrum fratrem Clarissimum et integerrimum virum paulo ante amiseris. Cum vero mecum Considero nobis omnibus velimus, nolimus, perveniendum esse, nosque omnes qui magis aetate crescimus, hoc propius ad mortem accedere, quae vitari nullo modo potest, et fratrem ipsum in aeternas, et illas quidem beatas sedes migrasse, et nunc qua per vivere magis optabat vivere, Hortor pro tua animi aequitate et fortitudine casum istum moderate ferre. Tantum enim abest ut nobis sit ingemiscendum eo nomine quod in humanis esse desierit, ut omnem dolorem et luctum plane abiiciendum censeam, ne patribus notissimae probitatis et innocentiae perennem felicitatem invidisse videamur. Quod autem in Tersius generi negotio studium accuratius adhibueris et te quoque mihi in quibus rebus prodesse queas, minime defuturum pollicearis, Agnoscimus et exosculamur ambo singularem naturae tuae benignitatem. Et pollicemur quoque quod nec nos differemus unquam, quin tuis et amicorum tuorum votis quavis occasione pro nostra virili libenter statimque satisfaciamus. Vale.

Ant. Bell. Tyberio Deciano s.

404 Consilium intelligo nunc te sequi quod videris tandem cepisse, scilicet a legibus publice profitendis ad actiones forenses totum redisse. Ego utrumque Gymnasium foro anteponendum Arbitrarer, non diffiteor te sapienter egisse, videris enim rationem inisse locupletandi filios, et absque dubio locupletabis maiorem in modum, qui primas tenes in isto forensi regno, nisi te

Fortuna, quod absit, fefellerit. Etenim si nō admittes amplius qui iura discere ex te cupiunt, nō reijcies tamen qui undecunq; urbis et orbis ad te confluunt, ut de controversijs et litibus se expediant. Et praedicabunt oēs non animi probitate et modestia minus quam eloquentia iudicio et gratia, caeteros causidicos longo abs te intervallo relinqui. Curae sit igitur ut nihil admittas quod gravet animam. Nam si ita tibi temperaveris, ut ab animi aequitate nunquam discedas pro veteri tuo instituto rem cum tuis moribus candidissimis, tum amicorū omniū expectatione dignam praestiteris, tum vero ingentem vim auri ex iusto consulendi patrocinandiq; munere, quemadmodum et quidam alij, fueris consecutus, denique transmiseris in posteros honestissimi tui nominis memoriam sempiternam. Quod superest abs te peto eas, si quas forsan me inuitum habere contigerit, et in eis iustitiam me fovere perspexeris defendendas alacriter suscipias, quod ut facias te etiam atq; etiam rogo. Nō committam profecto quin tibi patrono integritate insigni et doctrinae singularis porrigam et ipse praemiolum aliquod, si nō quantum debebo, quale saltem potero pro mea tenuitate, ne mihi queas ingratitudinis crimen aut tenacitatis aspergere. Nunc aūt superſedeo de industria litigare, nec sine aliquo detrimento rerum mearum, donec Paulus nepos meus cursum studiorum suorum expediverit, ut ipse collecta interim legali prudentia ac rerum usu meis rebus diligenter prospiciat. Germanus enim minime omniū aptus, et ego multo minus, qui senio confectus sum et aegritudine,

necnõ incepta natura Iuliũ Firmicus. Adducor aut in eã
sententiam, ut nepos postquam Patauij alterum ab hinc
triennium peregerit, gradum et insignia doctrinę suscipiet,
uxorem ducat, et his superstit causarum tuarũ defensioni:
ut saltem spectator tantisp adsit, dum simul agendi ra-
tionẽ collegerit. Quod si diuinitus illi vita contingat
quod dij faxint. Thomas Francischinus, quod ut
noscas arbitror ad te pertinere uxorem duxit filiam
Leonardi Araseri tui auunculi constitutis sibi dotis no-
mine cũ preparamentorum aureis millequadringentis
ut de domesticis meis mulieribus audio. Dos n. omnino
ampla videtur, nõ tamen incongrua, quia probitatis
& doctrinę fama in sponso, et mores puellę, q apud nos
honestissimo loco nata est, itaq3 nrã etas commendant,
q et sępe animaduertimus istam dotium amplitudinẽ
usurpauit, et quotidie maiorem usurpare nõ cessat.
Tantum autem abest quod ciues nri velint dotes con-
trahere, et se moribus priscorum temporũ accommodare,
ut etiam atq3 etiam timeam, ne dotes cum apparatibus
equent sponsorum patrimonia, vel potius longe su-
perent. Vale Vtini Idib. April. 1552.

405 Ant. Bell. Paulo nepoti S.

Nihil Paule stomachosior in te factus sum aut commotior ob
id quod mihi significaueris te, si tibi seruiendum sit pa-
triciis venetis aut aliis quibusuis principibus, abhorrere contu-
bernium Robortelli viri, solo quod. Libris incumbas, nulli
seruias donec te probaris insignem iurisconsultum effecisse

Si te Robortellus adjgeret ad illus serviendu aut sibi, nec dium
vel unum illius Contubernio mea quidem sententia fruereris;
sed quod penderem quot annis Dusatos LHD. volo ut discas,
et in palestram Legibus armatus Crebro descendas, de Iure
disputes, Cum alijs Tyberij studiosis Nic° et Petro, cum
ut alas audaciam, tum ut memoriam tueris, Ne quisqua
tibi degenerem animum, aut Inscitiam opprobret. Pende
quasi ex Caelo. In celeberrimo Gymnasio intra Tostidos
turpiter et perpetuo latuisses. De frugalitate et parsi-
monia ad te satis superq́ scripsi. Sparge puer nuces, abij-
ce aleas, chartasq́ varijs Imaginibus pictas conscinde, ale-
orumq́ lusus perniciosos fuge, et dissenteres Nicijs obstitos aut lu-
sibus deditos, Stude Inquiam stude ut altri monstreris di-
gito nostro, sicut ac Decianus, Iulius, et Cornelius, cum eximiae
Eruditionis, tum divinae cuiusq Eloquentiae Gloria,
In summa habeas quo invita est a nobis ratio ut nulli servias
preterquam libris Legalibus, et rhetoricis declamationibus; ne aliter
eveniat tibi; ac vota facimus. Vale. Venetiis alioqui patricijs
nostris dedicatissimus.

Ant. Bell. Ioanni Fontibono s.

416 Inveni hodie, dum aliud quererem, in Testamentum Antonij
Avi tui paterni, quod quamvis non haberem cognitum
in aliquo tibi prodesse posse, placuit tamen illius exem-
plum tibi prebere, cum ut perspiceres nullam a me pre-
termitti occasionem Testandi meam egregiam erga te
voluntatem, tum ut me ipsum minime omnium im-
memorem et Ingratum declararem. vale.

Ant Bell. Romulo Amaseo. S

407 Michael Zampius Canonicus Utinen, magna cum bonevo-
lentia, tum compaternitatis vinculo mihi coniunctus est,
qui tenetur nunc desyderio resignandi Canonicatum et p[rae]bend[am],
ut simul atque naturae concesserit, Petrus eius nepos ne
intactu ipsa Commodoque frui queat, Nec temere mea qui-
dem sententia facit, ut si domum suam non pot[est] meliorem
reddere, effici deteriorem non sinat. Te Ambo procurat[orem]
constituerunt, Necnon alterum quendam ut videbis, quem
utrique aiunt se plane ignotos esse. A me vero petie-
runt ut Commendarem tibi, quem tam diu novi cum
summa doctrina, tum singulari prudentia praestantiss[imum].
Liberalium Artium professorem. Nec dubitavi unquam quo-
quo benedixisset, et munus quodvis obiisses, quin magna te laus
et gratia semper prosequeretur. Res haec impetratu et factu
non difficilis esse mihi videtur, modo procurator adsit, qui non ni-
hil diligentiae adhibeat, nec pretium desit, quod deberi lege
statutum est. Hoc Resignandi modo usus est paulo ante Emiliusque
Ciginius filius, a quo procurator constitutus fuisti, nec absimili
stimulantur hodie alii resignandi desyderio tali, quam ut degentes
maneant eis involumes cum integra perceptione fructuum usque
dum vixerint. Iccirco tibi Curae sit quo animo id susce-
peris negocii, et in eo ita te gerere, et per te non per substitutum
significationem negocii [illegible] impetrandi, ut amici intelligant ad illud
rok[?] celeriterque conficiendum gratiam et autoritatem tuam magno sibi ad-
iumento fuisse. Et Romae nunquam non offenduntur sumptu, qui magnus
fieri in publicis diversoriis consuevit. Quod ut facias te etiam atque
etiam rogo. Rem et mihi gratam feceris, et Zampii non Committent
quin et tu gratos, et accepti beneficii non immemores eos
aliquando experiaris. Vale.

Ant. Bell. Iulio Sbroyavacche .S.

408 Pro Epitaphio Adriane Char^me tue Coniugis, que Brixie peryt cum assideres pretori, do tibi Epitaphium à me factum Ce-ciliç, que cum vir eius hieronymus Monsilicen. Salodianus assideret patrie presidi; fato his functa e. dispar commise-ratio contigit assessorem agenti, Ille à sua Vetula optabat opem sibi podagroso; à tua Iuuencula tu Voluptatem et liberos. Sed satis e quod Vtrique vestrum Casus fortiter fe-rendus e, Nam Vtraque famam reliquit honestissima pmu abunde magnum post fatum ineuitabile, Vale

Exanimem podagra dum me Cecilia Coniux
curat, preuenitur heu pietas moritur.
coniugio antiquo nostrum spoliauit amorem,
sed non Coniugium mutuo amore simul,
Nam si mutari potuissent fata, sub isto
e onerita non Coniuge, essem ego Sarcophago.

Ant. Bell Franc° Robortello .S.

409 Et si nõ ignorabam Studium vincentij Cyrch Gymnasiarchç
sine etiam meis litteris tibi nõ defuturu, quod satis com-
pertum haberet, quanta tu virtute prestares, Ne tn officij
Amorisque erga te mei me oblitu arbitrareris, tibi diligenter
te commendaui, necnõ pollicitus fui me daturu operam qd
de preclaris tuis erga rem pub. meritis honorificam qm se
offerret occo, mentionem facerem, Impetrasti tu tandem nõ
magno negocio, ut in Lazari Locum succederes, cu ob virtutes
tuam eximiam, tum ob aliorum tuor amicor, et mea forsan

quoq3 commendationem q ad te ornandum accesserat. Mihi nimirum licuit ita polliceri. Est n. Diodus inter Senatores qui nati sunt ad politiorem literaturam, et ad summos rei pub. honores feliciter gerendos, Et unus ex illis, quos cum honoris p̄fatione solemus nominare patres Praesides Constantes. fuisse et patronos ac protectoresq3 cordatissimos. Nam hoc ego minus dubitaui abs te impetrari posse, quo tu magis beasti Stephanum illum elegantissimo tuo Elogio, cuius exemplū abs te m' missum tradidi ipsi Diodo cū patria [illegible], ad quē laudem [illegible] tibi [illegible], patebitq3 amplius [illegible] fauentib3 superis. Et hunc beare ne aspernaberis ut omib3 pateat cum gratiss° te a[illegible] accepisse optimi Senatoris erga te studium, tum me tuam operam haud quaq temere promisisse, tum vero ut intelligas Diodum loco sui magni bnficij tui [illegible] mori officij demq3 posuisse, quod apud se nō [illegible] intermoriturū unq, q̄uis illud nō [illegible], ut unus ē om̄ suapte nā modestissimus, et ab om̄ ambitione alienissimus. Conuenit n. ut illum ornes magnopē tuo calamo, cuius studio et autoritate nō parum ornatus et auctus fuisti. Quamobrem abs te valde peto atq3 contendo Diodum [illegible] Senatorem [illegible] de nob, de patria, deq3 tota re pub. benemeritū posteritati commendes lucubrationib3 tuis, quantum maxe valet. Nam tantus e [illegible] muis omnib3 absolutus, ut cū plurimū ei tribueris dubitare possis ne [illegible], quib3 cognitus e, multo minus abs te illi tributum fuisse, q promeritus fuit, Et [illegible] me [illegible] salutis plurimū. Vale [illegible] Cal. Junij 1552.

Ant. Bell. Franc° Robortello. S.

410 Non est Robortelle quod suspiceris alienato me esse erga animo

aut quod fingas ab aliquo iniuriarum et conviciorum genere me
non abstinuisse. Amo te vehementer, amavique semper doc-
trinam et urbanitatem tuam admirabilem, ut si quis alius,
vij me ita ament, ut ego pro te omnia amoris et officij causa,
fide summa, ac diligentia, quicquid malus nescio quis ge-
nius animum tuum invasisse videtur. Tu velim mihi cre-
das hoc firmissime asseveranti, ne sim apud te in aliqua
offensa, postquam apud me patior te plane in nulla esse,
Verum ceteras obsecro, ne me cogas posthac accipere du-
rius eiusmodi tua commenta quam ferat modestia mea.
Sum ego propensus meapte ingenio ad bene semper, non male
merendum, nec ad alienos mordendum, nedum necessarios meos,
quinimo ad agendum pro eis omnia multo diligentius, quam si mihi
pro me ipso agenda forent. Sed quid ista? Tu per iocum
fortasse quem voluntas sequi Comitem. Ceterum mitto tibi
ut morem geram exemplum omnium epistolarum, quas ad me latine
scripsisti, in quibus si temporum ordinem alicubi praeposteratum
invenies, excusabit me Plinij autoritas, qui in suarum initio
fatetur historiam a se non componi. Curabis vero, ne quid ex
officina tua in vulgus manet male recoctum aut concinnatum,
et memineris quod Ignatius Compater tuus insigniter peritus,
auditurus est aliquid, si legere non poterit, quod de ipso hisce tuis
epistolis admiscueris. Senex est, sacerdos, et qui aetate nostra ex-
celluit in bonis literis, nec licet cum id genus militibus emeritisque
contendere, bona venia dictum volo. Quod scribis de nostro
Gymnasiarcha, tibi commendavi te diligenter, paratus con-
ferre in te sua omnia studia et officia, quibus et ornari et exaltari lo-
cari queas. Camillam a me salvere iubeas, mollitissi-
masque filiolas, diu salvas fore studeas. Superest

ut, quod intelligam valde optares, Epitaphiorum et Elogior[um] te participem faciam, in quae contigit ante annos quinquaginta me incidisse admodum iuvenem, dum Romae agerem ceu minister à literis R[everendissi]mi D[omi]ni Dnici Grimani Car[dina]lis Senioris, Pontifice Maximo Alexandro Sexto. Do igitur libenter qualia nactus tunc fui, et ex marmoribus et saxis antiquis excepi, Carbam .n. duce et comite, qui obambulanti meliora ostenderet & minus trita et obvia. Lege et boni consules, postq[uam] singularis benivolentia presto tibi, qualiacunq[ue] sunt. Nimium obstitit servitutis meae ratio quominus dignus eam forte plura mandare scripto vel meliora inter tot fragmentorum millia, quae in urbe passim reperiuntur, nihil .n. erat, quo me apud Cardinalem potuissem excusare, si meo officio defuissem, cum eius gratia mihi multo plus profutura videbatur, quam Epitaphiorum & Elogiorum supellex, quantacunq[ue] à me tandem congesta fuisset. Vale.

Utini III Cal. Octob. 1552.

Ant. Bell. Tyberio Deciano S. D.

411 Sparsus est Deciane apud nos de te rumor optimus, publice legendi in locum Cagnoli te nunc demum provinciam suscepisse. Id si ita est, laetor maiorem in modum, sin minus verum est, opto, et Diis vota facio perpetuo ut sit verum. Sane vivere Venetiis non potes, quin ut Advocatus male audias saepe, sicut caeteri à quibus fere omnibus fieri maius quam ab hostibus exitium miseris mortalibus consuevit. Patavii vero audire non potes quin ceu legum professor doctiss[imus] & integerrimus vivas vitam honestissimam ac beatam, nec quin Legibus institutis vivere secundum Leges sit debeant studio vere laudis. Non .n. Causidici agunt amplius in Palatiis certamen virtutis, ut es expertus, sed nequitiae, & artis, quae cum iuris equitate coniuncta non est,

et Lucrum accipiunt turpe, ac Detrimentosum conscientiæ,
ut puta quoties capiunt pro malis causis, uel pro bo-
nis, sed extra limites Legum & ordinum, si etiam ultro
oblatum sit. Necessitas autem hiusmodi Compellit, ut si Do-
mum meam radicitus euersam nolim, Paulus nepos Lega-
lium disciplinarum peritus fiat, & aduersus illos, qui me
iniquissime uexant litibus, ius meum optimum dumtaxat tue-
atur atque defendat, Minime ut in aliorum causis ad foren-
se studium se exerceat. Proinde uelis nunc pro summa
tua humanitate, tum pro mea erga te obseruantia singulari,
tuum in Contubernium nepotem suscipere. Puto n. quod accep-
turus sis contubernales, nec libenter minus, tenues, qualis meus
est, quam Locupletes. Abstemius meus est, et tui Nicolai
familiaris, assuetus domi meæ cibos, quicunque sibi appositi
fuint, boni consulere. L.ta tibi Soluam ducatos, et
Priuitellio quondam, in annos singulos. Accurret, & eliget,
uel tu ei assignabis Locum ad Cubandum & Studendum
qui tibi uidebitur, Adolescenti conuenire, quod ut facias, te
etiam atque etiam uehementer rogo. Si Merces uidebitur
modica, Quid queris mi Hiberi, Dabo et me ipsum tuæ
benignitati, si me parui non facies, qui me tamen nihilo plus ce-
seo meum esse, quam tuum. Ad has obsecro quamprimum
respondeas, & ad quam uelis diem nepos adsit. Uale,
Senis xii Cal. octob. MDLii.

EPITAPHIA. ET. ELOGIA. QVAEDAM. ROMAE. REPERTA.
A ME ANT. BELL.

NVMINI. DEOR.
AVGVSTOR.
SACRVM.
IOVI. OPT. MAX.
SALVTARI
AEDEM. VOTO
SVSCEPTO.

Athimetus Pam-
philiti caesaris
Aug. l. l. ance-
rotianus sibi et
claudiae Homo-
neae collibertae &
contubernali per-
missu patroni
in fronte longum
P. V. latum P. IV.

Collatinus Tar-
quinius dulcis-
simae coniugi et
incomparabili Lu-
cretiae pudicitiae
Decori et mulie-
rum Gloriae quae
vixit ann. xxiiii.
mens. v. D. xxi.

ΑΥΡΗΛΙΑΙ
ΤΑΤΙΑΙ
ΘΥΑΤΙΡΗΝΗ
ΙΤΗΙ
CωΦΡΟΝΕC
ΤΑΤΗΙ
ΓΥΝΑΙΚΙ
ΠΑΚΟΥΒΙΟC
ΦΡΟΝΤωΝ

Tu qui secura procedis mente parumper
s iste gradum quæso, verbaq. pauca lege.
e n ego, quæ cunctis fueram prælata puellis,
h oc Homonea brevi condita sum tumulo.
c ui formam paphie, charites præbuere decorem,
q uam Pallas cunctis artibus erudijt.
n ondum bis denos ætas mea viderat annos,
i niecere manus invida fata mihi.
n ec pro me queror, ac morte est tristior ipse
M aeror Atimeti coniugis ille mei,

Liciniæ fortunatæ filiæ
dulcissimæ Vitalis &
Licinia Atenatilla fe-
cerunt et sibi posterisq.
eor.

D. M.
Cl. Victorillæ filiæ piensissimæ
vix. an. V. d. XX. flavius
magnus et claudia victorilla
parentes fecerunt.

Larulia fortunata sibi
et libertis libertabusq.
suis posterisq. eorum
et T. Catsio Atimeto
coniugi optimo, et ejs
libertis libertabusq.
posterisq. eorum.

D. M.
Cn. Pompeio Artheme fecit
Pompeia Epicarpia Coniugi
benemerenti, et Pompeius
vitalis patri Carissimo.

Victoriæ Tittoni Alcatus
patronus benemerenti
fecit

D. M.
Pompeiæ Symberusæ Codrus
Cæsar coniugi benemerenti fecit

L · CAECILIVS · L · L · SYRVS ·
NATVS · MENSE · MAIO · HO
RA · NOCTIS · VI · DIE · MERCV ·
RII · VIX · ANN · VI · DIES ·
XXXXIII · MORTVVS · EST ·
IIII · KL · IVLIAS · HORA · X ·
ELATVS · EST · H · III · FREQVEN
TIA · MAXIMA ·

D · M ·
L · Statio nautico L · Sta
-tius Agathopus alumno
dulcissimo fecit

· D · M ·
M · Aurel Senecionis mil
Coh · v · pr · P · V · EX ·
Cocciliam qui VIX · ann
XXX · M · VI · pius titus
Commanirullus et he ·
resetus Contubernali ca
rissimo posuit

D · M ·
CN · popilio primo patri et
Popiliae felicle CN Popilius
narcissus fecit ·

D · M ·
Ariae onfalae · on · L · Arius
Farus et Ti Claudius
Asbylus Coniugi benemerenti
fecerunt libertis libertabus
posterisque · Donatio deta
partibus Dimidia · L · ma
mo fortunato M · Iunius
Theagelus fec · M · Iunio
Epicuro · VIX · ann XXI
Ex Emilia primae Contu
bern · suae posterisque suis ·

· D · M ·
C Iulio Mercurio filio dulcissimo
puero studiosissimo qui vix · ann
XV · mens · VI · dieb · XVI Iul · fu
nia mater pia l · Q acutius
Leucon puero dulci · memoriae

D M
Q · Gavius Seuerus Rutiliae · pre
mitivae coniugi suae dulcissimae cum
qua vix ann XX sine bile ·

Decimiae L · L · M · Olemlio
Liberali lepidi lib · p · c · L · felici
aug · lib · nomenclatori Philo
logus viro priori liberalis
uxori Decimae L · L · in honorem
Liberalis ·

D. M.

Scantia Venusta emit sibi et Scantio prothoconiugi suo, Et ti. Claudio regillo amico carissimo In trantibus parte dexteriore: Dimidia libertis li bertabusq; posterisq; eorum.

L. Aquilius). L. Asodesius magister Quinquennalis Collegi fabroz tign-narorum ostiensium Lustri II idem Augustalis fecit sibi Et Aquiliæ. L. F Aptae patronae, et Decimiae Sp. F. priscæ coniugi suæ, et suis libertis li bertabus, et Decimiae Sp. F. priscae posterisq; eorum in Fr. P. XXXX in Ag. P. XXXI S.

haec Aedificia propria comparata failtu dicataq; sunt monument. suo et sepulchrum est et ollaru, quæ i his edificijs insunt, et consecratæ sunt religionisq; earum causa A. C Cominio Symphoro, et libertis libertabusq; posteris eorum

D. M.

T. Fl. Aug lib. Parthenopei poppeiani Eunuchi ab ornamentis vix. ann. LXXV T. Fl. Nicephorus patrono Sanctissimo et pientissimo b. M. fecit.

L. T. vrcio Apromiano v. c. filio L. T. vrci Aproniani v. c. praefecti vrbi nepoti T. vrci II c. v. Consulis, quæstori Praetori quindecimviro acris faciundis Correctori Tusciae, & Vmbriæ cu virtute praestanti statuam ex ære ordo Spoletinoru ad memoriam perpetui nominis Conlocauit, Curantibus Flauio spe. v. P. & Cotonio Tauro fun. posteris Amanti et Albini cos.

D. M.

Marca nacarissima fecit nomo Emiliano Coniugi Karissimo cu quo vix. ann. XII. d. III. qui vix. ann. XXX m. I. VS. III benemerenti.

GENIO
EXERCITVS QVI
EXTINGVENDIS
SAEVISSIMIS LA
TROHIBVS FIDE
ET DEVOTIONE
ROMANA
EKSPECTATIONI
ET VOTIS
OMNIVM
SATISFECIT.

Carpus Aug. lib. Pallantianus
adiutor Claud. Athenodori
praef. Annonae fecit sibi et
Claudiae Calo. coniugi piis-
simae. et Ti. Claudio Quir.
Antonino filio. et Ti. Clau
dio Romano vernae et libe-
ris libertabus posterisque
eorum.

D. M.
P. Aelio Maximino Mil. co
v. pr. P. V. cx in Mon. qui
vix. ann XXXI. m. VII. mi
litauit ann XIIII omnibus
expeditionibus functo Aureli
Sextianus Comanipulus et he-
res eius contubernali rarissimo
posuit.

ΤΥΜΒΟΝ ΜΗΠΑΡΙ
ΔΗΟΠΑΡΟΔΕΙΤΑΖΗΕ
ΑΦΡΟΔΕΙΤΗΣ ΤΟΥΤΟ
ΕΜΟΙΔΙΗ ΕΙΔΤΕΤΕΚΝΩ
ΠΟΙΗ Α ΝΟΧΡΗΟΤΟΣ
ΣΥΜΒΙΟΣ ΣΕΡΜΑΤΟΡΑΣ
ΜΝΗΜΟ ΣΥΝΙ ΣΕΝΕΚΕΝ
ΧΑΙΡΕΤΕ
ΖΗΣΑΣ ΕΤΗ ΔΕ
ΖΗΣΑΝΤΙ ΕΤΗ Δ
ΗΜΕΡΑΣ,

Deo Soli Inuicto P.
Pomponius Clitus
ex voto

Imp. Caesari diui Neruae f.
Neruae Traiano Aug. Germa
nico Dacico Pontifici maxi
mo tribunic. pot. VII Imp. IIII
Cos. V. PP. tribus XXXV
quod liberalitate optimi Prin-
cipis commoda earum etiam
locorum adiectione ampliata
sint.

D. M.
Fochri dno filio Carissimo
Felix pater fecit.
Cromio Eusebio v. c. Consulari
emilie.

Sancto Inuicto Mithrae
C. Tullius Trophimus
d. d. Insul. Valerian
p. p. L. Valerio Alcibiad

Ossa
Agrippinae M. Agrippae diui
Aug. Neptis vxoris Ger-
manici Caesaris matris C.
Caesaris Aug. Germanici
principis

Ossa
Neronis Caesaris Germanici
Caesaris diui Aug. pro
n. flamin Augustales
quaestoris

Herculi Inuicto T. Flauius
Iulianus Quadratianus
v. c. P. vrb. XV vir. s. f.
F Donum dedit

Alcide sacri generis decus hoc tibi Sterti
Et Iouis antistes dedico praetonius

Deo Herculi Inuicto C. Iul. Pomponius
prudens Seuerinus v. c. praef. vrb.

Herculi Inuicto Pompeius
Appius Faustinus v. c. Pr.
vrbi. d. d. foeliciter

Te praetor Alcide sacris Inuicte peractis
nec tuis laetus dona ferens meritis,
haec tibi nostra potest tenuis proferre Camena,
team gratis dignas tu potes efficere,
Iamque libens simulacra tuis quae munere
Diuis urbanis dedicat ipse sanis! Caelo

Deo Herculi M. Numio
Ceionio Annio albino prae
tor. vrban.

D. M.
Sacrum L. Sosii Eutropi sibi et suis
cuius monument. est
L. Volusio vrbano nomenclatori
Conseruo.

Herculi Inuicto M. Cassius
Hortensius paulinus pr.
vrb. Quindecimuir sacris
faciundis Donum dedit

Herculi victori pollentipotenti inuicto d. d.
L. M. cui pius fronto viator. Q. dedic. iii
I C. Iunio paullo Cos. Numoniano

D. M.
Ti. Claud. Secundi hic
secum habet omnia,
balnea, vina venus
Corrumpunt corpora nostra
et vitam faciunt.

Securitati cognationis suæ Fortunatus Aug.
L. verna paternus ab Epistulis Accensus
patrono Diuo Aug. Vespasiano lictor curiat.
viat. honor. dec. cos. et pr. et sibi & Epa-
phrodito Aug. L. ab Epistulis Fratri suo.

D. M.
Audio
Spartiopi
frond. B. M.
P. C.

. D. M.
Vlpia Calliope Vlpius Eutychus
Coniugi benemerenti fecit et sibi
Sallustiæ Q. Sallusti Eucni et Q.
Sallusti Athenid. L. Vlia Q. L.
Chreste fecit Q. Vlio Q. L. Felici
Colliberto suo et suis.

D. M.
P. Clodius Athenio
negocians salsarius.
Q. Q. Corporis negoci
antium Malacitanor.
et Scantia Successa co-
niunx uiui fecerunt
sibi et liberis suis et
libertabus posterisque eor.
in fronte P. XIII. in agro
P. XII.

. D. M.
M. Popili Apollonis c. Luci
lius Successus amicus de suo.

D. M.
Sacrum Carr-
piæ Iulia
Pietas ma-
tri suæ fi-
dissimæ
fecit

Anicio Paulino iun. c. v. procos.
Asiæ & Hellesponti Consuli ordinario
praef. Vrbi uice sacra iudicanti
ob merita nobilitatis eloquij iustitiæ
atque Censuræ quibus priuatim ac pu-
blice clarus est petitu populi R. testi-
monio Senatus iudicio D. D. nn.
Triumphatoris Aug. Cæsarumque floren-
tium Statuam secundam auro super
fusam locari sumptu publico placuit
Classicus Papirianus P.P. Arcarius
posuit

D. M.
P. Scantio Iuli-
ano P. Scantius
Aug. pater et
Seruilia C. F.
Istas mater
filio pijssimo
fecerunt q.
vix. ann. VII
mens. X dieb.
XII hor. VI
cuius annor.
ingenium ex-
cedebat.

Hospes quod dico, paulum est, Asta, ac pellege.
Hic est sepulchrum haud pulchrum pulchræ foeminæ.
Nomen Parentes nominarunt Claudiam.
Suum maritum corde dilexit suo.
Gnatos duos creauit, horum Alterum
In terra linquit, alium sub terra Locat,
Sermone Lepido, tum autem incessu commodo,
Domum seruauit, lanam fecit, Dixi, abi.

D. M.
Coelia Dynate M. Vlpius
Aug. lib. Valens a veste
mup. priuata Coniugi Ca
riss. Sanctissimae cum qua
Vixit ann XXXVIII sine
Crimine et sibi et suis
Libertis libertabusq;
posterisq; eorum

M. Vlpio Aug. lib. pharbino
diui Traiani Aug. a potione
Item a lagund. et Triclinarch
Lectori proximo et a Coment.
beneficioru uixit an XXVIII
abscesset pr. id. Aug.
Nigro et Aproniano Cos. Re-
liquiae traiectae eius III nonas
febr. Ex permissu Collegii Pon
tific. piaculo facto Catullino
et Apro Cos. dulcissimo memoriae
eius Valens Aug. lib. pharbinianus
a veste b. m. fecit

Caius papirius C.
lib. felix foro Cor
neli miles Coh
VI Vig. an. VI
M. VIII. d. XI
heic situs est b.
M. F.

In ara Celi prope
portam Capitolii versus.

Locus sacer iussu Quinti Batoni Trosponi fecit Quintus
Batronius honestissimus patrono pio. vix. Ann LXXX
Integer integros.

In eccl. S. Mariae
in Monticellis

D. M.

Virginius filiae meae carissimae virgini animae ob
pietatem propriis manibus interemptae proh dolor
quantum fuit cariss. in ann XVI iuventutis eius M. V.
D. III.

In Arcu traiani ante Colosseum
pro Constantino Imp.

Imp. Caesari Flavio Constantino maximo pio felici
Aug. S. P. Q. R. quod instinctu divinitatis mentis ma
gnitudine cum exercitu suo tam de tyranno quam
Tyranno et de omni factione uno tempore iustis R. P.
ultus armis Arcum triumphis insignem dicavit.

In ponte Senatorio trans Tiberim

Dni nri Imperatoris Caes. Fl. Valentianus pius felix
max. victor ac triumphator semp Aug. pont. max.
Germanic. max. Alemanic. max. Franc. Max Gothic
Max. tri. pot VI. cons II. P. P. P. et

In pota S. Laurentij.

Imperator cesar diui Iulij
F. Augustus pont. Max. cos
XI. Tri. pot. XIX Imp. XIIII
riuos aquarum omnium refecit

Titus Cesar diui F. vesp. aug
pont. max. tribunitie pot.
X. Imp. XV. cons. VIII desig.
riuum aque martie vetustate
dilapsum refecit et aquam que
in usu esse desierat reduxit

L. SCENNI. ANNEI. AFRICANI.
FIL. DVLCISSIMI. QVI. VIX.
ANN. XII. MENS. VIII. D. X.
PARENTES. INFOELICISSIMI.
A MISSIONE. EIVS. PERPE-
TVIS. TENEBRIS. ET. QVOT
TIDIANA. MISERABILI. VLV
LATIONE. DAMNATI.

In porta S. Laurentij

Imperator Cesar diui Iulij filius Aug. Pontif. max. cons. XIII. Tri. pot. X Imp. VIII. Riuos aquarum cursum omn. refecit

D. M.

C. Plinij Abascanti. C. plinius phosphorus

D. M.

Rubrie Nicene A. Licinius gemellus
L. Carullius suauis rubria vene-
ria vernę suę b. m. fecerunt
vix. ann. XXV. M. VI. hec sup.
sororem suam vix. M. V.

D. M.

Sanctinia Lupula
Solutorio Marcello
coniugi et solutorię
Marcellę filię dilec
tissimę

D. M.

C. Latcani peculiaris & C. Latcani phoebi. & Geli similis
Libertis libertabusque suis posterisque eorum

Antonij Belloni Utinensis Epistolae, ex eiusdem codicibus, ubi acta publica relata sunt, qui Protocolla vulgo dicuntur, descriptae.

Antonius Bellonus Andreae Leonico. S.

Solers Tabellio debet esse negotijs aliorum semper intentus: itaque fit, ut dum sua necessario negligit tenueque nimis praemium capit nunquam ditescat; quamobrem ne assidua rerum aliorum cura nostras patiamur turpiter nobis perire, sentio ego Antonius Bellonus omnem errorem semper in arte fugiendum, omnem decorem non semper sequendum nisi forte velimus integritatem, atque solertiam simul retinere, quasi videamur spretis divitiis ad veram gloriam unica virtute contendere Vale, et audacter culpa sententiam meam si jure sentis malam esse, in tuam ibo sine controversia.

A. B. Ricardo de Fontebono ICto S.P.D.

Amicus hic noster de Sabbatinis pauperibus venit ad Te de industria intellecturus an haereditas quondam Ioannis de Lovaria Notarij virtute substitutionis, de qua in extremo eiusdem Testamento, cuius secum

habet exemplum, iure deferatur in Matrem solam superstitem Filiam ipsius Joannis, nam etsi non dubitat de bono consilio tuo, quia tamen eum erexi ad spem ipsorum bonorum, me rogavit eum tibi commendem, quod frustra fit apud Virum tam doctum, justum, et pium in pauperes. In primis igitur, ut morem geram, ita demum tibi commendo, ut quidquid in his iura decernant abs Te cito intelligat, ne lite si quam propterea temere fortassis ingrederetur, pauperior fieret, aut si ingredi vereretur haereditatem sibi forte iure delatam negligenter amitteret. Caeterum novi habeo nihil tua notitia dignum praeter rumorem nescio quemdam, Venetos scilicet Confoederationem illam dissimulasse ut Populum nutantem continerent in fide: Verum tamen est, quod Germani non solverunt obsidionem Tarvisij, quod falso ferebatur. Ego autem peste, bello, fame, quibus proh dolor! adhuc laboramus, sum ita infractus, et debilitatus ut nullam amplius arbitrer nobis felicitatem superesse. Cupio itaque non saltus, et amoena tua Tempe, sed mortem ipsam, quae me ducat ad veram felicitatem. Vale. Utini 14. Octobris 1511. Anno infelici.

A. B. Antonio

A. B. Antonio Pizamano Episcopo Feltrensi S.P.D. 3

Ut literis satisfacerem, quas abs Te hodie accepi
nactus occasionem Tabellarij ad Nicolaum Cichi-
num de Sancto Daniele statim scripsi tuoque
nomine ipsum rogavi ut ad subventionem Ni-
colai Fratris tui ex proventibus Plebis Arteneae
nonnihil pecuniae compararet, conferretque,
nec non hac Utinum illi rerum fere omnium
inopia laboranti confestim opem laturus acce-
deret, idque si faceret gratissimum tibi fore.
Nam licet a peste liber dici potest non tamen
a calamitatibus, et miserijs, quibus certe mersus
adhuc invenitur non sine magna denigratio-
ne tuae amplitudinis, et Familiae, quod bona
venia dictum sit. Et si manum ut debes
ponere procrastinaveris fames erit illi sae-
vior morbus, quum tenuis Praebenda Utinen-
sis, quam tantum habet, ad vitam anguste dico
trahendam hisce temporibus minime sufficere
possit. Vestes item, quas non nisi leves, attri-
tasque habet aegritudinem augent, auctori-
tatemque minuunt nobilissimae domus tuae.
Non convenit Dignitati non Sanguini, ut Pi-
zamanus et Frater habeatur pro derelicto, qui
si abs Te destituetur, unde quaeso poterit opem

subsidiumque sperare? Non enim sensus habet minus integros, et si haberet nunquid a Fratre destituendus est sibi simillimo? a quo si destituatur, ut animi sensus et vitam amittat necesse est. Pauper Patricius fortunam lamentabili quaerimonia increpare non cessat. Eja igitur Clementissimus Pater facito Fratrem, vel Patrimonij vel Beneficiorum participem; ut possit, quemadmodum Patricium decet, honorifice vitam agere, aut saltem ipsi uni eam eleemosinam erogato, quam secundum Canonicas sanctiones ex proventibus Ecclesiasticis pauperibus dispensare teneris, quae tertia est totius Anni, ut bene nosti: Quod si non cunctanter effeceris, semper honos nomenque tuum, laudesque manebunt. Vale et Belloni tui etiam quandocumque memento.

Utini 16. Novembris 1811.

A. B. Iacobo de Castello ICto. S. P. D.

Ascanius ille, quem nosti cladis Turrianae minister Fratrem meum Iacobum Rubeum tum minis tum convicijs incessere, necnon ad singulare certamen (iniuria quamvis) lacessere frequenter solebat, avidus pacis Frater ex composito vitabat lacessentis furorem, iterque, ut

omnis

omnis sibi decertandi necessitas tolleretur, nec ille Rubeum domi quaeritare saepiusque ad dimicationem provocare propterea desistebat. At Ascanius ipse iuvenis audax nimis quadam die Fratri, ut vidit, pallio dejecto loricatus occurrit et velut egregius Agonotheta vim ense stricto coepit inferre, et vulnus non sane parvum in brachio denique intulit. Ipse vero Jacobus educto mucrone crebros ictus repellere seque defendere coactus est, ut vitae suae quod instabat periculum, declinaret. Pugnatum fuit aliquandiu, et quidem acriter Fratre cedere nequeunte. Tandem Rubeus animo non minori quam viribus se defendens inter ictus illos reciprocos mucronis Ascanii tibiam apprehendit, quam ipse deinceps dum ob Terraemotum ex inopinato supervenientem effugere vellet, trementis domus ruinam longe majori afficit cruciatu, quo eum postea periisse creditum est. Unde cum Frater non ipsum vulneraverit ~~[illegible]~~ nisi pro tutella ~~[illegible]~~ sui corporis necessaria, omni ope, et favore merito prosequendus est. Constat enim Ascanium sibi ipsi necem emisse; idque saepe nunc professum fuisse. Debebat enim omnino majus supplicium pati pro direptis exustisque suis et aliorum Nobilium aedibus, totque primarum

clade, ad quam sub vexillo, quod manu alterum gestabat ea die funesta, quae genio, et voluptati dicata erat Rusticos iniquissime concitavit. Sed satis est Vexilliferum, qui tantam Nobilitatem spoliare ausus est, vita demum spoliatum fuisse. Quocirca te magnopere rogo Patrone mi suavissime velis Fratri meo in re, ut vides, honestissima contra nullum et si forte contra quempiam non contra Romulum Urbis conditorem sed contra Ascanium destructorem apud Ioannem Paschum Fradenicum Militiae Praesidem ita favere ut ab eo Magnifico Viro Fidem obtineat annorum unius et centum quemadmodum fieri consuevit, quam ipse Frater curabit subinde a Serenissimo Nostro Dominio confirmari. Hac enim via nullam faciliorem, tutiorem ut judico multis praesertim ex illis, quae interfuerunt peste sublatis. Quod si, ut spero, effeceris, non solum debitam habebis mercedem, verum etiam alterum in Foro scribam, alterum Gladiatorem doctissimum in media Arena. Vale.

Utini 18. Novembris. 1511.

A. B. Jacobo de Castello I.C.to S. P. D.

Ut Frater meus Rubeus tuto nobiscum commorari amplius possit rogavi te per literas pro Fide publica, quam Salvum conductum vocant ductu precibusque

tuis

tuis quaerendae obtinendaque. Quia vero Frater
ipse posquam litteras tibi traddidis Dignitatem re-
am invenire non potuit, quid egeris in eo nego-
tio nobis non constat. Vitellio autem Ursino il-
lustri copiarum Duci ad preces cuiusdam jamdiu
sub eo merentis minime licuit per tantas belli
ut reor occupationes intercedere pro Fratre, qua
ratione suspicamur pariter tibi nondum licuisse.
Quum praecipue Ioannes Paulus Gradenicus Ex-
ercitus Imperator praestantissimus te diligat ha-
beatque in quacumque expeditione gratissimum
Consultorem.; unde quoniam tantum ex crebra
Ascanij provocatione, quantum ex necessitate di-
micaverit ab eo Gradenico exercitus Imperatore,
quem sibi Victoriae speramus nobis vero omnibus
fore saluti. Nam satellitem tuum futurum
in Patria conservabis, qui justae animadversioni
obnoxius esse nec potest, nec debet. Vale.
Utini 25. Novembris 1511.

A. B. Hieronymo Savorgnano S. P. D.

Ex multis intellexi et plerumque praesertim ex Francisco
Columbaro concive nostro ardenti curae tibi esse, ut ad
Scribatum Civitatis huius Utinensis provehar in lo-
cum Ioannis Monticulani, quem ajunt ad hostes
ab Officio penitus discessisse. Ego vero qui tuum

in me amorem longe pluris semper facere soleo, quam Scribatum, et aliud quantumcumque munus, ago tibi gratias innumeras de ea cura quam pro me amando suscipere sponte dignatus es, profiteorque me tanto magis tibi debere quanto minus dignum me agnosco tam excellenti munere. Laetor deinde plurimum Fide Magnanimitate tua: Non solum enim ad Germanos, qui Marano excepto dumtaxat Patriam universam occupabant non defecisti magnis eorum spretis conditionibus, verum etiam Venzonum, et Clausa Oppida quae ab illis diligentissime custodiebantur redempta jam esse ferunt opera studio principalique tua Auctoritate. Unde Populus hic Utinensis ingentem merito concepit laetitiam, Venetam rem scilicet meliorem abs Te factam fuisse... Scias postremo dubitationem nescio an solicitudinem huic Populo gravem exortam esse propter negatum hactenus a Propraetore Consilium toties flagitatum identidemque propter vetitam Oratorum electionem, quos mittere volebant salutatu, ut par est, Patres illos sapientissimos impetratuque ab eis jurium huius Civitatis Confirmationem. Quapropter Tu, qui pro instituto Progenitorum tuorum commodum honoremque tuae Civitatis aeque gratum habes et quum opus est defendis ac proprium

velis

velis curare Consilium propterea congregari cum primum licuerit tibi per occupationes belli ne fortassis ignavo quorumdam timore vel negligentia Civitati sua vetera tollantur jura, vel minuantur. Dubitatio autem hujusmodi nequaquam mentem meam subit quum haec Civitas, ut novit Clementissimus ille Senatus nuda Dimocratia carens hoc est regimine publico, nec non tum ob nefandas caedes Nobilium atque rapinas tum ob saevissimam pestem fere desolata, Barbaris extremae desolationi minaciter et fortiter imminentibus obedientiam promittere coacta fuerit, quam tamen haud ita multo post seu Senatui Veneto sponte unicoque consensu restituit. Scribatus vero officium. si ab eo consilio mihi licet indigno legitime perpetuoque demandatum fuerit, non recusabo te promotore praesertim et Auspice sub cuius tutela spero Fidem, diligentiamque meam quanimmo probari debere, Civitatisque nostrae statum fore beatiorem. Vale. Utini 24. Novembris. 1511.

A. B. Hieronymo Savorgnano. S.P.D.

Quam necessaria sit huic mistrae Civitati legatio ad inclitum nostrum Senatum Venetum pro

impetranda jurium ejus confirmatione, vel ex hoc maxime percipi potest quod Joannes Paulus Gradenicus Exercitus Imperator acromos, non tamen micropsycos Petrum Barronem Concivem jam creavit Praefectum Custodiae ad Portam Suburbij Aquilejae, et ad Propraetorem hic agentem Deputatosque scripsit, ut in libro eum annotari facerent. Ut autem ipsi Imperatori rem, ut semper cupiunt, gratam facerent, creatum comprobarunt, et in libro annotari jusserunt citra derogationem jurium Civitatis (Consilium enim, ut scis, habuit hactenus jus creandi) quocum dixerunt se sperare Confirmationem. Reservatio autem huiusmodi seu protestatio parum prodesse mihi videtur ad jugum repellendum nisi debita jurium succedat confirmatio summa Senatus Clementia. Absit vero ut ab illius mente recedam, malo enim semper mortem, vel ut Petri invideam utilitati, quem ita amo propter singularem ejus Prudentiam et probitatem, ut eum qui tali custodiae praesit merito sentiam ex omnibus deligendum. Dato igitur operam omni nixu et sumptu, ac ea, quae Tibi videbitur celeritate, ut electio destinatioque

necessaria

necessaria Legatorum plusquam sit opus non pro-
trahatur. Quod si non neglexeris Civitas haec tua
non minus in suis antiquis solitisque iuribus ma-
nebit, ut speramus Patrum benignitate, quam man-
sit in Fide, a qua nunquam ab obedientia uem
nonnisi coacta defecit: Rediit tamen sponte utraque
viterque: Vale. 29. Novembris 1511

A. B. Antonio Pizamano Episcopo Feltrensi S. P. D.

Nicolaus Cichinus adiumenti nihil hactenus Fratri
tuo praestitit, quem ut Tibi morem gererem ipsi vero
prodessem per litteras meas rogaveram ut ex pro-
ventibus Plebis Arthendae in ejus subsidium ali-
quid pecuniarum conferret. Aegre autem men-
dicatisque, ut ajunt, suffragijs tantus Patricius
in hunc usque diem in vita retentus est: Nam
pestis qua hic Utini ad quatuor hominum mil-
lia periere tantum terrorem injicere solet ut non
solum non audeamus domi sanguinis vinculo no-
bis conjunctos invisere, qui jam ab ea facti sunt li-
beri, sed etiam vicum et ipsam Civitatem quam
incolunt tamquam contagiosam aut suspectam ad-
huc longe fugiamus. Hinc suspicor Cichinum
ipsum ad Fratrem tuum, quem jam pestis deseruit
sese conferre noluisse. A multis enim mensibus
ex Sancto Daniele, in quo morbo laboratum non est

apud nos apparuit nemo. Habes vero Michaëlem Merlatum, qui meas has ad te deferendas suscepit cui ad Fratrem tuum libere dare poteris quaecumque volueris. Profecto ex Canonicatu solo Utinensi proventus ad victum satis non est, hoc potissimum anno, quo propter Terraemotus, caedes rapinas, sterilitates, incendia, mutationes, et bella dubitavimus ipsum Terrarum Orbem dissolvi debere, nedum annonae caritatem invalescere. Si pietas in Te est, et Religio, quam scio maximam, adesto Fratri, qui nudus et paupertate pressus abs Te non aliam pecuniam quaeritat, nisi quam in vestes propriumque sui victum omnino convertere sibi necesse est. De Fratre autem meo Iacobo Rubeo actum nihil est hactenus propter tot rerum perturbationes: Non incongruum duco, ut Andreae Trivisano Equiti clarissimo Praetori ad hanc Patriam designato eum valde commendes causamque facias meliorem si tuae dignationi visum fuerit opportunum esse. Reliquum est ut octennem Germanum Filium meum ab id enim ei nomen a die natali suo fuit impositum mirum in modum tibi comendem dedamque. Nam si multa non potes ex Episcopatu Feltrinate quo decoratus es propter incommoda, quae illi multipliciter ab Alemanis illata

illatae fuere potes tamen semper plurimum veluti Bizamanus Antonius, qui praestantia virtutum tuarum Ecclesiasticis secularibusque Principibus carissimus es. Spero autem, quod non solum aliunde tui gratia aliquid beneficij consequi potero, sed ex te propriaque tua auctoritate quam fore maximam non minus libenter opto quam Filioli beneficium vel ipsam vitam. Vale.

Utini ultima Novembris. 1511.

A. B. Hieronymo Savorgnano. S. P. D.

Gubernatores, quos Deputatos vocant, cum hujus Civitatis saluti tum exercitui consuluissent Corbellum, et Petrum Archolonianum Venetias destinaverunt, ut precibus exorent a Senatu illo semper clementissimo frumentarium subsidium ad duo millia saltem sextariorum indatam solutionem promittentibus nobis subministrari. Adjecerunt nuper eorum mandato, ut curent in primis hanc Civitatem penitus vindicari ab illorum militum injuria, qui nimis lascivientes post intermissam obsidionem Gradiscae nobis direptionem comminari saepius ausi sunt, quod ad eos commeatum copiose non amplius adducamus. Sane dira fames vigere, mordereque coepit viscera tuorum Civium non minus quam minacis exercitus. Et

nos in calamitates, illi in scelera magis, atque magis in dies prolabuntur. Moris non est Senatus beneficentissimi, ut haec Civitas fame deficiat, vel sit in praeda militum; quando quod potuit dedit, plus dare non potuit. Extant litterae Ducales ad Propraetorem, et Provisorem; quae ab admissione militum in civitatem nos liberant, quapropter in eis de consilio, quod a nobis pariter petitum fuit nulla fit mentio. Tibi igitur, qui Bellonam sequeris non ut militum scelera, sed ut miseram hanc Civitatem tuam defendas et tuearis pro pietate et justitia curae sit ne militum lascivia opprimamur, quamdiu enim aberunt ab hac Civitate tuti erimus. Nam subsidium, quod expectamus nobis celerius non suppeditabitur, quam ad militiam transmiserimus. Designati autem Praetoris adventus serior erit quam putabamus. Alemani constantes nimis sunt in Gradischa nobis non restituenda, et fortasse potius faciles nimis fuerunt nostri in ea illis tradenda. Immortalis Deus pacem nobis conjungat, quae non potest omnibus non valde prodesse. Vale. Utini, 3, Januarij 1512.

A. B. Hieronymo Savorgnano S. P. D.

9 Jacobo Rubeo Fratri meo heri litteras ad Te dedi, quas quoniam

quoniam se jam accinxerat itineri cum nonnul-
lis comitibus. Equidem vix potui revidere. Si-
quid Eruditissime Vir eis inest errati, quod facile
potest inesse, correxeris cum primum mentem me-
am spectaveris, quae nunquam a veritate nun-
quam a tui veneratione vult vel debet abesse. Nam
cum homines simus eheu faciles ad errandum!
Amplecti semper cupio mentem meam in omni-
bus etiam, quae in se tempus habent sive scrip-
sero, dixero, egerove quicquam. De ipso Fratre
meo nullam quidem in eis habui mentionem, quem
cum ad Te venientem in primis commendare de-
buissem si modo per temporis angustias licuisset.
Verum Tu commendare hominem, testarique in-
nocentiam ejus, quae tua est humanitas, et gloria
oblitus non fuisti. Innocentiam appello quoniam
non potuit evitare, quin demum ipse pro neces-
saria sui tutela noceret Ascanio toties temere pro-
vocanti. Casum commemorare vel tibi commen-
dare supervacaneum duco. Te enim existimo nul-
lum officij genus praeterminurum, quo illi queas
vehementer opitulari quem omni absolutione di-
gnissimum nemo est qui nesciat. Nihil magis
desiderat quam Fidem quam salvum conductum
vocant in ea forma quam tibi ostendet, ut omnem

contentionem ac impensam vitet, sine qua, et ma-
gni quidem Praetoris judicium videtur subire non
posse. Ut autem Frater innocens voti compos eva-
dat rogo, velis implere cumulum tuae commen-
dationis et Testimonij: Nam te mirum in modum
opitulatum ei fuisse spero non poenitebit. Enim-
vero gratias ego Tibi non agam pro tanto merito
plus enim meum quam tuum nec fateor, nec
agnosco: Ipse autem Frater pro gratia quam refer-
re aliter non potest jam tibi se sponte dedicavit.
Clientem atque mancipium deditissimum. Vale.
Utini, 4, Januarij 1512.

A. B Hieronymo Savorgnano S. P. D.

10 Ubi in Urbem reversus fui statim Septemviris tuo no-
mine dixi monerent Edicto publico unumquemque,
ut penes Notarios, e quibus unum me obtuli, scrip-
tis mandaret sigillatim quicquid, et a quibus
Stipendiarijs et quo Ductore more ante e domo
sibi raptum fuisset, ipsum Exercitus Imperatorem
aequissimum totis viribus coacturum sontes reper-
tos ad omnia rapta restituendum. Fuit hoc eis
jucundissimum audire. Verum quia intenti erant
injuriae propulsandae a Civitate quam nuncia-
tum fuerat a quibusdam militibus parari male-
volorum Municipum instigatione proclamatum

Edictum

Edictum non fuit: Maluerunt enim ab humeris nostris ante omnia depellere milites, quam conari per Edictum in officio continere, quos certissimum est nulla ratione, nullaque pietate moveri. Habendi profecto sunt hujusmodi non pro Amicis, et Defensoribus sed pro Inimicis, et destructoribus qui quo ad rapinas et iniurias hostes publicos superant. Veniet olim pax nuda ferens olivam, quae non tractabit de aequitia militari sed de nostra felicitate: At non ante, vereor, quam nos omnes inveniat nudos. Pulchrum erat videre Bertollam magna stipatum caterva Burgensium armatorum milites quosdam offendebat ab Urbe pellentem. Habet ingenium sane facundum, et promptum ad labores quoscumque pro Republica sustinendos, tametsi quibusdam videatur varium atque perplexum. Studesso Edictum proclamari. Secretario autem isti rogo me valde commendes, et expeditionem Fratris de meliori nota. Magna fuit ejus humanitas: me enim de labore voluit relevare, qui propensus eram ad ipsum relevandum. Magna laus quod ipse unus in scriptione assiduus tot negotia in horas ingruentia sine coadiutore peregerit: Pariter et Cancellario me commendabis: cujus munus arbitror

diversum. Nihil plus equidem opto, quam ut
uterque meum officium experiatur ac men=
tem cognoscat. Has ad Te do alio charac=
teris genere concinnatas, ut eo utar, quum
ad Te scribam deinceps quod intellexero ma=
gis Tibi placere: Velim autem non requiras
qua scribam manus celeritate sed qua ani=
mi promptitudine; et ut hoc scias Tibi utra=
que manu utroque pede cupio satisfacere.

Utini. 7. Januarij. 1512.

A. B. Utinensis Tabellio Consiliarijs. S. D.

" Coepi jampridem concurrere cum nonnullis, et
quidem praestantissimis Notarijs ad Scriba=
tum Civitatis hujus Utinensis, quem medio=
criter appetebam, ut pro virili mea Civitati
prodessem. Nam cum Septemviri summa=
tes optimique Cives lotis manibus sincera
vota fovulis inferant ad munus ipsum ex
universa Patria Tabelliones doctissimi om=
nique honore dignissimi tamquam ad Bra=
vium, quod pulcherrimum virtutis est
praemium certatum concurrunt. Institu=
tum enim hoc fuit Andreae Trivisani Equi=
tis clarissimi Praetorisque nostri sapientis=
simi Viri ne precibus vel blanditijs daren=

tur

tur suffragia sed meritis dumtaxat, et Vir=
tuti cujus consideratione proxime deligen=
dus est is qui videatur tantae dignitati
convenire. Unde Praetoris magnificentiam
et Ingenium, qui saluberimo suffragiorum
ordine Civitati jam diu oppressae restituit
salutem ac quietem nemo est qui summo
pere laudare non distringatur satis nun=
quam queat. Ego autem quoque virtutis e=
genus, et meritorum si consequar illud offici=
um, quod profecto non possum (ingenue fa=
teor) magnis meritis vel virtute nisi velitis
exiguam virtutem exiguumque meritum, quod
potestis, ut ad majus accendar in honorem
extollere me in primis polliceor omissurum
scriptionem in Forensibus causis quae coram
Praetore, coramque Capitaneo, et Iudicibus
Astantibus agitantur, ut eo fungi possim om=
ni cura, diligentia, puro animo puris mani=
bus, quasi cum toto lucro, quod inde mihi
contingere solet utilitas ex ipso scribatu pro=
veniens compensetur. Illos vero qui pariter
ad hanc dignitatem contendunt, profiteor, et
agnosco singulari doctrina, fide probitate prae=
ditos esse, ut etiam si non eligantur passim

electissimi habeantur, atque dignissimi quavis maxima dignitate. Quod si quispiam ex eis hanc attigerit, ad quam praesens contentio est non modo animum meum ad invidiam ullam non concitabo, sed perinde ac si ipse fuissem consequutus certe laetabor plurimum censebo que statim eum non plus honoris capturum ex dignitate quam dignitatem ipsam ex ejus industria. Valete.

A. B. Michaëli Trivisano S. D.

12 Summa virtus tua et humanitas quibus te praeditum intellexi me excitant has ad Te dare. Quamvis enim doctus ego non sim Virtutis tamen amore semper flagravi, et doctos Viros litteris adire vel humanos ad mei favorem quandoquidem hortari, et sollicitare numquam erubui. Potest namque contingere, ut alter mihi qualis es tu doctissimus sane, et humanissimus vir munus assequatur virtute auctoritateque sua, quod ipse non possum tametsi quid homo sine Virtute potest adipisci? Est ad scribatum Civitatis huius Utinensis quorumdam praestantium Notariorum concursus, ij magnis Viris intercedentibus se se Praetoris animo insinuarunt, cuius favore

sperant

sperant sibi victoriam longè faciliorem. Porro tantum tribuunt, ut debent, Praetori tam vete=res quam novi Septemviri, ut munus ipsum nonnisi illi velle conferre videantur, quem Praetor ipse optimus judicaverit meliorem. Nec mirum, eo enim natus ingenio est, ea prudentia praeditus, ut bonos cognoscat, amet foveat, semper tamen praeferat meliores. Hunc tu profecto ex omni parte consumatissi=mum Virum Patruum tuum ad summam Gloriam imitandum Tibi proposuisti, qui non minus virtutem tuam diligit quam probat hu=manitatem. Quo fit ut dum pergis ejus vestigia consectari vulgo censearis eisdem Magistrati=bus, haud longum post tempus fungi debere, quibus eum summa cum laude, et gloria functum accepimus, et videmus eum admira=tione continuo fungi. Tanta enim fulget Ius=titia, animique magnitudine, ut magnam no=bis expectationem attulerit majus de se certe desiderium relicturus. Te autem si precibus tuis et intercessione me non indignum existi=maveris, fautorem, et suffragatorem apud eum experiar. Nam si contigerit Scribatum ipsum mihi conferri, quod facile potest Te rogante

contingere polliceor me summa ope nixurum. ne colatus mihi malo consilio videatur. Fateor vero quod tantum ipsi Praetori praestare non potero quantum contulerit. Nactus tamen tunc otium ne ingratitudinis vitio dicar obnoxius scribam libenter quantum nobis Civitati et universae Patriae praestiterit, cujus liberator ipse simul et Pater statum nobis omnibus beatiorem restituit, veruntamen bonis omnia sunt speranda. Verum ne quid mihi adijciam, alijs parcam profiteor, quod caeteri omnes competitores me antecedunt Virtute et delectum ex omnibus meliorem semper laudabor. Vale.

A. B. Angelo Gabrieli. S.D.

17 Carmen Augusti Hieronymiani, quod vidisti, et valde probasti volui tibi describere sed cursim. non ut accedam laudator Vatis elegantissimi sum enim trivialis Tabelliunculus, sed ut laudatores inveniat doctissimos Viros, quicumque legerint. Nam si bene sentis, male enim sentire non potes, tot invenies laudatores quot doctissimos, quia tu vere doctissimus ita sentis. Dignus est igitur Vates vel Mecenate, vel aliquo insigni ludo cui aeque praesit, ac prosit

unde

unde praemium, et famam quo modo sibi, et Patriae consequatur, quapropter scriptis illius aeternitas omnino proposita sit. Excolit diu noctuque studia non minus Attica quam Romana; sub hoc tamen uno caelo minus celebri fama nunc illi contractior. Nulla Vatis est arrogantia sed potius verecundia: Effringet hanc Vir modestissimus, et regiones invisit celeberrimas etiam disjunctissimas quum primum ei Mecenatem aut quempiam ludum invenerit, paxque iter tutum recluserit. Sic enim ductu auspicioque Clarissimi, et eruditissimi Viri continget major, celebriorque Gloria illi vel Patriae nunquam fluitura. Vale.

A. B. Balthassari Scipioni S. D.

Miraris nec parum, ut ex Berolla intellexi doctissimo Iureconsulto, tuique studiosissimo quod partem pecuniae, quam ad me miseras acceperim partim vero ad Te remiserim quum tota mihi deberetur, et multo major fortassis pro mercede Privilegij quo Iulium ex te natum fecisti legitimum, et Testamenti quo Heredem. Ego autem non miror solum, verum etiam obstupeo quod praemium illud à me ultro contractum velle adhuc augere videaris. Tanta

tibi est comitas, munificentia, et animi magni tudo. Porro spe sola mercedis operam meam locasse tibi visus fuissem in annotatione, publicationeque Privilegij Tuique Testamenti, si nullam ad Te pecuniam remisissem, si totam sicuti mihi erat in animo suspicio facile Te invadere potuisset pecuniam ipsam veluti modicam a me rejici nullam ad praemium integrum affectam. Quum autem studio amicitiae magis quam pecuniae laboraverim jure tenui quoddam medium quo pecunia ipsa dici non possit plus mea quam tua, sed apud utrumque nostri reperiretur tamquam meae erga te servitutis et benevolentiae Testimonium. Sed adde nos omnes Julienses tibi debere plurimum, quippe quod tua cura, vigilantia fortitudine redempti fuimus e Barbarorum manu, et haud ita multo post in pristinum locum apud Venetos restituti: Cum vero amorem quo Patriam hanc prosequeris Filium tuum servaturum non dubitamus, quia Facie, Animo, Probitate ita refert Patrem Balthassarem Scipionem fortissimum Ducem, hujusque Patriae liberatorem, et Defensorem, ut Julius alios libentius defendere tuerique nolit, nec posse

videatur

videatur, quam Iulienses suos imitatione Paren=
tis, nominis similitudine. Quamobrem utri=
que polliceor ut debeo meam operam quantula=
cumque est ea tamen conditione, ut me ami=
cum uterque potius habeat quam mercenarium,
quibus unus idemque animus inest invictus ab
omni cupiditate. Amicitia enim, cujus studio
publicavi privilegium et Testamentum favores re=
pendere potest interdum quales ex auro sumere
nequeam, omnem propterea tibi admirationem adi=
mere. Vale

A. B. Ricardo de Fontebono S. D.

Scribis me tibi subtristem videri studes dolorem
tollere, quicumque animum meum invasit, con=
sulis denique sorte mea contentus sim. Habeo.
Vir consultissime jamdiu compertam exploratam=
que tuam in me benevolentiam. Verum es Tu
mei causa doloris, si quia est, quia Animus ipse,
dum nihil mandas in vota tua, ut debet esse,
proclivissimus sibi ipsi non satisfacit. Consiliis
cum tuis tantam habeo fidem, ut priusquam prae=
stiteris equidem ea sectari semper decreverim:
Prodeunt namque de Fonte bono, quo meliorem
Patria nostra, communi sententia loquor, vel aetas
ipsa non habet. Accedit quod Pauper ego Paren=

rum fortunis iniquè licet orbatus laetari vix pos=
sum in Foro tandiu litibus orbo, quod ~~quum~~ quo=
que plenum est audacer quidam Notarij catel=
latim ingruentes plenis manibus omnia rapiunt
ut mihi vix quidpiam praeter nudum quoddam
scribendi desiderium relinquatur. Accedit item
quod orti proxime Tabelliones dum in ipso tyro=
cinio calescunt, Veteres quasi refrixerint, ab ho=
~~nore~~ et utilitate repelluntur. Aliqui enim scripta
debent aeque valere aequius aequiora: At no=
vitas, ut est cernere, vel Amicitia quo ad lucrum
captandum praepollet viribus. Quum vero bene
ferant Tyrones tot controversiarum pondus per=
plexarum praesertim vos Iureconsulti videratis
A me, fateor ingenuae vires abest et gratia,
non tamen ut illis invideam, qui segnius aut
obliquius percipientes, vel dictamen habentes
procellosius tempestates mortalibus faciunt quan=
doque naufragium. Errare possum et ipse, mor=
talis sum, et equidem sine legibus, sed minus
errant, qui legibus tantum quam qui non, et
legibus carent, nunquam certe tamen, ut alicui
prodesse velim aut obesse. Suspicor ego exerci=
tatis pauciora ideo tradi scribenda quod favo=
rem vetustas imminuit Tyrunculis novitas addit

Amicitia

Amicitia nonnunquam minus exercitatis, nisi dicamus bonos tot alijs ad Iudicis pedes conglobatis vix supereminere. Nolunt namque rogare qui sunt rogandi, vel ruere praecipites (neque decet) in ipsum Iudicem vel Causidicos ut causas rapiant. Alimur enim discordijs. His enim laeditur illis Tabellionatus dignitas honoratur. Causidicis non semper negatur Scribas deligendi potestas, aut subtrahitur opportunitas, quando nonnulli; de malignis loquor recentioribus, qui non adduxvant ad novas causas accitis reijciunt meliores dudum proprijs vestigijs observantes non solum, ut erubescant rejecti, verum etiam ut in Iudicio propemodum ridiculi fiant. Notarios paulatim deducendos crediderim, qui per gradus in campum controversiarum, atque negotiorum nedum omnia complecti conantur, offendant Artifices vel gravius, ut quandoque fit litigantes contrahentesque. Quamobrem animus mihi non laetus, quia praecipio nihil, non tristis, quia sorte mea contentus sum, stupens est fortunae solertiam subjacere Studebo autem quantum potero, ut olim tibi persolvam; et si verum sum inops; quia patrimonium, et lucrum ex arte desit, inero saltem non sum, et inglorius Nam ut vivam bene pecuniae (ne

mentiar) cupidus sum, ut dixi cupidior gloriae. Virtus enim perinde gloriam donat, ac novitas vel Amicitia pecuniam, quae tamen rectius debetur virtuti. Vale.

A. B. Iacobo Azoni . S.

16 Quanto me prosequaris amore significavit mihi puer meus, cui abs Te schedulam heri sub vesperum obsignatam recipienti ultro dixisti, quod optas voti me compotem fore animo non sane magis laeto me Civitatis huius scribam cerneres, quam Te Clarissimi nostri Praesidis intueor et observo. Utinam possem laetissimo pacis majorisque lu=cri tempore ut et dignitate, et lucro simul Tu fortunatissimus diceretis. Equidem plus pacem cupio quam Scribatum, et plures jure cupiunt. Caeterum suffragia Civium (vereor) votis nos=tris non respondebunt, nec erit mirandum. Com=petitores egregie sunt egregii natura arte ex=ercitatione, et ut scias qui maxime valent, eos maxime niti pares quo modo habent virtutibus amicitias, auramque popularem. Ego vero qua=si novus, ut quidam obiiciunt, et minus forte dignus et idoneus ita demum ambivi, ut a proprio animi judicio quempiam quaerere non tentaverim. Honor enim est, sed velut fumus

videtur

videtur, quem neque nimis cupere neque omnino contemnere debeamus. Accedit ex eo cura major et scribis quaedam conditio apud Septemviratum agentes; nec scripta mea praemijs aut laudibus magis propterea colerentur. Et quum in privatis negocijs retinui diligentiam in publicis oporteret me nequaquam relinquere, quin etiam curam suscipere graviorem. Loquor ita (ne quid mihi arrogem) ut minime negem alterius cura studioque Civitatem forsitan posse operosius exornari. Ego enim satis me vicisse putavero si Civitas ipsa sibi satisfecerit, de ejus commodo tantum certe cogito quantum de mea victoria. Sane me denique favorem habuisse, si Viri, qualis es Tu, praestantissimi faverint. Vale et Praesidi me quantum vales commenda. Iterum Vale.

A. B. Jacobo Florio

Animus meus est anceps an in Scribatus ambitu pergere debeam: Athleta namque novus ducitur in arenam ab illo, apud quem arbitrabar me omnino favorabilem fore. Melsum enim Rodulphum hoc mane sensi munus ipsum ambientem pro Hieronymo, ni fallor, Honesto, dum Praetorem domum versus officij gratia prosequeremur. Hec mihi placebat, ingenue fateor, Iurisconsultum, qui Scribae

Collegij sui favere deberet palam adversantem audire. Rogo mi Patrone consulas, nunquid mihi pergendum sit. Vereor enim, ne qui sunt erunt que Septemviri, precibus amicorum devicti suffragia in quempiam constanter defflectant, tametsi optime ipsi teneantur et libere possint meliorem deligere, quum nemo sit amplius, qui eorum cogat ivi in sui nutum. Si jam spem putas aliquam subesse Victoriae, fac, ut in Teste major sit auctoritas, me commendes ubicumque opus est de meliori nota tuam enim commendationem, spero, non fallam. Scis Collegij vestri Scribatum a me libenter susceptum fuisse ad occasionem hujus majoris. Si assequar, quod Te ductore facile possum relinquam scriptionem forensium causarum, ut exactam in officio curam, et diligentiam praestem, nec non Domino dante conscribam gesta in hac Patria non vulgari stylo, ut Amaseo nostro Oratori Clarissimo morem geram. Ita tamen ut ipse corrigenda suscipiat. Vale.

A. B. Hieronymo Savorgnano S. P. D.

Si Militem creari Te, quod suadeo, pati vis, habes Diploma, in quo Gerrae non continentur sed brevis et vera commemoratio tuorum ingentium meritorum. Curabis tu pro dignitate transcribendum

in membrana

in membrana cultioribus literis, auroque purissimo subsignari. Nos enim consalutare Te cupimus Militem ut solemus Custodem decusque Patriae Vale.

Incorruptae Fidei singularique bellicae virtuti quam nostris omnibus in rebus pro instituto Progenitorum semper excoluisti vehementer accendimur aliquem splendorem accomodatum adijcere. Aequum enim et justum est ut fidelibus et benemeritis Viris honos suus exhibeatur. Compertumque nobis ac exploratum, quos pro meritis ornaverimus illos in nostrae Reipublicae commoda promptiores, constantioresque reddi, quod in Nobili antiquaque Familia tua postea quam inire coepit nobiscum amicitiam summopere delectavit nos saepius observasse. Federicum namque Savorgnanum Proavum tuum Amicum fidelem et intimum quidem habuimus, nec abs re. Quippe qui Forojuliensem Patriam nobis non retinuit solum, verum etiam ad sanctam bene fideliterque vivendi rationem traduxit. Unde nos ipsum posterosque faustis auspicijs in Patricium Ordinem nostrum retulimus, ut pari Ordine parique jure quo caeteri nostri Cives et Patricij fruerentur dictis alijs donis et praeeminentijs ultro collatis quemadmodum constat planius nostris Du-

calibus desuper conditis Documentis. Fidem autem tam sincere, tamque ardenter complexus fuit, ut necari tandem se pati maluerit, quam ab illa vera Amicitia nostra discedere. Hanc. Tristamus ejus Filius Paganusque subinde tuus Pater studiosissime colentes ingenita Fide, benignitate, prudentia, Fortitudine, sineque ulla prorsus nostri Senatus impensa Patriam ipsam in Officio, et Fide confirmaverunt, et ne nostrum Patriae justum Imperium occupari contingeret quoties opus fuit tamquam Cives Filijque nostrae Reipublicae amantissimi aeque fortiter ac decore se se Hostibus objicere non dubitarunt, nihil omnino praetermittentes, quod ad optimorum Civium optimorumque Filiorum officium pertineret. His vero Tu disciplinis exemplisque domesticis institutus, nec ideo tamen diverso natus ingenio in veteris Fidei, virtutisque cultu magnisque rebus prospere gestis nequaquam aberras, ut probe noscamus ex virorum Fidelium intimorum Magnificorum radicibus te Fidelem intimum Magnificum prodijsse. Haeret sane praecordijs nostris quanta humanitate, munificentia, prudentia, animi magnitudine, quanta denique hominum erga Te benevolentia pro nostra intentione Patriam.

conservaveris

conservaveris. Quot sumptus in exploratoribus praesertim pro rerum atque temporum exigentia feceris, ut per eos praemonitus quae apud hostes gererentur, vel tractarentur certius rerum nostrarum indemnitati consuleres. Quanto animi vigore cum Germanis erumpentibus, et Cadubrium, ac in Carneam usque progressis Iuvenis admodum feliciter decertaveris. Quoties a Patria hostiles impetus incursionesque prohibueris. Quot quantosque labores atque pericula in nostra illa Legatione perpessus fueris, quam in Helvetiae regionem hinc disiunctissimam tam libenter obijsti, quod manus executus fuisti celeriter. Quanto consilio praestantiaque Germanos annis superioribus in. Nos rursus moventes in Cadubrinis montibus circumvenenis quorum ulli nec effugium datum est nec vita relicta. Quam brevi temporis intervallo Castrum novum Oppidum Patriae munitissimum expugnaveris. Quanto studio solertia virtute Cormoni, Goritiae, Tergesti, aliorumque multorum Oppidorum expugnationes adiuveris, ad quas ne ullam sineres hostibus occasionem tuam ammitteres armatus advolare potius quam accedere videbaris. Quanto detrimento

premii affectus fuisti pro loci illius nostri sus-
tentatione, ubi tamen ante capi non potuisti
quam igne ab hostibus undecumque superinjecto
totus fere consumptus fuisset ampliusque pugnan-
di vel resistendi locus tibi nullus penitus su-
peresset, unde merito Te Collateralem nostrum
Generalem quondam creavimus. Tu vero ea
munere non ~~[illegible]~~ suscepto quo testationem tuam
faceres Virtutem et gloriam alios mille et qui-
dem immensos labores atque pericula aequo
alacrique animo pro nostra Republica subijsti
pro qua vivere nec minus occumbere gaude-
bas. In monte praesertim Osopij quem (ut
alia tot tua praeclara facinora pertranseamus)
tu acri invictus bello magni tumidique Germa-
norum Exercitus quo dies quinque et quadra-
ginta continenter pressus fuisti Aquae inter-
dum inopia invictus amplis pollicitationibus
strenue tentatus es dum extremam quamque
necessitatem perferre males, quam in prisca
illa aeneis vinculis diu firma fide periclitari
paratissimus mortem quoque decoram audac-
ter oppetere, ne quid ad integritatem Fidei
posset gloriaeque tuae immortalitatem deside-
rari; quin etiam ut Te non minus Victorem
cognosceremus

cognosceremus quam Defensorem egregium. Impedimenta pleraque Caesarea artificij pretijque incredibilis, quibus hostes expugnatione desperata unde se se in fugam conjicientes exuvias haud parva illata clade ingens scilicet tuae gloriae testimonium nobis Venetias transmisisti non tamen serius quam Clausam quam occupaverant Patriamque redemeris. Dum autem Patriam ita more majorum in Fide contines juraque nostra tutaris hostesque spolias et interficis non minus apud nos auctoritatem et gratiam verum etiam solidam apud omnes tibi gloriam paras ad quam optimi quique Cives suapte natura ferri consueverunt. Nos itaque certam habentes notitiam et opinionem antiquae Fidei tuae laudisque bellicae decrevimus ultro te ipsum Civem nostrum Filiumque dilectissimum, optimeque de Republica meritum ornamentis militaribus insignire, ut honor te talis consequatur, qualem tu meritis consecutus fuisti. Quapropter fidum tuum carumque nobis caput, Patriae decus et tutamentum Torque meritis aurea cingimus teque nostrum vultu cordeque sereno militem excitamus, volentes ut noster deinceps sis vocerisque

Miles, nec non singulis splendoribus gradibus ornamentis perinde ac caeteri a Nobis excitati Milites gaudeas fruaris, et enitescas. His autem, et alia cum pro liberalitate nostra tum pro meritis tuis in dies magis atque magis crescentibus addere speramus honestamenta. Singulorum &c.

A. B. Hieronymo Savorgnano S.

" Audio Venetum nostrum Senatum ultro nuper evexisse tuum Gopium in Comitatus dignitatem inque peregrinarum mercium diversorium, Tibique concessisse Belgradum et alias quasdam opes in Fiscum, ut fertur, olim delatas. Ut autem honesto gratulationis officio ad quod impellor meam propter summam erga te observantiam absque nugis satisfaciam in tantis tuis occupationibus totque aliorum Amicorum tuorum gratulationibus et ipse gratulor tibi multum de Titulo Comitis et proventu plus tamen Belgradensibus qui nacti sunt justum fortem eumque perpetuum moderatorem qualem universa Patria consequi vel maxime gauderet. Magna sane videntur haec munera meritis tamen nihilo grandiora meo judicio si cum Virtute, Fide Victoria tua conferantur. Montem enim

fortissime

fortissime defendisse contra Caesarem rarae fuit
Virtutis, ut Cognomen nobile sit obsidione Germa-
nica titulo, germanicisque meritibus nobile idem-
per vero tua Virtute nobilissimum. Praemia
magna proposita rejecisse Fidei identidem rarae
propter quam merito facultatibus augeris. Pro-
fligasse vero simul et impedimentis spoliasse
manu parva tot bellicosissimas copias Patriam-
que redemisse unicae Victoriae fuit, ob quam
Victori Belgradum ex hostibus jure concessum
est. Merita igitur undecumque maxima mer-
cedem non aliam recepere quam meritissimam
tametsi beneficentissimi Senatus memoria con-
sueverint benefacta nunquam excidere. Adde
quod Gloria, cujus amore ductus nescis cede-
re laboribus pro Republica neque periculis, au-
rea merces et immortalis est. Caeterum Bel-
gradenses si non aliter rexeris quam, ut
confido, Veteres tuos, nescio an dicam Subdi-
tos vel Amicos potius, nunquam et ipsi cu-
pient non esse tui. Ipse autem Deus faciat
rogo ut saepius talia Tibi gratuler contingere.
Nam non minus quam tu Gloriae tuae cupi-
dus sum, et plus certe quam caeteri Buc-
cinator. Vale.

A. B. Hieronymo Savorgnano S.

20 Ex Camillo tuo, qui jam pridem ad Te venit nosce debes quid egerit nomine tuo Pinzani et Bujae; tam enim referre solet fideliter quam mature peragere. Superest ut Oppidis ipsis quorum tibi quaesivit possessionem, constituas Praefectos qui regere sciant sine querela nam ex Ministris Principes judicantur: Scient autem optime si tecum diu versati fuerint, quod subditos amas et amaris ab omnibus. Acta descripsi notarialiter tamen, ut fuit necesse, sed non micro inter Martis fulmina: Tradam Camillo statim ut in Civitatem redierit. Tuis vero praeceptis absque mora audiens ero si dederis alia. Novi audio nihil. Quicquid autem affertur sciunt Septemviri tantum, et Scriba eorum. Tenemur omnes desiderio Marani quod utinam impleas: Laude tamen non carebis etiamsi non impleveris, qui tam ardua non pro propria sed pro Patriae salute tentaveris. Futuri temporis qualitatem in die Ascensionis Dominicae prospicies ex hoc nostri Hieronymi praesagio, quod ut elegans censeo ita verum fore. Vale.

Praesagium

Qua luce aetheream conscendit Jupiter Aulam
Et Solem et Nebulas, et Pluviam aspicies.

A. B. Hiero:

A. P. Hieronymo Savorgnano S.

Crebrescit apud nos fama Boemos fame pressos Marani 21 de deditione loqui coepisse, et enixissime Te studere obsidioni non autem internecioni hostium ne dum tuorum Civium, optimo quidem factum consilio. Saevitia namque solet apportare mali plurimum, nihil Clementia. Decius Hieronymus quem bene nosti tui studiosissimus vir meique amantissimus in Oppidum istud invitus velut in Carcerem olim conjectus est, qui nihil in Senatum Venetum, nihil in Patriam nihil in Te ipsum machinatus ad nos effugiendi opportunitatem ut pro virili prodesset, quaerere nunquam destitit. Amicum profecto perspiceres fidelem si quod pientissimo gerit pectore patefacere tuto posset, assidue precari tibi Victoriam. Verum in eam incidimus temporum calamitatem, ut cogatur se nobis ac Patriae inimicum praestare qui maxime ardet auxilio fore quasi arcitemus vicissim. Hunc si intraveris quod cito Dij faxint Civem, Amicumque insontem rogo digneris incolumem inprimis servare ab omnique liberum injuria quantum fieri poterit, ne lenitatem innatam videaris in saevitiam contra tuos convertisse. Scis enim praeclarius esse Civem unum servare quam hostes

mille perdere. Ego vero quantum Amico fi=
deli rebus in angustiis communicaveris tantum
abs te mihi ipsi beneficium collatum existimabo
Vale.

A. Be. Hieronymo Savorgnano S.

22 Cupio intelligere, quid cum Grimano egeris aut
quantum speres de negotio meo. Equidem nullam
scio conijcere difficultatem quam tibi tum de Fra=
tris assensu constet tum de nullo prorsus prae-
judicio Abbatiae immo de nostris immensis labo=
ribus laudatis tantum, non ut par erat recogni=
tis, quibus aeterno incomparabilique afficitur be=
neficio singulis agris suis limitibus circumplexis
Si recusat, quod fieri non potest, velis mihi cau=
sam significare, non enim consulam rei meae
quo potero melius; sin autem expediat amore Dei
paratus sum si forte jubet ne taedium amplius
hoc succinctam non tamen aliter quam ad para=
tam expeditionem Venetias proficisci, ne nummos
et tempus abijciam pauper ut quondam impru=
denter. Romae enim didici finem laboris ingratis
impensi lucrum esse. Vale.

A. B. Francisco Tulmetano S.

Scribis demandatam Instructionem Vincentio Benedicto
quid quantumcumque petam, et offeram ultra Codicem
censualem

Clarissimis Iureconsultis Ricardo e Fontebono, et Francisco Iulmetano Antonius Bellonus notarius Utinensis. S. P. D.

Angit nos Difficultas, quam Cancellarius movere videtur de litteris et parentibus, quod ea in litteris Principis nec nominentur, nec Mandati nomine comprehendantur, in quibus nostra decernuntur mandata definitiva, et non definitiva. Sane non obstupescimus minus, quam dolemus, quod tam manifesta in re titubatio illi contingat, cum quo annis abhinc duobus sine discrimine viximus: Is autem non ut prosit sibi, sed ut nobis Posterisque vehementer obsit (quod illius naturae maxime repugnare arbitramur) affectare videtur ab hac Patria simul, et ab amicis recessum: Ita bona vertuntur ingenia malorum insusuratione, vel aliquid furandi libidine, nisi vir bonus fortassis astruat ore non animo ad ingenij ostentationem, quod esse potest; Recensemus non sine bile, quod alij quamplurimi Cancellarij indies magis atque magis pergentes in auri argentique nostri furacitate, nos nimia proh dolor Patientia majorum nostrorum in solis Citationibus, et Contradictionibus coheruerant, quibus universa Civilia jamdiu Principis benignitas assignaverat perinde ac si nil praeter Citationes, et Contradictiones Civile amplius diceretur. Verum quia ex nostris haec restituta sunt meritis

sivè concessa, quæ tamen sunt restituta, et earundemmet litterarum virtute longe nobis ampliora debentur, quæ difficiliora videbantur quam litteræ, et patentes, Operæpretium duxi nos tueri, et ita fortiter, ut ea omnia ad quæ fuimus restituti non solum nobis ipsis, sed etiam posteris integrè penitus conserventur ne præsertim in nos talem possint culpam reijcere, qualem merito adhuc in superiores reicimus. Vt igitur non Cancellarijs sed nobis dumtaxat pertinere noscantur ipsæ Patentes, et litteræ quasdam e multis defensiones cursim breviterquè perstringam. Dicimus quod appellationè litterarum tam veniunt mandata quam litteræ appellatione Mandatorum, quæ proprie loquendo litteræ vocantur, et epistolæ a mittendo interdum Epistolia et Apostoli. Mandare enim ultra tritum illud, et vulgarè suum imperandi significatum accipitur pro requirere, et hortari; ita Quintilianus: Mandata tamen tua fili perago. Nam absurdum esset et deformè, quod filius patri præciperet, ut ait Laurentius Valla. Virgilius in octavo Æneid. Multa patri mandata dabat. Accipitur quandoquè pro commendare. Virgilius in 6.° furto mandarat alendum Treicio Regi. Cicero in 2.° officiorum: Deinde ipses scriptis non ea, quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut sæpè fecimus, sic Nonius interpretatur coeteraquè Grammaticorum Cohors. Litteræ itaquè omnes sivè ad Subditos sive ad non subditos mittantur quod per

eas Locumtenens vel praecipiat, vel hortetur, sive requirat, ne mandata definitiva, et non definitiva integra non habeamus juxta Principis mentem utramque expositionem ad Notarios spectant nec mentio de literis non habita dubias facit, nam si non censuisset eas mandatorum appellatione contineri, nominatim expressisset: Verum non ignarus significati, nec non intentus liberalissimus Princeps commendandae, extollendae, ornandaeque fidei Utinensium, nam non magis Collegij Notariorum quam Universae Communitatis nomine subtracta sigillatim repetebant de industria non expressit, ne mandata ad unum literas ad alterum tamquam diversum beneficium, quod unicum est videretur referre: eadem enim sunt in literis persona, magistratus, signum, res, causa, stilus, et materia, quae in mandatis, in hoc tamen uno discernuntur, quod literae clausae deferuntur, ceu personatae ratione sola cujusdam quasi melioris existimationis, ut ille, ad quem clausae destinantur se Magistratui reddat libenter officiosum, apud quem alicujus ponderis videatur. Nam omnibus praeterquam sibi literas ipsas recludere vetitum est, et capitale; Mandata vero ceu non personata, quae non minus tamen sunt ipsae literae patula incedunt, et ab omnibus legi nullo tempore prohibentur: utrique semper sub uno eodemque signo eandem Magistratus auctoritatem, et voluntatem praeseferentibus; Sufficere

item deberet ad omnia Civilia nos expresse redactos fuisse, de quibus omnibus singulariter agebatur; coeterum hanc facimus distinctionem, quod litterae vel taciturnitatem merentur vel non: Si taciturnitatem ut puta quia Praesidens scribit de casu aliquo criminali, seu de negotijs suis particularibus. Tunc, ne os in Caelum ponamus, ultro abstinemus sive Magistratus signo, sive auro, vel gemma signentur: Singuli enim Praetores more Babyloniorum habent annulos signatorios, quibus in proprijs negotijs uti solent. Si vero taciturnitatem non merentur, tunc omnes nostras esse litteras jure optimo asseveramus sive circa privata sive circa publica versentur negotia.; Privata enim appellamus quando tractatur inter privatas personas de rebus privatis, publica vero quando de publicis, ut quando jubet Equitibus provideri de foeno, et alijs necessarijs, vel debitas eis, ut ajunt, taxas persolvi, vel castra muniri, vel plaustra ad alicujus loci reparationem conduci, vel fructus Ecclesiasticorum pro decimis, quas exigebat Dominium sequestrari, vel Patriae impositiones satisfieri, vel Judices hora, et loco destinatis sedere, vel Confoederationem, atque, utinam celeriter, pacem publicari, ex quibus, et alijs hujusmodi nullum praemium percipimus, et tamen perinde libenter ac gratis obimus haec et alia scribendi munera, ut, quemadmodum fecimus, et tenemur publicis Magistratibus morem geramus, quorum, et nos Cancellarij Secretarijque, et quidem perpetui nuncupamur. Non ignoratur multos apud nos Magistratus

fuisse

fuisse, qui rejectis Cancellarijs. quos alitunde ad Scribatum sui Officij evocaverant, aliquos e Tabellionibus nostris rebus gravioribus, et secretioribus scribendis non minus præfecere, quam toto durante officio in honore continuerunt, veluti præsens quoque Justinianus, qui unum è nostris Criminalibus ipsis, quæ secreto contingunt sua sponte admovit, servatque. Rursus aliter distinguimus, aut ad Cancellarios causæ spectant è literis orientes, aut ad Notarios, si ad Cancellarios, quia sint Criminales, vel per appellationem ab inferiori Judicio devolutæ, manum tunc retrahimus, si vero ad Notarios, quia sint mere Civiles, civiliterque tractandæ, quid est, bone Deus, impedimento quo minus a literis incipere debeamus, quæ sunt litis exordium, quom ob clausionem nec res desinat esse civilis, nec valeat dici secreta, quæ statim publice disceptatur? Atrox enim hæc esset injuria si Cancellarij tamquam lictores privarent nos literis idest capite causarum, quas nobis, et literarum justitia et æquitas adjudicant. Quo autem ad eas, quas vocant patentes, dicimus non inficiari, quod gratiam incisionis quernorum lignorum, aut concessionem aliorum bonorum Sancti Marci Prætoris jussu Cancellarij notant; at in vetitum nituntur, si avellere nobis conantur patentes pignorandi convictos, et non convictos, vel exemptiones à creditis, quæ in diem solvenda differuntur frugibus grandine ademptis et id genus cætera, quom.

gratia verè dici non posit, quando quis de alieno largitur: hoc namque pacto sequestris, et Mandatis fere omnibus careremus, quorum concessio a solo Magistratus arbitrio æquè dependet, aut si pateremur litteras denuo rapi itidem accideret, ut secundum illi litterarum operimento tuti tamquam pulcherrimo clypeo furandi, quod reliquum esset nostrum paulatim haud longa post tempora funditus rapuissent: Pabula enim usui nostro dicata in urbes longinquas, quarum spontanea a Venetis defectione, heu nephas ingens, anno superiorè non sinè lachrymis accepimus, multos annos indebite nobis abstulerunt, qui ipsum Aëris alimentum, si modo facultas non defuisset, pariter abstulissent, quod solum nobis inviti relinquere cogebantur. Addimus quod ipsarum litterarum Ducalium virtute Præside mandante justissimo litterarum, et patentium omnium suprascriptarum possessionem non tantum intravimus quantum exercuimus multos menses, et in hunc usquè diem non inquietati, conscio ipso Cancellario nec refragante, qua subinde de facto spoliari nec possumus, nec debemus. Possessio enim qua ætate non nostra deberi cæperat quid est aliud quam deinceps deponere nec cogamur unquam nec debeamus? Quinimmo Prætor ipsè optimus adeo pro nobis sentiebat, ut universam Cancellariam, si integrum id sibi fuisset, sicuti sæpius palam professus est, nobis perpetuo exercendam gratis tradidisset. Contenti

namque

namque, et plusquam contenti debent esse, omissa voraci illa litterarum, et patentium nostrarum aviditate, criminalibus suis, et causis appellationum civilium, et criminalium a tot Magistratibus Venetis inferioribus, a tot Communitatibus, Prelatis, et municipibus non minus universae Patriae Fori Julij, quam regionis amplae Carnorum, et Cadubrinorum, et alijs tot infinitis emolumentis, unde illis proventus contingunt longe uberiores, quam universis quadraginta Notarijs Utinensibus limites suae Civilitatis ne desiderio quidem excedentibus: Immo ausim ego affirmare, quod nullo prohiberemur jure, quin de eorum causis ponemus tantum accipere quantum illi de nostris dolo, et praeter Justitiam acceperunt, nisi ablata malent sponte, ut debent restituere, quom per se patuerint late semper confines inter utrumque munus, si recte contueri voluissent, sed nunc ablata non repetimus, verum ne amplius auferantur operam damus, praesertim lucidioribus luce meridiana terminis iterum positis inter nos. Quamobrem Vos o Clarissima Mundi Lumina rogamus vehementer, et obtestamur, ut ipsas literas, et patentes, ac reliqua omnia quae per tot labores, et impensas tandem recuperavimus sumptis eloquentiae vestrae clypeis si et quoties oportuerit adversus quoscumque Cancellarios tueri acriter atque defendere non dedignemini. Paucula enim quae censurae vestrae mandamus superius a nobis delibata

fuerunt non ob aliam causam, nisi ut de futuro magnam; et necessariam habere curam ostenderemus, Cancellarium namque presentem parum timemus, amamus tamen adhuc multum quam praesidem ipsum, a quo ornamenta haec nostra quasi triumphalia agnoscimus vulgoque profitemur justitia, atque doctrina insignem, utraque enim in Justiniano non potest non esse summa, nullus affectus è gradu sua constantia amovere potest; Non negaverim tamen me concursationem, et ictus vereri nonnullorum emptorum scribatus, quorum ingluvies plerumque Magistratus ipsos inficere consuevit. Vos autem, nihil enim est desperandum duce Teucro, et auspice Teucro, quod pium est erga Civitatem et patriam non modo Concives vestros, qui sunt, et qui erunt Tabelliones sic honestiores servabitis, verum etiam dignitatem Tabellionatus honoratiorem, propter quod nobiscum posteri ipsi ægide Palladis simul armati vobis semper plurimum debebunt. Valete.

Ad Scribas suos spectantis. Collegij Utinensis Antonius Bellonus Notarius pro obfirmando numero collegarum quinque, et triginta.

Proposui jamdudum spectatissimi Patres ob honorem commodumque nostrum Collegium claudendum esse numero quinque et triginta, ad quem hactenus est redactum, super quo quom in procinctu singulorum suffragia exquirenda sint, quorum præcipue interest, inordinatos tabellionum impetus, quos libere potestis affatim cohibere paucis absolvam. Porro suspicor, neminem insidiatorem adesse, qui quoniam propter fortunas haud omnem operam suam consumit in exercitatione scribendi, vel tyronum se gerit introductorem, querat uni prodesse, totum vero collegium destruere: Vos itaque omnes obsecro, atque obtestor, ne pigeat omni amicitia, et simultate deposita nunc mecum diligenter et fraterne circumspectare, demumque decernere, quo ordine, et quo numero in exercitatione tabellionica nobis ulterius sit vivendum, ut sicut ars qualibet, ipsique Cœli proprijs numeris gaudent, ita et nos posthac certo numero congregemur. Non ignoratis profecto, quod olim perspecta conditione temporum, et numero causarum forensium in hoc Utinensium Oppido; sex dumtaxat Notarij, quibus omnia conscribenda traderentur, ad hunc honestissimum ordinem evecti fuerunt, qui artem in foro Ecclesiastico, et seculari diu soli magna cum laude et lucro exercuerunt: Deinde causarum novitas, copiaque librorum audaciam tribuit numerum

augendi; et ipse qui senarius fuerat per complusculos augeri de industria permissus est. At tot jam ipsum Collegium propagavimus, ut privati diu munere fori ecclesiastici causas prophanas quasi numero superemus, maximeque dubitandum sit, ne si plures adhuc hujus nostri Collegij participes egerimus, ars ipsa ingenua Tabellionatus ad internitionem ~~penitus~~ redigatur. Eo enim proh dolor tantum Collegium declinasse cernendum est, ut licet vitam probatam doctrinamque deposcat, non tamen erubescant nobis se quidam offerre tam impudenter, ut alio quocumque artificio nudi præsumant ad hoc vestrum tandem confugere tamquam ad vilissimum officium, quod eis jure optimo debeatur, aut negari postremo minime valeat. Nonne videtis, quod si unum excipitis Triginta simul patimur, vulgoque datur fabula, quod mulos qui fricabat notarius factus est, et Caprileas pedes ibit tractus lucro lucaneæ, vel farciminis. Ita enim decor artis habetur passim ludibrio, et honeste vivendi præsidio nobiscum familiolæ nostræ privantur: ut jam in id quasi naufragium inciderimus quod jure affirmandum videatur, nos nos inquam Notarios quoad commodum artisque honorem cum Calceolarijs præconibusque abjectis comparari non posse; Qui namque dubium, quod amplificatio Collegij mors est communis, et nos quibus tametsi diu noctuque labore solicitis victus parcissime comparatur, evertimur una, et irridemur, neque enim aliquem libertate spoliamus

sed nos

sed nosmetipsos ab atra servitute, et Collegium contra invasores, qui quotidie se parant innumeros ab interitu rationis et æquitatis Clypeo defensare necessario perurgemur. Itaque si enixe firmiterque repugnaverimus illis materiam relinquemus ut ad alia forsitam digniora melioraque studia audacter pertranseant absque nostri injuria; consilium hoc ascribi nunquam poterit spei nostræ pro pane querendo, quinimmo pro pane non amittendo cum certa spei recordatione propter quam illi vivere assuescant absque naufragio nostro. Quod si dixerint servandam fore bonorum communitatem, respondeant quæso, an eam cum tanto detrimento servare jubeamur? certe non quom ad commoda propria nos ipsa natura propensiores fecerit, fieri autem id non posse cui dubium nisi cum detrimento nostro, et quidem intolerabili quandoquidem ut nos experientia docet cuncta Notariorum lucra exiguis pecuniolis concludantur. Quis enim jactare se potest agellum vel quidem minimum quæsivisse pecunia scribendi labore quæsita de illis loquor Notarijs etiam senioribus, quibus antequam in tantam colluvionem ne dicam luxuriam defluxissemus, scribendi copia vix defuit ullo tempore, Non locupletati sunt, vixerunt mediocriter. Nec affertur nova consuetudo, proponitur statutum illud antiquum et optimum amplectendum esse cum augmento numeri, et immitandum esse.

vestigia Collegiorum quarumcumque aliarum cele-
berrimarum civitatum, in quibus pariter ordo tabel-
lionum certo semper numero definitus permansit.
Civitas hæc conqueri poterit magis de numero a-
djuncto quam represo, quem nunquam tantum
habuit, quia ut vulgo ajunt citius quis potest
perire turba medicorum quam defectu: Et si ve-
rum dicere phas est, facilius esse dicemus paleam
in igne ardente servare, quam nos in confuso ver-
santes retinere exercitationis nostræ decorum,
et quandoque non subire apud vulgares saltem
dedecus maximumque detrimentum, ut scriba-
rum Collegium prædicent jam versum in scho-
lam puerorum. Sed si quis è nobis ad mercatu-
ras animum applicare voluerit, cui vires sup-
peterent Mercatoris nomine potius quam tabellio-
nis nancisceretur, et artem ingenuam quæ solis
viribus suis sustinenda est ob nummi cupidita-
tem labefactaret, etsi nos qui pabulo ex arte con-
tenti sumus adhuc in egestate consenescamus,
ergo si collegium numero excreverit in numerum,
vereor ne in mendicitatem turpissimam inevitabi-
liter incidamus, De numero autem quinto, et tri-
gesimo non censeo prætereundum, quod ad illum
fortuna ipsa nos excitare videtur tamquam ad
medium Septenarij numeri perfecti decies multipli-
cati, in quo medio tamquam in loco honesto nunc
nostrum Collegium feliciter sit collocandum, tem-
pora vero omnia cum in eodem tenore non persistent

nec omnia

